SAN GREGORIO MAGNO

Morales sobre Job

Moralia

TOMO II · VII

SABBATISMUS

San Gregorio Magno (540–604)
Moralia · Morales sobre Job

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

Parte segunda 9
CAPÍTULO I. 9
CAPÍTULO II. 11
CAPÍTULO III. 11
CAPÍTULO IV. 13
CAPÍTULO V. 15
CAPÍTULO VI. 15
CAPÍTULO VII. 19
CAPÍTULO VIII. 21
CAPÍTULO IX. 21
CAPÍTULO X. 23
CAPÍTULO XI. 23
CAPÍTULO XII. 25
CAPÍTULO XIII. 25
CAPÍTULO XIV. 29
CAPÍTULO XV. 29
CAPÍTULO XVI. 31
CAPÍTULO XVII. 41
CAPÍTULO XVIII. 43
CAPÍTULO XIX. 49
CAPÍTULO XX. 51
CAPÍTULO XXI. 51
CAPÍTULO XXII. 53
CAPÍTULO XXIII. 57
CAPÍTULO XXXIII 67
Capítulo XXXIV 71
CAPÍTULO XXXV 71
CAPÍTULO XXXVI 75
Capítulo XXXVII 75
CAPÍTULO XXXVIII 89
CAPÍTULO XXXIX. 89
LIBRO SÉPTIMO. 91
CAPÍTULO PRIMERO. 91
CAPÍTULO II. 93
CAPÍTULO III. 95
CAPÍTULO IV. 95
CAPÍTULO V. 97
CAPÍTULO VI. 97
CAPÍTULO VII. 99
CAPÍTULO VIII. 101
CAPÍTULO IX. 101
CAPÍTULO X. 101
CAPÍTULO XI. 105
CAPÍTULO XII. 105

CAPÍTULO XIII. ... 107
CAPÍTULO XIV. ... 109
CAPÍTULO XV. ... 111
CAPÍTULO XVI. ... 111
CAPÍTULO XVII. ... 113
CAPÍTULO XVIII. ... 115
CAPÍTULO XIX. ... 115
CAPÍTULO XX. ... 117
Capítulo XXI ... 117
Capítulo XXII ... 119
CAPÍTULO XXIII. ... 123
Capítulo XXIV ... 123
CAPÍTULO XXV. ... 125
Capítulo XXVI ... 129
CAPÍTULO XXVII. ... 129
Capítulo XXVIII ... 131
CAPÍTULO XXIX. ... 141
Capítulo XXX ... 143
CAPÍTULO XXXI. ... 153
CAPÍTULO XXXII. ... 153
CAPÍTULO XXXIII. ... 155
CAPÍTULO XXXIV. ... 155
Capítulo XXXVI ... 157
Capítulo XVII ... 159
LIBRO OCTAVO. ... 167
CAPÍTULO I. ... 167
CAPÍTULO II. ... 167
CAPÍTULO III. ... 169
CAPÍTULO IV. ... 171
CAPÍTULO V. ... 171
Capítulo VI ... 173
CAPÍTULO VII. ... 179
Capítulo VIII ... 181
CAPÍTULO IX. ... 189
Capítulo X ... 191
Capítulo XI ... 197
Capítulo XIII ... 201
CAPÍTULO XIV. ... 203
Capítulo XV ... 203
Capítulo XVI ... 205
Capítulo XVII ... 207
CAPÍTULO XVIII. ... 207
Capítulo XIX ... 209
CAPÍTULO XX. ... 211
Capítulo XXI ... 213

CAPÍTULO XXII. ... 213
CAPÍTULO XXIII. ... 217
Capítulo XXIV ... 219
Capítulo XXV ... 225
Capítulo XXVI ... 227
Capítulo XXVII ... 229
CAPÍTULO XXVIII. ... 231
Capítulo XXIX ... 231
Capítulo XXX ... 235
Capítulo XXXI ... 237
Capítulo XXXII ... 239
Capítulo XXXIII ... 243
Capítulo XXXIV ... 245
Capítulo XXXV ... 245
CAPÍTULO XXXVI. ... 249
CAPÍTULO XXXVII. ... 251
CAPÍTULO XXXVIII. ... 253
Capítulo XXXIX ... 253
CAPÍTULO XLI. ... 255
CAPÍTULO XLII. ... 257
Capítulo XLIII ... 261
Capítulo XLIV ... 263
Capítulo XLV ... 267
CAPÍTULO XLVI. ... 269
CAPÍTULO XLVII. ... 271
CAPÍTULO XLVIII. ... 277
LIBRO NOVENO. ... 285
CAPÍTULO PRIMERO. ... 285
Capítulo LIII ... 287
CAPÍTULO LIV. ... 287
LIBRO NOVENO. ... 291
Capítulo II ... 293
CAPÍTULO III. ... 293
Capítulo IV ... 295
CAPÍTULO V. ... 295
CAPÍTULO VI. ... 297
Capítulo VII ... 299
Capítulo VIII ... 299
Capítulo IX ... 303
Capítulo X ... 305
Capítulo XI ... 307
CAPÍTULO XVII. ... 329
Capítulo XVIII ... 329
CAPÍTULO XIX. ... 329
Capítulo XX ... 331

CAPÍTULO XXI. 333
Capítulo XXII 335
CAPÍTULO XXIII. 335
Capítulo XXV 337
Capítulo XXVI 341
Capítulo XXVII 341
CAPÍTULO XXVIII. 345
CAPÍTULO XXIX. 347
Capítulo XXX 347
CAPÍTULO XXXI. 349
CAPÍTULO XXXII. 351
CAPÍTULO XXXIII. 353
Capítulo XXXIV 357
Capítulo XXXV 363
CAPÍTULO XXXVI. 363
CAPÍTULO XXXVII. 367
CAPÍTULO XXXVIII. 369
Capítulo XXXIX 371
CAPÍTULO XL. 371
CAPÍTULO XLI. 373
Capítulo XLII 375
CAPÍTULO XLIII. 375
Capítulo XLIV 377
CAPÍTULO XLV. 377
Capítulo XLVI 379
Capítulo XLVII 381
CAPÍTULO XLVIII. 383
Capítulo XLIX 383
Capítulo L 385
CAPÍTULO LI. 387
CAPÍTULO LII. 387
CAPÍTULO LIII. 387
Capítulo LIV 391
Capítulo LV 393
CAPÍTULO LVI. 397
Capítulo LVII 399
Capítulo LVIII 401
Capítulo LIX 403
CAPÍTULO LX. 407
Capítulo LXI 407
Capítulo LXII. 407
Capítulo LXIII 409
CAPÍTULO LXIV. 411
CAPÍTULO LXV. 413
CAPÍTULO LXVI. 415

Libro D 427
CAPÍTULO PRIMERO. 427
CAPÍTULO II. 427
CAPÍTULO III. 429
CAPÍTULO IV. 431
CAPÍTULO V. 431
Capítulo VI 433
CAPÍTULO VII. 445
CAPÍTULO VIII. 447
CAPÍTULO IX. 449
Capítulo X. 453
Capítulo XI 457
Capítulo XII 459
CAPÍTULO XIII. 459
CAPÍTULO XIV. 461
Capítulo XV 463
Capítulo XVI 471
CAPÍTULO XVII. 473
CAPÍTULO XVIII. 473
CAPÍTULO XIX. 477
CAPÍTULO XX. 477
CAPÍTULO XXI. 479
CAPÍTULO XXII. 481
Capítulo XXIII 481
CAPÍTULO XXIV. 483
Capítulo XXV 485
CAPÍTULO XXVI. 487
CAPÍTULO XXVII. 487
Capítulo XXVIII 487
Capítulo XXIX 489
Capítulo XXX 491
CAPÍTULO XXXI. 497

PARS SECUNDA

, LIBROS QUINQUE CONTINENS.

LIBER SEXTUS.

Totum caput quintum, a versu tertio orsus, spiritali intellectu, pauca quidem allegorico, pleraque autem morali exponit.

CAPUT PRIMUM.

181 Job Christum et Ecclesiam, ejus amicis haereticos praesignari. Servata historiae veritate beati Job dicta, amicorumque illius mystica proposui interpretatione discutere; quia cunctis vera scientibus liquet quod redemptorem mundi totis suis allegationibus curat sancta scriptura promittere, eumque per electos omnes, ut per ejus scilicet membra, studuit signare. Unde et idem beatus Job latino eloquio dolens dicitur, ut per ejus et nomen et vulnera, Redemptoris nostri passio designetur, de quo propheta ait: Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit (Isai. LIII, 4). Cui tentator, ablatis omnibus, et servos et filios occidit; quia non solum Judaicum populum ex timore servientem, sed ipsos quoque apostolos in suo amore regeneratos, passionis ejus tempore telo perfidiae perculit. Vulnere beati Job corpus atteritur, quia Redemptor noster configi clavis in crucis patibulo non dedignatur. A planta autem pedis usque ad verticem vulnera suscepit, quia sanctam Ecclesiam, quae corpus ejus est, non solum per extrema et ultima, sed usque ad summa membra persecutione saeviens tentator affligit. Unde etiam Paulus dixit: Compleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea (Coloss. I, 24). Cui suadere uxor ad maledicendum nititur, quia carnales quique intra sanctam Ecclesiam adjutores callidi tentatoris existunt. Quae enim eum ad maledicendum provocat, vitam carnalium designat; quia, ut jam supra diximus (l. III, c. 20. n. 36, 37), intra sanctam Ecclesiam incorrectis moribus positi, quo per fidem bonis juxta sunt, eo per vitam durius premunt. Quia enim quasi fideles vitari nequeunt, a fidelibus tanto deterius, quanto et interius tolerantur. Amici vero illius, qui quasi ad consolandum veniunt, sed ad verba asperae invectionis excedunt, haereticorum speciem tenent, qui cum contra bonos Deum defendere nituntur, offendunt.

Parte segunda

, QUE CONTIENE CINCO LIBROS.

LIBRO SEXTO.

Todo el capítulo quinto, comenzando desde el verso tercero, se expone en sentido espiritual, algunas pocas cosas alegóricamente, pero la mayor parte moralmente.

CAPÍTULO I.

181. Job prefigura a Cristo y a la Iglesia, sus amigos a los herejes. He propuesto discutir las palabras del bienaventurado Job y de sus amigos, preservando la verdad de la historia, mediante una interpretación mística; porque a todos los que conocen la verdad les consta que la santa Escritura procura prometer al Redentor del mundo en todas sus alegaciones, y se esmeró en significarlo a través de todos los elegidos, como a través de sus miembros. De donde también el mismo bienaventurado Job es llamado en la elocuencia latina "doliente", para que a través tanto de su nombre como de sus heridas, se designe la pasión de nuestro Redentor, de quien dice el profeta: Verdaderamente él llevó nuestras dolencias, y él mismo cargó con nuestros dolores (Is. 53, 4). A quien el tentador, arrebatadas todas las cosas, le mató tanto a los siervos como a los hijos; porque no solo al pueblo judaico que servía por temor, sino también a los mismos apóstoles regenerados en su amor, los hirió con el dardo de la perfidia en el tiempo de su pasión. El cuerpo del bienaventurado Job es desgastado por una llaga, porque nuestro Redentor no se desdeñó de ser fijado con clavos en el patíbulo de la cruz. Pero desde la planta del pie hasta la coronilla recibió heridas, porque el tentador, ensañándose con la persecución, aflige a la santa Iglesia, que es su cuerpo, no solo en los miembros extremos y últimos, sino hasta los más elevados. De donde también dijo Pablo: Cumplo lo que falta de las pasiones de Cristo en mi carne (Col. 1, 24). A quien su esposa intenta persuadir para maldecir, porque todos los carnales dentro de la santa Iglesia existen como ayudantes astutos del tentador. Pues la que lo provoca a maldecir designa la vida de los carnales; porque, como ya dijimos arriba (Lib. III, c. 20, n. 36, 37), los que están situados dentro de la santa Iglesia con costumbres no corregidas, cuanto más cerca están de los buenos por la fe, tanto más duramente los oprimen por la vida. Porque, al no poder ser evitados por ser supuestamente fieles, son tolerados por los fieles tanto peor cuanto más interiormente. Pero sus amigos, que vienen como para consolar, pero se exceden en palabras de áspera invectiva, representan la figura de los herejes, quienes, cuando se esfuerzan por defender a Dios contra los buenos, ofenden.

2. Spiritales sensus quos edit Gregorius, prodeunt ex historiae radice. Amicorum Job dicta nequaquam per omnia reprobanda. Haec itaque superius latius dicta, nunc breviter studui ex mystica designatione succingere, ut lector meus ex ipsa hac replicatione meminerit me in hoc opere spiritali intellectui deservire. Et tamen cum utilitatis usus postulat, subtiliter quoque studeo historiae verba discutere. Cum vero necesse est, simul utrumque complector, ut spiritales fructus allegoria germinet, quos tamen ex radice historiae veritas producit. Amicos vero beati Job, quos haereticorum tenere speciem diximus, in dictis suis nequaquam per omnia reprobamus, quia dum per supernam sententiam contra eos dicitur: Non estis locuti coram me rectum, et protinus subditur, sicut servus meus Job (Job XLII, 7), profecto liquet quia non omnino despicitur quod ex melioris comparatione reprobatur. In reprehensionem quippe ejus incaute dilabuntur; sed tamen quia tanti viri amici sunt, ex familiaritate illius mystica multa didicerunt. Unde sicut et superius diximus (Lib. V, n. 27), eorum verbis etiam Paulus utitur, et haec in assertionis suae adjutorium assumens, prolata ex veritate testatur. Quae tamen veritas recte reprehendit, quia quamlibet fortis sententia contra sanctum virum proferri non debuit. Possunt ergo mystice Eliphaz verba pensari, quibus ad beatum Job loquitur, dicens:

CAPUT II.

VERS. 3.---Ego vidi stultum firma radice, et maledixi pulchritudini ejus statim.

ALLEGORICUS SENSUS. 3. Judaei sunt stulti, etiam haereticorum maledictioni ob Christi repulsam obnoxii. Stultus quippe Judaeorum populus exstitit, quia ipsam in carne praesentiam aeternae Sapientiae sprevit. Qui quasi firma radice convaluit, quia electorum vitam temporaliter exstinguendo superavit. Sed hunc Eliphaz maledicendo despicit, quia nimirum omnes haeretici, quorum tenere speciem amicos beati Job diximus, cum de nomine Christi gloriantur, Judaeorum perfidiam ex auctoritate reprehendunt. De quo stulto protinus subditur:

CAPUT III.

VERS. 4.---Longe fiant filii ejus a salute, et conterentur in porta, et non erit qui eripiat.

2. Los sentidos espirituales que expone Gregorio proceden de la raíz de la historia. Las palabras de los amigos de Job no deben ser reprobadas en todo. Estas cosas, por tanto, dichas arriba más largamente, he procurado ahora resumirlas brevemente bajo una designación mística, para que mi lector recuerde por esta misma réplica que en esta obra sirvo al entendimiento espiritual. Y sin embargo, cuando la utilidad lo requiere, procuro también discutir sutilmente las palabras de la historia. Pero cuando es necesario, abrazo ambas a la vez, para que la alegoría germine frutos espirituales, los cuales, no obstante, la verdad de la historia produce desde la raíz. Pero a los amigos del bienaventurado Job, de quienes dijimos que representan la figura de los herejes, en sus dichos no los reprobamos de ninguna manera en todo, porque mientras se dice contra ellos por sentencia suprema: No habéis hablado ante mí lo recto, e inmediatamente se añade, como mi siervo Job (Job 42, 7), ciertamente consta que no se desprecia del todo lo que se reproba por comparación con lo mejor. Pues caen incautamente en la reprensión de este; pero, sin embargo, al ser amigos de tan gran varón, aprendieron muchas cosas místicas de su familiaridad. De donde, como también dijimos arriba (Lib. V, n. 27), Pablo también usa las palabras de ellos, y asumiendo estas en ayuda de su aserción, testifica que fueron proferidas desde la verdad. La cual verdad, no obstante, rectamente los reprende, porque una sentencia, por fuerte que sea, no debió ser proferida contra un varón santo. Pueden, pues, pesarse místicamente las palabras de Elifaz, con las cuales habla al bienaventurado Job, diciendo:

CAPÍTULO II.

VERS. 3.---Yo vi al necio con raíz firme, y maldije su hermosura inmediatamente.

SENTIDO ALEGÓRICO. 3. Los judíos son los necios, incluso sujetos a la maldición de los herejes por el rechazo de Cristo. Pues el pueblo de los judíos resultó necio, porque despreció la presencia misma de la Sabiduría eterna en la carne. El cual cobró fuerza como con raíz firme, porque venció extinguiendo temporalmente la vida de los elegidos. Pero Elifaz desprecia a este maldiciéndolo, porque ciertamente todos los herejes, de quienes dijimos que los amigos del bienaventurado Job representan la figura, cuando se glorían en el nombre de Cristo, reprenden con autoridad la perfidia de los judíos. Sobre cuyo necio se añade inmediatamente:

CAPÍTULO III.

VERS. 4.---Aléjense sus hijos de la salud, y sean quebrantados en la puerta, y no haya quien los libre.

4. Horum filii omnes perfidi. In Christo, qui est porta, conteruntur. Filii hujus stulti sunt omnes qui perfidiae illius praedicatione generantur. Qui scilicet a salute longe sunt, quia etsi temporalem vitam sine afflictione percipiunt, aeterna gravius ultione feriuntur, sicut de eisdem filiis illius Dominus dicit: Vae vobis, Scribae et Pharisaei hypocritae, qui circuitis mare et aridam, ut faciatis unum proselytum, et cum fuerit factus, facitis eum filium gehennae duplo quam vos (Matth. XXIII, 15). Sequitur: Et conterentur in porta, et non erit qui eripiat. Quis alius portae nomine, nisi mediator Dei et hominum debet intelligi, qui ait: Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur (Joann. X, 9)? Filii igitur hujus stulti extra portam proficiunt, et in porta conteruntur, quia pravae Judaeorum soboles ante Mediatoris adventum in legis observatione floruerunt; sed in ipsa Redemptoris nostri praesentia a Divinitatis obsequio, perfidiae suae meritis repulsi ceciderunt. Quos nimirum non est qui eripiat, quia scilicet dum ipsum Redemptorem exstinguere persequendo conati sunt, oblata sibi ereptionis remedia absciderunt; de quo bene subditur:

CAPUT IV.

VERS. 5.---Cujus messem famelicus comedet, et ipsum rapiet armatus.

5. Gentiles messem eorum, id est, sacra eloquia, comedunt, ac divitias rapiunt. Hujus enim stulti messis fuerat sacri seges eloquii. Quaedam namque spicarum grana, sunt verba prophetarum, quae stultus habuit, sed non comedit, quia Judaicus populus legem quidem verbo tenus tenuit, sed per fatuitatis fastidium ab ejus intellectu jejunavit. Hujus vero stulti messem famelicus comedit, quia nimirum gentilis populus verba legis intelligendo edit, ad quae plebs Judaica sine intellectu laboravit. Hos famelicos fidei Dominus praevidit, cum per evangelistam dixit: Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur (Matth. V, 6). De his famelicis Anna prophetante dicitur: Repleti prius, pro panibus se locaverunt, et famelici saturati sunt (I Reg. II, 5). Sed quia messem perdidit, recte subjungitur qualiter ipse etiam stultus perit, cum dicitur: Et ipsum rapiet armatus. Quod profecto discipulos Veritas praemonet, dicens: Venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se praestare Deo (Joann. XVI, 2). Sequitur: Antiquus hostis Judaicum populum armatus rapuit, quia in eo vitam fidei fraudulentae suggestionis jaculis exstinxit, ut unde se inhaerere Deo crederet, inde ejus ordinationi repugnaret.

4. Todos los pérfidos son hijos de estos. En Cristo, que es la puerta, son quebrantados. Hijos de este necio son todos los que son engendrados por la predicación de aquella perfidia. Los cuales ciertamente están lejos de la salud, porque aunque perciban la vida temporal sin aflicción, son heridos más gravemente con la venganza eterna, como dice el Señor sobre estos mismos hijos de aquel: ¡Ay de vosotros, escribas y fariseos hipócritas, que recorréis mar y tierra para hacer un prosélito, y cuando llega a serlo, lo hacéis hijo de la gehena el doble que vosotros! (Mt. 23, 15). Sigue: Y sean quebrantados en la puerta, y no haya quien los libre. ¿Quién otro debe ser entendido por el nombre de "puerta", sino el mediador de Dios y de los hombres, que dice: Yo soy la puerta; si alguno entrare por mí, será salvo (Jn. 10, 9)? Los hijos de este necio, por tanto, prosperan fuera de la puerta, y en la puerta son quebrantados, porque las depravadas proles de los judíos florecieron en la observancia de la ley antes del advenimiento del Mediador; pero en la presencia misma de nuestro Redentor cayeron repelidos del obsequio de la Divinidad por los méritos de su perfidia. A los cuales ciertamente no hay quien libre, porque ciertamente, mientras intentaron extinguir al Redentor mismo persiguiéndolo, cercenaron para sí los remedios de liberación ofrecidos; sobre lo cual bien se añade:

CAPÍTULO IV.

VERS. 5.---Cuya mies comerá el hambriento, y a él mismo lo arrebatará el armado.

5. Los gentiles comen su mies, esto es, los sagrados oráculos, y arrebatan sus riquezas. Pues la mies de este necio había sido la cosecha del sagrado lenguaje. Pues ciertos granos de las espigas son las palabras de los profetas, que el necio tuvo, pero no comió, porque el pueblo judaico sostuvo ciertamente la ley de palabra, pero por el hastío de la necedad ayunó de su entendimiento. Pero el hambriento come la mies de este necio, porque ciertamente el pueblo gentil come entendiendo las palabras de la ley, en las cuales la plebe judaica trabajó sin entendimiento. El Señor previó a estos hambrientos de la fe, cuando dijo a través del evangelista: Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados (Mt. 5, 6). De estos hambrientos se dice en la profecía de Ana: Los que antes estaban saciados se alquilaron por pan, y los hambrientos fueron saciados (1 Sam. 2, 5). Pero porque perdió la mies, rectamente se añade cómo perece también el necio mismo, cuando se dice: Y a él mismo lo arrebatará el armado. Lo cual ciertamente la Verdad advierte a los discípulos, diciendo: Viene la hora en que cualquiera que os mate pensará que presta un obsequio a Dios (Jn. 16, 2). Sigue: El antiguo enemigo arrebató armado al pueblo judaico, porque en él extinguió la vida de la fe con los dardos de la sugerencia fraudulenta, de modo que de donde creía adherirse a Dios, de allí mismo impugnaba su ordenación.

Caput V

[Vet. et Rec. III].

IBID.---Et bibent sitientes divitias ejus.

6. Eloquia Dei et messis et divitiae. Quomodo et comedi, et bibi dicuntur. Hujus stulti divitias sitientes bibunt, quia fluentis sacrae locutionis, quae Judaicus populus in superbiae ostentatione possederat, conversae gentilium mentes irrigantur. Unde et eisdem per prophetam dicitur: Omnes sitientes venite ad aquas; et qui non habetis argentum, properate (Isai. LV, 1). Quia enim argenti vocabulo eloquia divina signantur, Psalmista testatur, dicens: Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum (Psal. XI, 7). Qui ergo argentum non habent, ad aquas vocantur, quia nimirum gentilitas, quae Scripturae sacrae praecepta non acceperat, sacri eloquii inundatione satiatur, quam tanto nunc avidius potat, quanto hanc diu sicca sitiebat. Eadem ergo divina eloquia et messes et divitiae vocantur: messes quia jejunam mentem reficiunt; divitiae, quia magna nos morum venustate componunt. Eadem et comedi dicuntur et bibi, quia nimirum dum quaedam in eis obscura sunt, quae non nisi interpretata intelligimus, haec quasi mandendo glutimus; dum quaedam vero ad intelligendum facilia ita sumimus ut invenimus, ea quasi non mansa bibimus, quia non fracta sorbemus. Haec sub intellectu mystico brevi locutione transcurrimus, ne quid forsitan praeterisse videremur. Sed quia beati Job amici esse non possent, nisi in quibusdam quoque magna morum honestate fulgerent, restat ut in eorum verbis virtutem sensuum moraliter inquiramus, quatenus dum locutionis eorum pondus discutitur, cujus doctrinae fuerint, ostendatur.

Caput VI

[Rec. IV].

VERS. 3.---Ego vidi stultum firma radice, et maledixi pulchritudini ejus statim.

SENSUS MORALIS. 7. Terrena sectantes in prosperis videntur firma radice. Quasi firma radice stultus in terra figitur, quia totis desideriis in terreno amore solidatur. Unde et primus Cain civitatem in terra construxisse describitur (Genes. IV, 17), ut aperte monstraretur quia ipse in terra fundamentum posuit, qui a soliditate coelestis patriae alienus fuit.

CAPÍTULO V.

IBID.---Y beberán los sedientos sus riquezas.

6. Los oráculos de Dios son mies y riquezas. De qué modo se dice que son comidos y bebidos. Las riquezas de este necio las beben los sedientos, porque las mentes convertidas de los gentiles son irrigadas por los flujos de la sagrada locución, que el pueblo judaico había poseído en la ostentación de la soberbia. De donde también se les dice a ellos mismos por el profeta: Todos los sedientos, venid a las aguas; y los que no tenéis dinero, apresuraos (Is. 55, 1). Porque ciertamente con el vocablo de "dinero" (plata) se significan los oráculos divinos, como testifica el Salmista diciendo: Las palabras del Señor son palabras castas, plata examinada en el fuego (Sal. 11, 7). Los que, pues, no tienen dinero, son llamados a las aguas, porque ciertamente la gentilidad, que no había recibido los preceptos de la sagrada Escritura, es saciada por la inundación de la sagrada locución, la cual bebe ahora tanto más ávidamente cuanto más tiempo estuvo seca y sedienta de ella. Los mismos oráculos divinos, pues, se llaman mieses y riquezas: mieses porque refrescan la mente en ayunas; riquezas, porque nos componen con gran belleza de costumbres. Los mismos se dicen también ser comidos y bebidos, porque ciertamente, mientras algunas cosas en ellos son oscuras, que no entendemos sino interpretadas, estas las tragamos como masticando; mientras que algunas cosas fáciles de entender las tomamos tal como las encontramos, estas las bebemos como no masticadas, porque las sorbemos íntegras. Recorremos estas cosas bajo el entendimiento místico en una breve locución, para que no pareciera que pasamos algo por alto. Pero porque los amigos del bienaventurado Job no podrían serlo si no resplandecieran también en algunas cosas con gran honestidad de costumbres, resta que indaguemos moralmente la virtud de los sentidos en sus palabras, para que, mientras se discute el peso de su locución, se muestre de qué doctrina fueron.

CAPÍTULO VI.

VERS. 3.---Yo vi al necio con raíz firme, y maldije su hermosura inmediatamente.

SENTIDO MORAL. 7. Los que siguen las cosas terrenas parecen tener raíz firme en la prosperidad. Como con raíz firme se fija el necio en la tierra, porque con todos sus deseos se consolida en el amor terrenal. De donde también se describe que Caín fue el primero en edificar una ciudad en la tierra (Gén. 4, 17), para que se mostrase abiertamente que puso su fundamento en la tierra aquel que fue ajeno a la solidez de la patria celestial.

Quasi firma radice stultus attollitur, quando hic temporali prosperitate fulcitur; ut omne quod appetit assequatur, adversa nulla sustineat, contra infirmos sine repugnatione praevaleat, bene agentibus ex auctoritate contradicat, ad majora commoda ex pejori semper actione perveniat, ut unde viam vitae deserit, inde ad tempus felicior vivat. Sed cum malos florere infirmi conspiciunt, trepidant; et apud semetipsos peccantium prosperitate turbati, intus in gressibus mentis nutant. Quorum profecto speciem sumpsit Psalmista cum diceret: Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei; quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum videns (Psal. LXXII, 2).

8. Prudentes eorum gloriam despiciunt. Nec damnare differunt. Cum vero eorum gloriam fortes aspiciunt, protinus quae post gloriam poena sequatur, attendunt; et alta intus cogitatione despiciunt hoc, quod superbi foras fastu vacuae inflationis intumescunt. Bene ergo dicitur: Ego vidi stultum firma radice, et maledixi pulchritudini ejus statim. Pulchritudini quippe stulti maledicere, est ejus gloriam ex considerata damnatione judicare, quia eo atrocius in tormentis obruitur, quo altius in peccatis elevatur; quia transit quod extollitur, permanet quod punitur; quia qui honoratur in via, in perventione damnabitur; et quasi per amoena prata ad carcerem pervenit, qui per praesentis vitae prospera ad interitum tendit. Notandum vero, quod cum stulti pulchritudini maledixisse se diceret, protinus addidit, statim. Mos namque humanae et infirmae mentis est, ut cum earum rerum quas respicit qualitate varietur. Saepe enim ejus judicium cum ipsa praesentis rei specie ducitur, et juxta hoc quod aspicit, intentio illius sensusque formatur. Nam plerumque nonnulli, dum quorumdam gloriam cernunt, ejusdem gloriae aspectibus delectantur, ac magnum aliquid existimant, seque ut talia mereantur exoptant. Cum vero gloriosos quosque, aut dejectos subito, aut fortasse etiam morientes aspiciunt, quia humana gloria omni modo nihil sit, cum gemitu fatentur, ita ut protinus dicant: Ecce quam nihil est homo. Qui hoc nimirum rectius dicerent, si cum in gloria hominem cernerent, tunc ejus interitum cogitantes, transeuntem potentiam nihil esse sensissent. Tunc quippe est humana elatio pensanda quam nihil sit, cum sese super caeteros successibus extollit. Tunc considerandum est quo cursu felicitas transvolet, cum ante humanos oculos quasi permanens pollet. Nam gloriam morituri nihil esse, in ipsa jam morte pensare infirmi quilibet possunt. Tunc enim ei etiam illi derogant, qui hanc et usque ad mortem sequentes amant.

Como con raíz firme se eleva el necio cuando aquí se apoya en la prosperidad temporal; para alcanzar todo lo que desea, no sufrir ninguna adversidad, prevalecer sin resistencia contra los débiles, contradecir con autoridad a los que actúan bien, llegar a mayores ventajas siempre desde una acción peor, para que de donde deserta de la vía de la vida, de allí viva por un tiempo más feliz. Pero cuando los débiles ven florecer a los malos, tiemblan; y turbados en sí mismos por la prosperidad de los pecadores, vacilan en los pasos de su mente. De los cuales ciertamente tomó la figura el Salmista cuando decía: Mis pies casi se movieron, casi se derramaron mis pasos; porque tuve celo de los pecadores, viendo la paz de los pecadores (Sal. 72, 2. 3).

8. Los prudentes desprecian su gloria. Ni difieren el condenarla. Pero cuando los fuertes ven la gloria de aquellos, atienden pronto a qué pena sigue tras la gloria; y con un profundo pensamiento interior desprecian aquello por lo que los soberbios se hinchan exteriormente con el fasto de una vana inflación. Bien se dice, pues: Yo vi al necio con raíz firme, y maldije su hermosura inmediatamente. Pues maldecir la hermosura del necio es juzgar su gloria por la condenación considerada, porque tanto más atrozmente es sepultado en los tormentos cuanto más alto es elevado en los pecados; porque pasa lo que se ensalza, permanece lo que se castiga; porque quien es honrado en el camino, será condenado en la llegada; y llega como por amenos prados a la cárcel quien a través de la prosperidad de la vida presente tiende a la perdición. Se debe notar, sin embargo, que al decir que había maldecido la hermosura del necio, añadió pronto: inmediatamente. Pues es costumbre de la mente humana y débil variar con la calidad de aquellas cosas que mira. Pues a menudo su juicio es llevado por la especie misma de la cosa presente, y según esto que mira, se forma su intención y su sentido. Pues frecuentemente muchos, mientras ven la gloria de algunos, se deleitan con los aspectos de esa misma gloria, y la consideran algo grande, y desean para sí merecer tales cosas. Pero cuando ven a los gloriosos ya sea derribados de repente, o quizá incluso muriendo, porque la gloria humana es de todo punto nada, lo confiesan con gemido, de modo que dicen pronto: He aquí cuán nada es el hombre. Quienes ciertamente dirían esto más rectamente si, cuando veían al hombre en la gloria, pensando entonces en su perdición, hubieran sentido que la potencia transitoria era nada. Pues entonces ha de pesarse la elación humana cuán nada es, cuando se ensalza sobre los demás por los éxitos. Entonces ha de considerarse con qué carrera vuela la felicidad, cuando ante los ojos humanos resplandece como permanente. Pues la gloria de quien va a morir, que no es nada, pueden pesarla en la muerte misma cualesquiera débiles. Pues entonces le derogan incluso aquellos que la aman siguiendo hasta la muerte.

Bene itaque dicitur: Ego vidi stultum firma radice, et maledixi pulchritudini ejus statim. Ac si aperte diceret: Contra stulti pulchritudinem, moram in maledictione non habui, quia cum hanc cernerem, simul etiam poenam sequentem vidi. Non enim statim maledicerem, si qua me gloriae illius delectatio tenuisset; sed sine tarditate maledixi, quia supplicia mansura conspiciens, ejus potentiam sine dubitatione reprobavi. Sed quia iniqui quique quo plus in hoc mundo proficiunt, plures secum ad interitum trahunt, recte subditur: Longe fiant filii ejus a salute. Filii quippe stulti sunt, qui in ambitione hujus saeculi ex ejus imitatione nascuntur; qui profecto a salute tanto longius fiunt, quanto in perpetratione nequitiae nulla infirmitate feriuntur. De quibus bene additur:

Caput VII

[Vet. IV, Rec. V].

VERS. 4.---Et conterentur in porta, et non erit qui eripiat.

9. Judicii dies porta regni. Tunc non valet eripi, qui renuit hic corripi. Nam sicut urbis aditus porta dicitur; ita est dies judicii porta regni, quia per eum ab electis omnibus ad coelestis patriae gloriam intratur. Unde et hunc diem cum ad retributionem sanctae Ecclesiae Salomon appropinquare conspiceret, dixit: Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terrae (Prov. XXXI, 23). Vir quippe est Ecclesiae humani generis Redemptor, qui in portis se nobilem ostendit, qui despectus prius in contumeliis exstitit, sed in ingressu regni sublimis apparebit. Qui cum terrae senatoribus residet, quia judicii sententiam cum sanctis ejusdem Ecclesiae praedicatoribus decernet, sicut ipse in Evangelio dicit: Vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel (Matth. XIX, 28). Quod Isaias quoque longe ante praenuntians ait: Dominus ad judicium veniet cum senioribus populi sui (Isai. III, 14). De his portis Salomon iterum dicit: Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis opera ejus (Prov. XXXI, 31). Tunc quippe sancta Ecclesia de fructu manuum suarum accipit, cum eam ad percipienda coelestia laboris sui retributio attollit. Tunc eam sua opera in portis laudant, quando ejus membris in ipso regni aditu dicitur: Esurivi, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et cooperuistis me (Matth. XXV, 35), et caetera. Filii igitur hujus stulti ante portam elati sunt, sed in porta conterentur, quia amatores hujus saeculi in praesenti vita superbiunt, sed in ipso regni aditu aeterna animadversione feriuntur.

Bien se dice, pues: Yo vi al necio con raíz firme, y maldije su hermosura inmediatamente. Como si dijera abiertamente: Contra la hermosura del necio no tuve demora en la maldición, porque al ver esta, vi también a la vez la pena siguiente. Pues no maldeciría inmediatamente si algún deleite de aquella gloria me hubiera retenido; pero maldije sin tardanza porque, viendo los suplicios que han de permanecer, reprobé su potencia sin duda alguna. Pero porque los inicuos, cuanto más progresan en este mundo, a más arrastran consigo a la perdición, rectamente se añade: Aléjense sus hijos de la salud. Pues hijos del necio son los que nacen en la ambición de este siglo por imitación de aquel; los cuales ciertamente se alejan tanto más de la salud cuanto que en la perpetración de la maldad no son heridos por ninguna debilidad. Sobre los cuales bien se añade:

CAPÍTULO VII.

VERS. 4.---Y sean quebrantados en la puerta, y no haya quien los libre.

9. El día del juicio es la puerta del reino. Entonces no puede ser librado quien aquí rehusó ser corregido. Pues así como el acceso a la ciudad se llama puerta, así el día del juicio es la puerta del reino, porque a través de él se entra por todos los elegidos a la gloria de la patria celestial. De donde también, cuando Salomón vio que este día se acercaba para la retribución de la santa Iglesia, dijo: Noble en las puertas su marido, cuando se sentare con los senadores de la tierra (Prov. 31, 23). Pues el marido de la Iglesia es el Redentor del género humano, que se muestra noble en las puertas, el cual antes estuvo despreciado en las contumelias, pero aparecerá sublime en el ingreso del reino. El cual reside con los senadores de la tierra, porque decretará la sentencia del juicio con los santos predicadores de la misma Iglesia, como él mismo dice en el Evangelio: Vosotros que me habéis seguido, en la regeneración, cuando el Hijo del hombre se siente en el trono de su majestad, os sentaréis también vosotros sobre doce tronos, juzgando a las doce tribus de Israel (Mt. 19, 28). Lo cual Isaías también prediciendo mucho antes dice: El Señor vendrá a juicio con los ancianos de su pueblo (Is. 3, 14). De estas puertas dice Salomón otra vez: Dadle del fruto de sus manos, y alábenla en las puertas sus obras (Prov. 31, 31). Pues entonces la santa Iglesia recibe del fruto de sus manos, cuando la retribución de su trabajo la eleva a percibir lo celestial. Entonces sus obras la alaban en las puertas, cuando se dice a sus miembros en el mismo acceso al reino: Tuve hambre, y me disteis de comer; tuve sed, y me disteis de beber; fui huésped, y me recogisteis; estaba desnudo, y me cubristeis (Mt. 25, 35), y lo demás. Los hijos de este necio, pues, se elevaron ante la puerta, pero en la puerta serán quebrantados, porque los amantes de este mundo se ensoberbecen en la vida presente, pero en el mismo acceso del reino son heridos por la eterna animadversión.

Bene autem subditur: Et non erit qui eripiat. Illos quippe veritas ab aeterna adversitate eripit, quos in temporalibus prosperis per disciplinam premit. Qui ergo nunc renuit premi, tunc non valet eripi, quia iniqui eum, quem per disciplinam habere negligunt patrem, afflictionis suae tempore per adjutorium non inveniunt ereptorem. Sequitur:

CAPUT VIII.

VERS. 5.---Cujus messem famelicus comedet.

10. Malus recta et intelligens et dicens, messem habet quam alii comedant. Habet etiam stultus messem, quando iniquus quisque donum recte intelligentiae accipit: Scripturae sacrae sententiis docetur, bona loquitur, sed tamen nullo modo hoc quod dicit operatur: verba Dei profert, nec tamen diligit; laudando exaggerat, vivendo calcat. Quia ergo stultus iste recta et intelligit et dicit, sed tamen haec operando non amat, messem habendo jejunat. Quam nimirum famelicus comedit, quia is qui ad Deum sanctis desideriis anhelat, discit quod audit, agit quod didicerit; et dum doctoris pravi recta praedicatione reficitur, quid aliud quam stulti fruge satiatur? An non famelicos suos Veritas, ut stulti messem comederent, admonebat, cum per desideria sancta flagrantibus, de Pharisaeis praeciperet, dicens: Quae dicunt facite, juxta opera vero eorum nolite facere (Matth. XXIII, 3). Ac si aperte diceret: Verbi messem loquendo excolunt, sed hanc male vivendo minime contingunt. Vestram ergo famem messis ista reficiat, quia vobis hanc per fatuitatis suae fastidium servant. Bene autem subditur:

CAPUT IX.

IBID.---Et ipsum rapiet armatus.

11. Diabolus saepe scientiam permittit, ut corrumpat vitam. Antiquus namque hostis quasi inermis vincitur, cum mala aperte suggerens humanae menti, bona omnia simul destruere conatur. Sed armatus venit, quando bona alia intacta deserens, latenter alia corrumpit. Nam saepe quosdam in intellectu non tentat, eisque in sacri eloquii meditatione non obviat; sed tamen eorum vitam in operatione supplantat, qui dum de scientiae virtute laudantur, nequaquam suorum operum damna respiciunt; cumque in favoris delectationem animus ducitur, vitae suae vulneribus non medetur. Hunc ergo armatus hostis rapuit, quem fraude tectus in alia deserens, ex alia parte superavit. Sequitur:

Pero bien se añade: Y no haya quien los libre. Pues la Verdad libra de la adversidad eterna a aquellos a quienes oprime por la disciplina en las prosperidades temporales. Quien, pues, ahora rehúsa ser oprimido, entonces no puede ser librado, porque los inicuos no encuentran en el tiempo de su aflicción como libertador por medio del auxilio a aquel a quien descuidan tener como padre por medio de la disciplina. Sigue:

CAPÍTULO VIII.

VERS. 5.---Cuya cosecha comerá el hambriento.

10. El malvado, entendiendo y diciendo cosas rectas, tiene una cosecha que otros comen. También el necio tiene una cosecha, cuando cualquier inicuo recibe el don de la recta inteligencia: es enseñado por las sentencias de la Sagrada Escritura, habla cosas buenas, pero sin embargo de ningún modo pone por obra lo que dice: profiere las palabras de Dios, pero no las ama; alabándolas las encarece, viviendo las pisotea. Porque, pues, este necio entiende y dice cosas rectas, pero sin embargo no las ama poniéndolas por obra, ayuna teniendo una cosecha. La cual ciertamente el hambriento come, porque aquel que anhela a Dios con santos deseos, aprende lo que oye, y hace lo que ha aprendido; y mientras es confortado por la recta predicación del maestro perverso, ¿qué otra cosa es sino que se sacia con el fruto del necio? ¿Acaso no amonestaba la Verdad a sus hambrientos, para que comieran la cosecha del necio, cuando a los que ardían en deseos santos mandaba acerca de los fariseos, diciendo: Haced todo lo que os digan, pero no hagáis según sus obras (Mt. 23, 3). Como si dijera abiertamente: Cultivan la cosecha de la palabra hablando, pero no la tocan en absoluto viviendo mal. Refresque, pues, vuestra hambre esta cosecha, porque os la guardan a vosotros por el hastío de su propia fatuidad. Pero bien se añade:

CAPÍTULO IX.

IBID.---Y a él mismo lo arrebatará el armado.

11. El diablo a menudo permite la ciencia, para corromper la vida. Pues el antiguo enemigo es vencido como inerme, cuando, sugiriendo abiertamente cosas malas a la mente humana, intenta destruir al mismo tiempo todos los bienes. Pero viene armado cuando, dejando intactos otros bienes, corrompe latente otros. Pues a menudo no tienta a algunos en el intelecto, y no se les opone en la meditación del sagrado elocuio; pero sin embargo suplanta su vida en la obra, los cuales, mientras son alabados por la virtud de la ciencia, de ningún modo miran los daños de sus propias obras; y cuando el ánimo es llevado al deleite del favor, no cura las heridas de su propia vida. A éste, pues, arrebató el enemigo armado, al cual, cubierto por el fraude, dejándolo en unas cosas, lo superó por otra parte. Sigue:

CAPUT X.

IBID.---Et bibent sitientes divitias ejus.

12. Saepe hebes hoc in divinae legis eruditione studendo intelligit, quod per negligentiam ingeniosus nescit. Saepe stultus habet interni liquoris fontem, sed non bibit, quia ingenium quidem intelligentiae accipit, sed tamen veritatis sententias cognoscere legendo contemnit; scit quia intelligere studendo praevaleat, sed ab omni doctrinae studio fastidiosus cessat. Divitiae quoque mentis, sunt verba sacrae locutionis; sed has divitias stultus oculis aspicit, et in ornamenti sui usum minime assumit, quia verba legis audiens, magna quidem esse considerat, sed ad comprehendenda haec nullo studio amoris elaborat. At contra alius sitim habet, ingenium non habet; amor ad meditandum pertrahit, sensus hebetudo contradicit; et saepe hoc in divinae legis eruditione quandoque studendo intelligit, quod per negligentiam ingeniosus nescit. Hujus ergo stulti divitias sitientes bibunt, dum praecepta Dei, quae ingeniosi fastidientes nesciunt, hebetes amantes assequuntur. In his nimirum tenebras hebetudinis illustrat oculus amoris; nam hoc tardioribus sitis aperit, quod velocioribus fastidium claudit. Qui et idcirco ad intelligentiae alta perveniunt, quia agere quae intellexerunt, vel minima nulla contemnunt; et dum sensum manibus adjuvant, sese ultra altitudinem ingeniosorum levant. Unde bene per Salomonem dicitur: Stellio manibus nititur, et moratur in aedibus regis (Prov. XXX, 28). Plerumque enim aves, quas ad volatum penna sublevat, in vepribus resident; et stellio, qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus, regni aedificium tenet, quia nimirum saepe ingeniosi quique dum per negligentiam torpent, in pravis actibus remanent, et simplices, quos ingenii penna non adjuvat, ad obtinenda aeterni regni moenia virtus operationis levat. Stellio ergo dum manibus nititur, in regis aedibus moratur, quia illo simplex per intentionem recti operis pervenit, quo ingeniosus minime ascendit. Sed his auditis, quaestio nostro cordi suboritur, cur vel negligenti intelligentiae donum tribuitur, vel studiosus quisque sensus sui tarditate praepeditur? Ad quam citius respondetur, dum protinus subditur:

CAPUT XI.

VERS. 6.---Nihil in terra sine causa.

CAPÍTULO X.

IBID.---Y beberán los sedientos sus riquezas.

12. A menudo el torpe entiende estudiando en la erudición de la ley divina, lo que por negligencia el ingenioso no sabe. A menudo el necio tiene la fuente del licor interno, pero no bebe, porque ciertamente recibe el ingenio de la inteligencia, pero sin embargo desprecia conocer las sentencias de la verdad leyendo; sabe que prevalecería en el entender estudiando, pero fastidioso cesa de todo estudio de la doctrina. Las riquezas de la mente son también las palabras de la sagrada locución; pero el necio mira estas riquezas con los ojos, y de ningún modo las asume para el uso de su ornamento, porque oyendo las palabras de la ley, considera ciertamente que son grandes, pero no se esfuerza con ningún estudio de amor para comprenderlas. Al contrario, otro tiene sed, pero no tiene ingenio; el amor lo arrastra a meditar, pero la torpeza del sentido se le opone; y a menudo entiende esto en la erudición de la ley divina estudiando alguna vez, lo que por negligencia el ingenioso no sabe. Beben, pues, los sedientos las riquezas de este necio, mientras los torpes amantes alcanzan los preceptos de Dios, que los ingeniosos fastidiosos no saben. En éstos ciertamente el ojo del amor ilumina las tinieblas de la torpeza; pues la sed abre a los más lentos lo que el fastidio cierra a los más veloces. Los cuales también por eso llegan a las alturas de la inteligencia, porque no desprecian nada de lo que entendieron, ni lo más mínimo; y mientras ayudan al sentido con las manos, se elevan a sí mismos más allá de la altura de los ingeniosos. De donde bien se dice por Salomón: El estelión (lagarto) se apoya con las manos, y mora en los palacios del rey (Prov. 30, 28). Pues frecuentemente las aves, a las que la pluma eleva al vuelo, residen en los espinos; y el estelión, que no tiene plumas para el vuelo, apoyándose con las manos, alcanza el edificio del reino, porque ciertamente a menudo los que son ingeniosos, mientras están torpes por la negligencia, permanecen en actos depravados, y a los sencillos, a quienes la pluma del ingenio no ayuda, la virtud de la obra los eleva a obtener los muros del reino eterno. El estelión, pues, mientras se apoya con las manos, mora en los palacios del rey, porque allí llega el sencillo por la intención de la obra recta, a donde el ingenioso de ningún modo asciende. Pero oídas estas cosas, surge una cuestión en nuestro corazón, ¿por qué o se concede el don de la inteligencia al negligente, o cualquier estudioso se ve impedido por la lentitud de su propio sentido? A la cual se responde más pronto, mientras se añade inmediatamente:

CAPÍTULO XI.

VERS. 6.---Nada en la tierra es sin causa.

13. Cur ingenium studio tardum, negligenti acre tribuatur. Idcirco enim saepe et desidiosus ingenium accipit, ut de negligentia justius puniatur, quia quod sine labore assequi potuit, scire contemnit. Et idcirco nonnunquam studiosus tarditate intelligentiae premitur, ut eo majora praemia retributionis inveniat; quo magis in studio inventionis elaborat. Nihil ergo est in terra sine causa, quando et studioso tarditas ad praemium proficit, et desidioso velocitas ad supplicium crescit. Ad intelligenda autem quae recta sunt, aliquando laboris studio, aliquando vero dolore percussionis erudimur. Unde cum dictum sit, Nihil in terra sine causa; apte protinus additur:

Caput XII

[Rec. VI].

IBID.---Et de humo non egredietur dolor.

14. Per occulta merita mentium, aperta prodeunt flagella poenarum. Dolor namque quasi de humo egreditur, cum homo ad Dei imaginem conditus de rebus insensibilibus flagellatur. Sed quia per occulta mentium merita, aperta prodeunt flagella poenarum, et de humo dolor non egreditur, quoniam sensus nostri malitia exigit ut a rebus insensibilibus feriatur. Ecce enim cernimus quod ad correptionem nostram exspectatus imber arente terra suspenditur, et caliginosus aer inardescente sole siccatur; mare procellis tumescentibus saevit, et alios ad transmeandum susceptos intercipit, aliis desideratum iter erecta in cumulum unda contradicit; terra non solum germina fecunditatis imminuit, sed etiam semina accepta consumit. In quibus nimirum cunctis patenter aspicitur hoc, quod quidam sapiens de Domino testatur, dicens: Et pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos (Sap. V, 21). Orbis quippe terrarum cum Domino contra insensatos pugnat, quando in poena delinquentium et elementorum adversitas militat. Sed tamen de humo dolor non egreditur, quia res quaelibet insensibilis ad afflictionem nostram stimulo nostrae actionis excitatur. De humo dolor non egreditur, quia nequaquam poena de ea nascitur creatura, quae percutit, sed de ea procul dubio, quae peccando vim percussionis extorsit. Sed curandum magnopere est ut cum in rebus exterioribus pondere doloris afficimur, spe ad superna tendamus; quatenus eo mens ad alta perveniat, quo nos exterior poena castigat. Unde et apte subjungitur:

Caput XIII

[Rec. VII].

VERS. 7.---Homo ad laborem nascitur, et avis ad volatum.

13. Por qué se concede el ingenio lento al estudio, pero agudo al negligente. Pues por eso a menudo incluso el desidioso recibe el ingenio, para que sea castigado más justamente por su negligencia, porque desprecia saber lo que pudo alcanzar sin trabajo. Y por eso a veces el estudioso se ve oprimido por la lentitud de la inteligencia, para que encuentre tanto mayores premios de retribución cuanto más se esfuerza en el estudio del hallazgo. Nada, pues, hay en la tierra sin causa, cuando tanto la lentitud aprovecha al estudioso para el premio, como la velocidad crece para el desidioso para el suplicio. Para entender las cosas que son rectas, a veces somos instruidos por el estudio del trabajo, pero otras veces por el dolor de la percusión (el azote). De donde habiéndose dicho: Nada en la tierra es sin causa; se añade aptamente a continuación:

CAPÍTULO XII.

IBID.---Y del suelo no brotará el dolor.

14. Por los méritos ocultos de las mentes, brotan los azotes manifiestos de las penas. Pues el dolor brota como del suelo, cuando el hombre, creado a imagen de Dios, es azotado por cosas insensibles. Pero porque por los méritos ocultos de las mentes, brotan los azotes manifiestos de las penas, el dolor no brota del suelo, porque la malicia de nuestro sentido exige que sea herido por cosas insensibles. Pues he aquí que vemos que para nuestra corrección la lluvia esperada se suspende de la tierra árida, y el aire caliginoso se seca por el sol ardiente; el mar brama con tormentas que se hinchan, e intercepta a unos que han sido tomados para transitar, y a otros se les opone al viaje deseado con la ola levantada en montón; la tierra no solo disminuye los gérmenes de fecundidad, sino que incluso consume las semillas recibidas. En todas las cuales ciertamente se mira claramente esto que un cierto sabio atestigua sobre el Señor, diciendo: Y el orbe de la tierra peleará con él contra los insensatos (Sab. 5, 21). Pues el orbe de la tierra pelea con el Señor contra los insensatos, cuando en la pena de los delincuentes milita también la adversidad de los elementos. Pero sin embargo el dolor no brota del suelo, porque cualquier cosa insensible es excitada para nuestra aflicción por el estímulo de nuestra acción. El dolor no brota del suelo, porque de ningún modo la pena nace de aquella criatura que hiere, sino sin duda de aquella que pecando extorsionó la fuerza de la percusión. Pero hay que cuidar grandemente que cuando en las cosas exteriores somos afectados por el peso del dolor, tendamos por la esperanza a las cosas de arriba; para que la mente llegue allí a lo alto, a donde la pena exterior nos castiga. De donde también se añade aptamente:

CAPÍTULO XIII.

VERS. 7.---El hombre nace para el trabajo, y el ave para el vuelo.

15. Quantum caro flagellis afficitur, mens ad altiora sublevatur. Ad laborem quippe nascitur homo quia nimirum is qui accepta est praeditus ratione, considerat quod valde sibi sit impossibile, ut haec peregrinationis suae tempora sine gemitu evadat. Unde bene Paulus cum tribulationes suas discipulis enumeraret, adjunxit: Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus (I Thess. III, 3). Sed in eo quod caro flagellis afficitur, mens ad appetenda altiora sublevatur; Paulo rursus attestante, qui ait: Et licet is qui foris est noster homo corrumpitur, tamen is qui intus est, renovatur de die in diem (II Cor. IV, 16). Homo ergo ad laborem nascitur, et avis ad volatum, quia inde mens ad summa evolat, unde caro in infimis durius laborat.

16. Carnalium gravis labor, spiritalium nullus. Potest quoque appellatione hominis carnalium vita signari. Unde et Paulus ait: Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis? (I Cor. III, 3.) Quibus paulo post subjecit, dicens: Nonne homines estis? (Ibid., 4.) In hac itaque vita homo ad laborem nascitur, quia carnalis quisque cum transeuntia appetit, desideriorum suorum se pondere affligit. Gravis quippe labor est, hanc ipsam praesentis vitae gloriam quaerere, quaesitam quandoque percipere, et perceptam cum circumspectione custodire. Gravis labor est, hoc cum magna fatigatione apprehendere, quod is qui apprehendet, noverit diu stare non posse. Sancti autem viri quia transeuntia non amant, non solum nulla temporalium desideriorum pondera tolerant; sed et si qua adversa consurgunt, in ipsis suis pressuris et languoribus non laborant. Quid enim flagellis durius? et tamen de flagellatis apostolis scriptum est: Ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati (Act. V, 41). Quid ergo eorum mentibus labor est, quibus et poena verberum labor non est? Homo ergo ad laborem nascitur, quia ille hujus mundi veraciter mala sentit, qui ejus bona inhianter appetit. Nam cujus mens ad alta suspenditur, sub ipsa est quidquid exterius contra ipsam movetur. Bene itaque subditur, Et avis ad volatum. Quia tanto animus a laboris afflictione se subtrahit, quanto per spem ad summa sustollit. An non quasi avis, Paulus ad volatum natus fuerat, qui tot adversa sustinens dicebat: Nostra conversatio in coelis est (Philip. XXXI, 20)? Et rursum: Scimus quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod aedificationem habemus ex Deo, domum non manufactam, aeternam in coelis (II Cor. V, 1). Velut avis ergo ima transcenderat, quem adhuc corpore in terra demorantem, jam in sublimibus spei penna sublevabat. Sed quia nullus suis viribus valet sese in alta sustollere, ut cum visibilibus affligitur, in invisibilia sublevetur, recte mox subditur:

15. Cuanto la carne es afectada por los azotes, tanto la mente es elevada a cosas más altas. Pues el hombre nace para el trabajo porque ciertamente aquel que está dotado de la razón recibida, considera que le es muy imposible escapar de estos tiempos de su peregrinación sin un gemido. De donde bien Pablo, cuando enumeraba sus tribulaciones a sus discípulos, añadió: Pues vosotros mismos sabéis que para esto hemos sido puestos (1 Tes. 3, 3). Pero en aquello que la carne es afectada por los azotes, la mente es elevada a desear cosas más altas; atestiguando de nuevo Pablo, quien dice: Y aunque este nuestro hombre exterior se corrompa, sin embargo el interior se renueva de día en día (2 Cor. 4, 16). El hombre, pues, nace para el trabajo, y el ave para el vuelo, porque de allí la mente vuela a lo sumo, de donde la carne trabaja más duramente en lo ínfimo.

16. El pesado trabajo de los carnales, ninguno de los espirituales. También por la apelación de hombre puede ser significada la vida de los carnales. De donde también Pablo dice: Pues habiendo entre vosotros celo y contienda, ¿no sois carnales? (1 Cor. 3, 3). A los cuales poco después añadió, diciendo: ¿No sois hombres? (Ibíd., 4). En esta vida, pues, el hombre nace para el trabajo, porque cada carnal, cuando apetece cosas transitorias, se aflige a sí mismo con el peso de sus deseos. Pues es un trabajo pesado buscar esta misma gloria de la vida presente, percibirla alguna vez buscada, y guardarla con circunspección una vez percibida. Es un trabajo pesado aprehender esto con gran fatiga, lo cual el que lo aprehende sabe que no puede durar mucho tiempo. Pero los varones santos, porque no aman lo transitorio, no solo no toleran pesos de deseos temporales; sino que incluso si surgen cosas adversas, no trabajan en esas mismas presiones y languideces suyas. ¿Pues qué hay más duro que los azotes? y sin embargo de los apóstoles azotados está escrito: Iban gozosos de la presencia del concilio, porque fueron tenidos por dignos de sufrir contumelia por el nombre de Jesús (Hch. 5, 41). ¿Qué trabajo, pues, hay para sus mentes, para quienes incluso la pena de los azotes no es trabajo? El hombre, pues, nace para el trabajo, porque aquel siente verdaderamente los males de este mundo, que apetece ansiosamente sus bienes. Pues para aquel cuya mente está suspendida a lo alto, debajo de ella está todo lo que exteriormente se mueve contra ella. Bien, pues, se añade: Y el ave para el vuelo. Porque tanto el ánimo se sustrae de la aflicción del trabajo, cuanto se eleva por la esperanza a lo sumo. ¿Acaso no había nacido Pablo como un ave para el vuelo, el cual sosteniendo tantas cosas adversas decía: Nuestra conversación está en los cielos (Fil. 3, 20)? Y de nuevo: Sabemos que si nuestra casa terrenal de esta habitación se disuelve, tenemos de Dios una edificación, una casa no hecha por manos, eterna en los cielos (2 Cor. 5, 1). Como un ave, pues, había trascendido lo ínfimo, al cual, demorándose todavía en el cuerpo en la tierra, ya la pluma de la esperanza lo elevaba a lo sublime. Pero porque nadie por sus propias fuerzas vale para elevarse a lo alto, de modo que cuando es afligido con lo visible, sea elevado a lo invisible, rectemente se añade pronto:

CAPUT XIV.

VERS. 8---Quamobrem ego deprecabor Dominum, et ad Deum ponam eloquium meum.

17. Hoc Dei donum est. Ac si aperte diceret: illum rogo, per quem haec tribui scio. Si enim hoc per se habere se crederet, deprecari Deum non indigeret. Sequitur:

CAPUT XV.

VERS. 9.---Qui facit magna et inscrutabilia et mirabilia absque numero.

18. Mira Dei opera humanis oculis usu viluerunt. Quis omnipotentis Dei mirabilia perscrutari sufficiat, quod cuncta ex nihilo creavit, quod ipsa mundi fabrica mira potentiae virtute disposita est, et super aera coelum suspenditur, et super abyssum terra libratur; quod ex rebus invisibilibus omnis haec universitas ac visibilibus existit, quod hominem fecit, ut ita dixerim, in brevi colligens mundum alterum, sed rationalem; quod hunc ex anima et carne constituens, investigabili virtutis dispositione permiscuit spiritum et lutum? Ex his itaque aliud novimus, aliud et sumus; sed tamen mirari negligimus, quia ea quae incomprehensibili indagatione mira sunt, humanis oculis usu viluerunt. Unde fit ut si mortuus homo suscitetur, in admirationem omnes exsiliant, et quotidie homo qui non erat nascitur, et nemo miratur, cum procul dubio omnibus constet quia plus sit creari quod non erat, quam reparari quod erat. Quia arida Aaron virga floruit, cuncti mirati sunt; quotidie ex arente terra arbor producitur, virtusque pulveris in lignum vertitur, et nemo miratur. Quia quinque sunt panibus quinque millia homines satiati, crevisse escas in dentibus cuncti mirati sunt; quotidie sparsa grana seminum, plenitudine multiplicantur spicarum, et nemo miratur. Aquam semel in vinum permutatam videntes cuncti mirati sunt; quotidie humor terrae in radicem vitis attractus, per botrum in vinum vertitur, et nemo miratur. Mira sunt itaque omnia quae mirari homines negligunt, quia ad considerandum, ut praediximus, usu torpescunt. Bene autem cum diceret: Qui facit magna, adjunxit statim: Et inscrutabilia. Minus enim fuerat magna facere, si tamen ea quae facta sunt, perscrutari potuissent. Recte autem subditur: Et mirabilia absque numero, quia minoris esset magnitudinis, si quae inscrutabilia condidit, pauca fuisset.

CAPÍTULO XIV.

VERS. 8.---Por lo cual yo suplicaré al Señor, y a Dios dirigiré mi elocuio.

17. Esto es don de Dios. Como si claramente dijera: a Él ruego, por quien sé que estas cosas son concedidas. Pues si creyera tener esto por sí mismo, no necesitaría suplicar a Dios. Sigue:

CAPÍTULO XV.

VERS. 9.---Quien hace cosas grandes e inescrutables y maravillosas sin número.

18. Las maravillosas obras de Dios se han vuelto viles a los ojos humanos por el uso. ¿Quién bastará para escudriñar las maravillas de Dios omnipotente, que creó todas las cosas de la nada, que la misma fábrica del mundo fue dispuesta por la maravillosa virtud de su potencia, y el cielo se suspende sobre el aire, y la tierra se equilibra sobre el abismo; que de cosas invisibles y visibles existe toda esta universidad, que hizo al hombre, por así decirlo, reuniendo en breve otro mundo, pero racional; que constituyéndolo de alma y carne, por una ininvestigable disposición de la virtud mezcló el espíritu y el lodo (lutum)? De estas cosas, pues, unas conocemos, y otras somos; pero sin embargo descuidamos maravillarnos, porque aquellas cosas que por incomprensible indagación son maravillosas, se han vuelto viles a los ojos humanos por el uso. De donde sucede que si un hombre muerto es resucitado, todos saltan de admiración, y diariamente nace el hombre que no era, y nadie se maravilla, constando sin duda a todos que es más ser creado lo que no era, que ser reparado lo que era. Porque la vara seca de Aarón floreció, todos se maravillaron; diariamente de la tierra árida se produce el árbol, y la virtud del polvo se convierte en leño, y nadie se maravilla. Porque cinco mil hombres fueron saciados con cinco panes, todos se maravillaron de que las comidas crecieran en los dientes; diariamente los granos de semillas esparcidos se multiplican en la plenitud de las espigas, y nadie se maravilla. Viendo el agua mudada una vez en vino todos se maravillaron; diariamente el humor de la tierra atraído a la raíz de la vid, se convierte en vino a través del racimo, y nadie se maravilla. Maravillosas son, pues, todas las cosas que los hombres descuidan maravillarse, porque para considerarlas, como predijimos, se entorpecen por el uso. Pero bien cuando decía: Quien hace cosas grandes, añadió inmediatamente: E inescrutables. Pues menos hubiera sido hacer cosas grandes, si sin embargo las cosas que han sido hechas hubieran podido ser escudriñadas. Pero rectamente se añade: Y maravillas sin número, porque sería de menor magnitud si las cosas inescrutables que fundó hubieran sido pocas.

19. Miracula Dei per studium consideranda, non discutienda per intellectum. Fides ubi titubat, qui firmanda. Unde resurrectio fiat credibilis. Sed inter haec sciendum est quia divina miracula et semper debent considerari per studium, et nunquam discuti per intellectum. Saepe namque humanus sensus dum quarumdam rerum rationem quaerens non invenit, in dubitationis se voraginem mergit. Unde fit ut nonnulli homines mortuorum corpora in pulverem redacta considerent; dumque resurrectionis vim ex ratione colligere non possunt, haec ad statum pristinum redire posse desperent. Mira igitur, ex fide credenda sunt, perscrutanda per rationem non sunt; quia si haec nostris oculis ratio expanderet, mira non essent. Sed cum in his fortasse animus titubat, necesse est ut ea quae per usum novit, nec tamen per rationem colligit, ad memoriam reducat; quatenus rei similis argumento fidem roboret, quam labefactari sua sagacitate deprehendit. Considerato quippe humanae carnis pulvere, quorumdam mens concussa desperat, quando pulvis ad carnem redeat, et redivivum corpus per membrorum lineamenta componat; quando illa terrae ariditas per viventia membra viridescat, ac se per eorum species formasque distinguat. Hoc nimirum comprehendi per rationem non potest, sed tamen credi facile per exemplum potest. Quis enim ab uno grano seminis, immensam surgere arborem crederet, nisi certum hoc per experimentum teneret? In tanta namque unius grani parvitate et pene nulla sui dissimilitudine, ubi latet ligni duritia, et ligno tenerior vel durior medulla, asperitas corticis, viriditas radicis, sapor fructuum, suavitas odorum, colorum diversitas, mollities foliorum? Et tamen quia hoc per experimentum novimus, ex uno grano seminis prodire omnia non dubitamus. Quid ergo est difficile, ut pulvis in membra redeat, dum conditoris potentiam quotidie cernimus, qui et ex grano ligna mirabiliter, et adhuc mirabilius fructus ex lignis creat? Dicat ergo: Qui facit magna et inscrutabilia, et mirabilia absque numero, quia divinorum operum magnitudo nec ex qualitate valet discuti, nec ex quantitate numerari. Unde et adhuc subditur:

Caput XVI

[Vet. VII].

VERS. 10, 11.---Qui dat pluviam super faciem terrae, et irrigat aquis universa. Qui ponit humiles in sublimi, et maerentes erigit sospitate.

19. Los milagros de Dios han de ser considerados por el estudio, no discutidos por el intelecto. Donde la fe vacila, cómo ha de ser fortalecida. De donde la resurrección se hace creíble. Pero entre estas cosas hay que saber que los milagros divinos deben siempre ser considerados por el estudio, y nunca discutidos por el intelecto. Pues a menudo el sentido humano, mientras buscando la razón de ciertas cosas no la encuentra, se sumerge en la vorágine de la duda. De donde sucede que algunos hombres consideran los cuerpos de los muertos reducidos a polvo; y mientras no pueden colegir por la razón la fuerza de la resurrección, desesperan de que estos puedan volver a su estado antiguo. Las maravillas, pues, han de ser creídas por la fe, no han de ser escudriñadas por la razón; porque si la razón expandiera estas cosas ante nuestros ojos, no serían maravillosas. Pero cuando tal vez el ánimo vacila en estas cosas, es necesario que reduzca a la memoria aquellas cosas que conoce por el uso, y sin embargo no colige por la razón; para que con el argumento de una cosa semejante fortalezca la fe, que descubre que es debilitada por su propia sagacidad. Pues considerado el polvo de la carne humana, la mente sacudida de algunos desespera, de cuándo el polvo volverá a la carne, y compondrá el cuerpo revivido por los lineamientos de los miembros; cuándo aquella aridez de la tierra verdee por los miembros vivientes, y se distinga por sus especies y formas. Esto ciertamente no puede ser comprendido por la razón, pero sin embargo puede ser creído fácilmente por un ejemplo. ¿Pues quién creería que de un solo grano de semilla surge un árbol inmenso, si no tuviera esto por cierto por el experimento? Pues en tanta pequeñez de un solo grano y casi ninguna disimilitud de sí mismo, ¿dónde se esconde la dureza del leño, y la médula más tierna o más dura que el leño, la aspereza de la corteza, el verdor de la raíz, el sabor de los frutos, la suavidad de los olores, la diversidad de los colores, la blandura de las hojas? Y sin embargo, porque conocemos esto por el experimento, no dudamos que todas las cosas proceden de un solo grano de semilla. ¿Qué hay, pues, de difícil en que el polvo vuelva a los miembros, mientras vemos diariamente la potencia del creador, que tanto crea maravillosamente leños de un grano, como todavía más maravillosamente frutos de los leños? Diga, pues: Quien hace cosas grandes e inescrutables, y maravillas sin número, porque la magnitud de las obras divinas ni puede ser discutida por la calidad, ni numerada por la cantidad. De donde también todavía se añade:

CAPÍTULO XVI.

VERS. 10, 11.---Quien da la lluvia sobre la faz de la tierra, e irriga con aguas el universo. Quien pone a los humildes en lo sublime, y a los que lloran eleva con la salvación.

SENSUS MYSTICUS.---20.Aquis gratiae Deus universa irrigat. Universitatis nomine homo signatur. Quia amicos beati Job eruditos ejus societate credimus, necesse est ut haec Eliphaz verba mystice disseramus. Omnipotentis enim Deus terrae pluviam tribuit, cum arentia corda gentilium, supernae gratia praedicationis infundit. Et aquis universa irrigat, quia sterelitatem perditi hominis repletione Spiritus ad fructificationem format, sicut per semetipsam Veritas dicit: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum (Joan. IV, 13). Universitatis autem nomine homo signatur, quia in ipso vera species, et magna communio universitatis ostenditur. Omne namque quod est, aut est, et non vivit; aut est, et vivit, sed nequaquam sentit; aut est, et vivit, et sentit, sed non intelligit, nec discernit; aut est, aut vivit, et sentit, et intelligit, discernit. Sunt namque lapides, nec tamen vivunt. Sunt arbusta, vivunt quidem, nec tamen sentiunt. Herbarum namque atque arborum vita viriditas vocatur, sicut per Paulum de seminibus dicitur: Insipiens, tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur (I Cor. XV, 36). Sunt bruta animalia, vivunt et sentiunt, nec tamen intelligunt. Sunt angeli, et vivunt, et sentiunt, et intelligendo discernunt. Homo itaque, quia habet commune esse cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum animalibus, discernere cum angelis, recte nomine universitatis exprimitur, in quo juxta aliquid ipsa universitas tenetur. Unde et discipulis Veritas dicit: Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae (Marc. XVI, 15). Omnem videlicet creaturam solum intelligi hominem voluit, cui commune aliquid cum omnibus creavit.

21. Universa Deus irrigat, cum ex omni hominum genere ad suam cognitionem vocat. Quamvis hoc loco universa intelligi et aliter possunt. Sancti enim Spiritus gratia cum sibi divites subjicit, pauperes non repellit, cum fortes humiliat, venire ad se debiles non recusat; cum nobiles colligit, simul et ignobiles apprehendit; cum sapientes suscipit, imperitorum stultitiam non contemnit. Universa ergo Deus aquis irrigat, qui dono sancti Spiritus ex omni genere hominum ad suam cognitionem vocat.

22. Universa Deus irrigat, quia vim sui sermonis in singulis juxta morum diversitatem format. Possunt autem universorum nomine ipsae morum dissimilitudines designari. Alius namque elatione erigitur, alius pondere timoris inclinatur, alius libidine aestuat, alius avaritia anhelat, alius remissione se dejicit, alius ira fervescit.

SENTIDO MÍSTICO.---20. Con las aguas de la gracia Dios irriga el universo. Por el nombre de universo el hombre es significado. Porque creemos que los amigos del bienaventurado Job fueron instruidos por su sociedad, es necesario que tratemos místicamente estas palabras de Elifaz. Pues Dios omnipotente concede la lluvia a la tierra, cuando infunde la gracia de la predicación celestial en los corazones áridos de los gentiles. E irriga con aguas el universo, porque forma la esterilidad del hombre perdido para la fructificación por la plenitud del Espíritu, como por sí misma dice la Verdad: El que beba del agua que yo le daré, no tendrá sed jamás (Jn. 4, 13). Pero por el nombre de universo el hombre es significado, porque en él se muestra la verdadera especie y la gran comunión del universo. Pues todo lo que es, o es y no vive; o es y vive, pero de ningún modo siente; o es y vive y siente, pero no entiende ni discierne; o es y vive y siente y entiende y discierne. Pues hay piedras, y sin embargo no viven. Hay arbustos, viven ciertamente, y sin embargo no sienten. Pues la vida de las hierbas y de los árboles es llamada verdor, como por Pablo se dice de las semillas: Necio, lo que tú siembras no se vivifica si primero no muere (1 Cor. 15, 36). Hay animales brutos, viven y sienten, y sin embargo no entienden. Hay ángeles, y viven y sienten, y por el entender disciernen. El hombre, pues, porque tiene en común el ser con las piedras, el vivir con los árboles, el sentir con los animales, el discernir con los ángeles, rectamente es expresado con el nombre de universo, en quien según algo el mismo universo es contenido. De donde también la Verdad dice a los discípulos: Id por todo el mundo, predicad el Evangelio a toda criatura (Mc. 16, 15). A saber, quiso que por toda criatura se entendiera solo al hombre, al cual creó algo común con todas las cosas.

21. Dios irriga el universo, cuando de todo género de hombres llama a su conocimiento. Aunque en este lugar el universo puede entenderse también de otra manera. Pues la gracia del Espíritu Santo cuando se sujeta a los ricos, no repele a los pobres; cuando humilla a los fuertes, no rehúsa que los débiles vengan a ella; cuando reúne a los nobles, al mismo tiempo aprehende a los innobles; cuando recibe a los sabios, no desprecia la necedad de los inexpertos. Dios, pues, irriga el universo con aguas, el cual por el don del Espíritu Santo llama de todo género de hombres a su conocimiento.

22. Dios irriga el universo, porque forma la fuerza de su sermón en cada uno según la diversidad de las costumbres. Pero por el nombre de universo pueden ser designadas las mismas disimilitudes de las costumbres. Pues uno se eleva por la elación, otro se inclina por el peso del temor, otro arde por la libido, otro anhela por la avaricia, otro se abate por la remisión, otro hierve por la ira.

Sed per doctrinam sacri eloquii, dum superbo humilitas tribuitur, timido confidentia praebetur, luxuriosus per castitatis studium ab immunditia tergitur, avarus per continentiam ab ambitionis aestu temperatur, remissus zeli rectitudine erigitur, iracundus a praecipitationis suae excitatione refrenatur, universa Deus aquis irrigat; quia vim sui sermonis in singulis juxta morum diversitatem format, ut hoc in ejus eloquio quisque inveniat, per quod virtutis necessariae germen ferat. Unde per quemdam sapientem de mannae dulcedine dicitur: Paratum panem de coelo praestitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, atque omnis saporis suavitatem (Sap. XXVI, 20). Manna quippe omne delectamentum atque omnis saporis in se suavitatem habuit, quod videlicet in ore spiritalium, juxta voluntatem edentium, saporem dedit, quia divinus sermo et omnibus congruens, et a semetipso non discrepans, qualitati audientium condescendit; quem dum electus quisque utiliter juxta modum suum intelligit, quasi acceptum manna in voluntarium saporem vertit. Et quia laborem boni operis gloria sequitur retributionis, post aquarum rigationem recte subjungitur: Qui ponit humiles in sublimi, et moerentes erigit sospitate.

[Vet. VIII, Rec. X.] 23. Servos Dei nunc despectos et afflictos gloria et gaudium excipient.--- In sublimi humiles ponuntur, quia hi qui nunc pro Dei amore despecti sunt, tunc cum Deo judices veniunt, sicut hoc quod paulo ante jam diximus, eisdem humilibus Veritas pollicetur, dicens: Vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis et vos super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israel (Matth. XIX, 28). Tunc moerentes Dominus sospitate erigit, quia hi qui, ejus desideriis accensi, prospera fugiunt, adversa patiuntur, cruciatus persequentium tolerant, seque ipsi per lamenta castigant, tanto sublimiorem tunc sospitatem recipiunt, quanto nunc cunctis mundi gaudiis devote moriuntur. Hinc est enim quod per Salomonem dicitur: Cor quod novit amaritudinem animae suae, in gaudio ejus non miscebitur extraneus (Prov. XIV, 10). Humana etenim mens amaritudinem animae suae scit, cum, aeternae patriae desideriis accensa, peregrinationis suae poenam flendo cognoscit; sed in ejus gaudio extraneus non miscebitur, quia qui nunc a moerore compunctionis alienus est, tunc particeps ad laetitiam consolationis non est. Hinc est quod in Evangelio Veritas dicit: Amen amen dico vobis, quid plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit; vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium (Joan. XVI, 20). Et rursum: Vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo auferet a vobis (Ibid., 22).

Pero por la doctrina del sagrado elocuio, mientras al soberbio se le concede la humildad, al temeroso se le presta la confianza, el lujurioso por el estudio de la castidad es limpiado de la inmundicia, el avaro por la continencia es templado del ardor de la ambición, el remiso por la rectitud del celo es elevado, el iracundo es refrenado de la excitación de su precipitación, Dios irriga el universo con aguas; porque forma la fuerza de su sermón en cada uno según la diversidad de las costumbres, para que cada uno encuentre esto en su elocuio, por lo cual lleve el germen de la virtud necesaria. De donde por un cierto sabio se dice de la dulzura del maná: Pan ya preparado del cielo les prestaste sin trabajo, que tenía en sí todo deleite, y la suavidad de todo sabor (Sab. 16, 20). Pues el maná tuvo en sí todo deleite y la suavidad de todo sabor, porque a saber en la boca de los espirituales, según la voluntad de los que comían, dio el sabor, porque el sermón divino, congruente para todos y no discrepante de sí mismo, condesciende a la calidad de los oyentes; el cual, mientras cada elegido lo entiende útilmente según su medida, convierte como el maná recibido en un sabor voluntario. Y porque a la labor de la buena obra sigue la gloria de la retribución, después de la irrigación de las aguas rectamente se añade: Quien pone a los humildes en lo sublime, y a los que lloran eleva con la salvación.

[Vet. VIII, Rec. X.] 23. La gloria y el gozo recibirán a los siervos de Dios, ahora despreciados y afligidos.--- Los humildes son puestos en lo sublime, porque aquellos que ahora son despreciados por amor a Dios, vienen entonces como jueces con Dios, tal como eso que ya dijimos un poco antes, la Verdad promete a los mismos humildes, diciendo: Vosotros que me habéis seguido, en la regeneración, cuando el Hijo del hombre se siente en la sede de su majestad, os sentaréis también vosotros sobre doce sedes, juzgando a las doce tribus de Israel (Mt. 19, 28). Entonces el Señor eleva con la salvación (sospitate) a los que lloran, porque aquellos que, encendidos por los deseos de Él, huyen de las cosas prósperas, padecen adversidades, toleran los tormentos de los perseguidores y se castigan a sí mismos con lamentos, reciben entonces una salvación tanto más sublime cuanto ahora mueren devotamente a todos los gozos del mundo. De aquí es, pues, lo que se dice por Salomón: El corazón que conoce la amargura de su propia alma, en su gozo no se mezclará el extraño (Prov. 14, 10). Pues la mente humana conoce la amargura de su alma cuando, encendida por los deseos de la patria eterna, reconoce llorando la pena de su peregrinación; pero en su gozo no se mezclará el extraño, porque quien ahora es ajeno al dolor de la compunción, no es entonces partícipe de la alegría de la consolación. De aquí es que en el Evangelio la Verdad dice: En verdad, en verdad os digo, que lloraréis y lamentaréis vosotros, pero el mundo se alegrará; y vosotros os entristeceréis, pero vuestra tristeza se convertirá en gozo (Jn. 16, 20). Y de nuevo: Vosotros, pues, ahora ciertamente tenéis tristeza, pero de nuevo os veré, y se alegrará vuestro corazón, y nadie os quitará vuestro gozo (Ibíd. 22).

Sospitate ergo Dominus moerentes erigere dicitur, quia pro se afflictos temporaliter vera salute consolatur. Quod tamen de electis Dei etiam in hac vita nil obstat intelligi.

24. Humiles jam ex hac vita in sublimi sunt positi.--- In sublimi quippe humiles ponuntur, quia cum se ex humilitate substernunt, altae mentis judicio cuncta temporalia transeunt; cumque se indignos in omnibus aestimant, rectae cogitationis examine hujus mundi gloriam transcendentes calcant. Videamus humilem Paulum. Ecce discipulis dicit: Non enim nosmetipsos praedicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum, nos antem servos vestros per Christum (II Cor. IV, 5). Videamus hunc humilem in sublimi jam positum. Ait: An nescitis quia angelos judicabimus (I Cor. VI, 3)? Et rursum: Conresuscitavit et consedere nos fecit in coelestibus (Ephes. II, 6). Fortasse hunc exterius tunc catena religabat, mente tamen positus in sublimibus fuerat, qui jam per spei suae certitudinem in coelestibus sedebat. Sancti itaque viri foris despecti sunt, et velut indigni omnia tolerant; sed dignos se supernis sedibus confidentes, aeternitatis gloriam cum certitudine exspectant; cumque laborant foris adversitate persecutionis, ad munitam recurrunt intrinsecus arcem mentis; et inde cuncta sub se ire despiciunt, inter quae et transi e corporaliter etiam semetipsos cernunt; minas non metuunt, quia et tormenta patiendo contemnunt. Hinc enim per Salomonem dicitur: Justus quasi leo confidens absque terrore erit (Prov. XXVIII, 1). Hinc ab eo iterum scriptum est: Non contristabit justum, quidquid ei acciderit (Prov. XII, 21). Quia enim recti quique in alto intentionis suae vertice siti sunt, dum mortem moriendo non sentiunt, miro modo eos reproborum jacula et feriunt, et non contingunt. In sublimi ergo humiles sunt positi, quia unde se in omnibus despiciunt, inde contra omnia securiores fiunt.

[Vet. IX, Rec. XI.] Mens ad ea quae supra ipsam sunt inhiare cessans, sub semetipsam indesinenter ruit.--- Quo contra recte sub Babylonis specie per prophetam menti reprobae dicitur: Descende, sede in pulvere, virgo filia Babylonis, sede in terra; non est solium filiae Chaldaeorum (Isai. XLVII, 1). Hoc enim loco humana mens virgo non incorrupta, ut arbitror, dicitur, sed infecunda. Et quia Babylon confusionis interpretatur, recte infecunda mens Babylonis filia vocatur, quae in eo quod nequaquam bona opera germinat, dum nullo ordine rectae vitae componitur, quasi confusione matre generatur.

Por tanto, se dice que el Señor eleva con la salvación a los que lloran, porque consuela con la verdadera salud a los afligidos temporalmente por Él. Lo cual, sin embargo, nada impide que se entienda también de los elegidos de Dios en esta vida.

24. Los humildes ya desde esta vida están puestos en lo sublime.--- Ciertamente los humildes son puestos en lo sublime, porque cuando se someten por humildad, por el juicio de una mente elevada traspasan todas las cosas temporales; y cuando se estiman indignos en todas las cosas, por el examen del recto pensamiento pisan y trascienden la gloria de este mundo. Veamos al humilde Pablo. He aquí que dice a los discípulos: Pues no nos predicamos a nosotros mismos, sino a Jesucristo nuestro Señor, y a nosotros como vuestros siervos por Cristo (2 Cor. 4, 5). Veamos a este humilde puesto ya en lo sublime. Dice: ¿No sabéis que juzgaremos a los ángeles (1 Cor. 6, 3)? Y de nuevo: Nos resucitó juntamente con Él y nos hizo sentar en los cielos (Ef. 2, 6). Quizá exteriormente entonces una cadena lo ligaba, pero en su mente había sido puesto en lo sublime, él que ya por la certeza de su esperanza se sentaba en los cielos. Los varones santos, pues, son despreciados por fuera, y toleran todo como si fueran indignos; pero confiando en que son dignos de las sedes celestiales, esperan con certeza la gloria de la eternidad; y mientras trabajan por fuera en la adversidad de la persecución, recurren por dentro a la ciudadela fortificada de la mente; y desde allí desprecian que todas las cosas pasen bajo ellos, entre las cuales se ven también a sí mismos pasando corporalmente; no temen las amenazas, porque sufriéndolos desprecian incluso los tormentos. Pues de aquí se dice por Salomón: El justo, como un león confiado, estará sin terror (Prov. 28, 1). De aquí fue escrito por él de nuevo: No entristecerá al justo cualquier cosa que le suceda (Prov. 12, 21). Porque, puesto que todos los rectos están situados en la alta cumbre de su intención, mientras no sienten la muerte al morir, de modo admirable los dardos de los réprobos tanto los hieren como no los tocan. Los humildes, pues, están puestos en lo sublime, porque desde donde se desprecian a sí mismos en todo, desde allí se hacen más seguros contra todo.

[Vet. IX, Rec. XI.] La mente, cesando de anhelar las cosas que están sobre ella, cae incesantemente bajo sí misma.--- Por el contrario, rectamente se dice a la mente réproba bajo la figura de Babilonia por el profeta: Desciende, siéntate en el polvo, virgen hija de Babilonia, siéntate en la tierra; no hay solio para la hija de los Caldeos (Is. 47, 1). Pues en este lugar la mente humana es llamada virgen no como incorrupta, según creo, sino como infecunda. Y porque Babilonia se interpreta "confusión", rectamente la mente infecunda es llamada hija de Babilonia, la cual, en cuanto que de ningún modo germina buenas obras, mientras no se compone por ningún orden de vida recta, es engendrada como por la confusión como madre.

Sin autem virgo non infecunda dicitur, sed incorrupta, postquam statum salutis perdidit, ad confusionis suae cumulum appellatur quod fuit. Cui apte per increpationem dicitur divina voce: Descende. In alto quippe humanus animus stat, quando supernis retributionibus inhiat; sed ab hoc statu descendit, cum turpiter victus sese defluentibus mundi desideriis subjicit. Cui bene mox additur: Sede in pulvere. Descendens enim in pulvere residet, quia coelestia deserens, terrenis cogitationibus aspersus in infirmis vilescit. Ubi adhuc ingeminando subjungitur: Sede in terra. Ac si aperte exprobrans dicat: Quia coelesti conversatione noluisti te erigere, sub temetipso prostratus in terrenis actibus humiliare. Unde et necessario protinus additur: Non est solium filiae Chaldaeorum. Chaldaei namque feroces interpretantur. Valde autem feroces sunt, qui voluntates proprias sequentes, nec suis parcere mortibus sciunt. Ferocia sunt terrena desideria, quae non solum contra praecepta conditoris, sed saepe etiam contra percussionum verbera, duram atque insensibilem mentem reddunt. Sed filia ferocium solium non habet, quia mens, quae ad amorem mundi ex pravis desideriis nascitur, atque eisdem desideriis obduratur, in eo quod se terrenis concupiscentiis subjicit, sedem judicii amittit; nullique apud se solio praesidet, quia examine discretionis caret, et quasi a judicii sui sessione repellitur, quia per exteriores concupiscentias vagatur. Liquet enim, quod mens, quae intus consilii sedem perdiderit, foras se per desideria innumerabiliter spargit. Et quia agere intellecta dissimulat, caecatur recte, ut etiam nesciat quod agat; et saepe justo judicio in sua ipsa voluntate relinquitur, et sub ea quae anxie appetit laboriosa mundi ministeria relaxatur.

[Vet. X.] Unde apte illic subditur: Quia ultra non vocaberis mollis et tenera; tolle molam, et mole farinam (Ibid., 2). Constat nimirum quod tenerae suae filiae parentes parcunt, nec duris atque servilibus hanc operibus affligunt. Omnipotentis ergo Deus quasi teneram filiam vocat, quando dilectam uniuscujusque animam a laboriosis hujus mundi servitiis revocat; ne dum exterioribus actibus afficitur, ab internis desideriis obduretur. Sed Chaldaeorum filia mollis et tenera non vocatur; quia mens pravis desideriis dedita, in eo quod anxie appetit hujus saeculi labore relinquitur, ut foras mundo velut ancilla serviat, quae intus Deum ut filia nequaquam amat. Unde et molam tollere, ac farinam molere jubetur. Mola in gyrum ducitur, et farina profertur. Unaquaeque autem mundi hujus actio mola est, quae dum multas curas congerit, humanas mentes quasi per gyrum vertit; atque ex se velut farinas projicit, quia seducto corde, semper minutissimas cogitationes gignit.

Pero si es llamada virgen no como infecunda, sino como incorrupta, después de haber perdido el estado de salud, es llamada por lo que fue para el colmo de su confusión. A la cual aptamente se le dice por reprensión por la voz divina: Desciende. Pues en lo alto está el ánimo humano cuando anhela las retribuciones celestiales; pero desciende de este estado cuando, torpemente vencido, se sujeta a los fluyentes deseos del mundo. A lo cual bien se añade pronto: Siéntate en el polvo. Pues descendiendo reside en el polvo, porque desertando las cosas celestiales, salpicado de pensamientos terrenos se envilece en las cosas débiles. Donde todavía duplicando se añade: Siéntate en la tierra. Como si abiertamente reprochando dijera: Puesto que no quisiste elevarte con la conversación celestial, postrado bajo ti mismo humíllate en los actos terrenos. De donde también necesariamente se añade al punto: No hay solio para la hija de los Caldeos. Pues "Caldeos" se interpreta "feroces". Pero son sumamente feroces los que, siguiendo sus propias voluntades, no saben perdonar ni sus propias muertes. Feroces son los deseos terrenos que, no solo contra los preceptos del Creador, sino a menudo incluso contra los golpes de los azotes, vuelven la mente dura e insensible. Pero la hija de los feroces no tiene solio, porque la mente que nace para el amor del mundo de los deseos depravados, y es endurecida por los mismos deseos, en cuanto que se sujeta a las concupiscencias terrenas, pierde la sede del juicio; y no preside en ningún solio ante sí misma, porque carece del examen de la discreción, y es como repelida de la sesión de su propio juicio, porque vaga por las concupiscencias exteriores. Pues está claro que la mente que ha perdido dentro la sede del consejo, se esparce fuera por innumerables deseos. Y porque disimula actuar según lo entendido, es rectamente cegada, de modo que incluso ignore lo que hace; y a menudo por un justo juicio es dejada en su propia voluntad, y es relajada bajo esos laboriosos ministerios del mundo que ansiosamente apetece.

[Vet. X.] De donde aptamente allí se añade: Porque ya no serás llamada blanda y tierna; toma la mola y muele la harina (Ibíd. 2). Consta sin duda que los padres perdonan a su hija tierna, ni la afligen con obras duras y serviles. Dios omnipotente, pues, la llama como hija tierna cuando revoca el alma amada de cada uno de los laboriosos servicios de este mundo; no sea que mientras es afectada por los actos exteriores, sea endurecida para los deseos internos. Pero la hija de los Caldeos no es llamada blanda y tierna; porque la mente entregada a los deseos depravados, en aquello que ansiosamente apetece es dejada al trabajo de este siglo, para que sirva al mundo como esclava fuera, ella que dentro de ningún modo ama a Dios como hija. De donde también se le manda tomar la mola y moler la harina. La mola es llevada en círculo, y la harina es producida. Pero cada acción de este mundo es una mola, la cual, mientras amontona muchas preocupaciones, hace girar las mentes humanas como en círculo; y de sí proyecta como harinas, porque con el corazón seducido, siempre engendra pensamientos pequeñísimos.

[Vet. XI.] Nonnunquam vero qui quietus alicujus esse meriti creditur, positus in qualibet actione denudatur, unde illic protinus subinfertur: Denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, revela crura, transi flumina (Ibid., 2). In administratione quippe operis turpitudo denudatur, dum vilis mens abjectaque in actionis ostentatione cognoscitur, quae quieta prius magna putabatur. Humerum mens discooperit, quando opus suum quod ignorabatur ostendit. Crura revelat, quia quibus desideriorum passibus lucris mundi inhiet manifestat. Flumina etiam transit, quia actiones hujus saeculi, quae quotidie ad terminum defluunt, indesinenter appetit; dumque alias relinquit, alias assequitur, quasi semper de flumine ad flumen tendit. Haec paucis per excessum diximus, ut mens a solio sanctae intentionis excussa quo jaceat monstraremus, quia si ad ea quae super ipsam sunt inhiare cessaverit, sub semetipsam etiam indesinenter ruit. In alto autem figitur, si amorem temporalium deserens, ad spem incommutabilis aeternitatis ligatur.

26. Laetitia servorum Dei vera; laetitia iniquorum ex insania, non ex sospitate.--- Bene ergo dicitur: Qui ponit humiles in sublimi. Atque apte subjungitur: Et moerentes erigit sospitate. Saepe in hoc mundo etiam laeti quilibet erecti sunt, dum de ipsa gloria suae prosperitatis intumescunt. Sed moerentes Dominus sospitate erigit, quia afflictos suos ad gloriam verae laetitiae soliditate sustollit. Sospitate quippe, non insania erecti sunt, qui in bonis actibus positi, spe in Deum firma gratulantur. Nonnulli enim, sicut diximus, et iniquitates perpetrant, et gaudere non cessant; de quibus per Salomonem dicitur: Qui laetantur cum malefecerint, et exsultant in rebus pessimis (Prov. II, 14). Et rursum: Sunt impii, qui ita securi sunt, ac si justorum facta habeant (Eccle. VIII, 14). Hi nimirum non sospitate eriguntur, sed insania, qui superbiunt cum affligi debuerant; et inde miseri in exsultatione defluunt, unde a bonis flentur. Phreneticorum videlicet sensibus similes, insaniam qua praevalent, virtutem putant; qui ex morbo esse nesciunt hoc, quod amplius sanis possunt; et quasi crevisse se viribus aestimant, dum ad vitae terminum per augmenta languoris appropinquant. Qui quia rationis sensum non habent, flentur, et rident; et tanto in magna exsultatione se dilatant, quanto et insensibiles malum quod patiuntur ignorant. Sospitate ergo Dominus moerentes erigit, quia electorum mens non de praesentis vitae insania, sed de certitudine aeternae salutis hilarescit. Unde apte mox de hac ipsa pravorum destructione subjungitur:

CAPUT XVII.

[Vet. XI.] Pero a veces el que es creído de algún mérito estando quieto, puesto en cualquier acción es desnudado; de donde allí se añade pronto: Desnuda tu turpitud, descubre el hombro, revela las piernas, pasa los ríos (Ibíd. 2). Pues en la administración de la obra se desnuda la turpitud, mientras la mente vil y abyecta es conocida en la ostentación de la acción, la cual antes, estando quieta, era tenida por grande. La mente descubre el hombro cuando muestra su obra que era ignorada. Revela las piernas porque manifiesta con qué pasos de deseos anhela los lucros del mundo. También pasa los ríos, porque apetece incesantemente las acciones de este mundo, que diariamente fluyen hacia un término; y mientras deja unas, sigue otras, como si siempre tendiera de río en río. Estas cosas hemos dicho en pocas palabras por digresión, para mostrar dónde yace la mente sacudida del solio de la santa intención; porque si cesare de anhelar las cosas que están sobre ella, cae incesantemente incluso bajo sí misma. Pero es fijada en lo alto si, desertando el amor de las cosas temporales, es ligada a la esperanza de la inmutable eternidad.

26. La alegría de los siervos de Dios es verdadera; la alegría de los inicuos es por la insania, no por la salvación.--- Bien, pues, se dice: Quien pone a los humildes en lo sublime. Y aptamente se añade: Y a los que lloran eleva con la salvación (sospitate). A menudo en este mundo también algunos alegres son elevados, mientras se hinchan por la misma gloria de su prosperidad. Pero el Señor eleva con la salvación a los que lloran, porque levanta a sus afligidos hacia la gloria de la verdadera alegría con solidez. Ciertamente son elevados con la salvación, no con la insania, aquellos que, puestos en buenas obras, se congratulan con firme esperanza en Dios. Pues algunos, como hemos dicho, tanto perpetran iniquidades como no cesan de gozar; de los cuales se dice por Salomón: Que se alegran cuando han hecho el mal, y saltan de gozo en las cosas pésimas (Prov. 2, 14). Y de nuevo: Hay impíos que están tan seguros como si tuvieran las obras de los justos (Ecl. 8, 14). Estos, sin duda, no son elevados por la salvación, sino por la insania, los cuales se enorgullecen cuando debieron haber sido afligidos; y de aquello mismo los miserables se deshacen en exultación, por lo cual son llorados por los buenos. Siendo, a saber, semejantes a los sentidos de los frenéticos, piensan que la insania en la que prevalecen es virtud; los cuales no saben que esto que pueden más que los sanos es por la enfermedad; y estiman que como si hubieran crecido en fuerzas, mientras se aproximan al término de la vida por los aumentos del languidecimiento. Los cuales, porque no tienen el sentido de la razón, son llorados, y ellos ríen; y tanto se dilatan en gran exultación cuanto, siendo insensibles, ignoran el mal que padecen. Por tanto, el Señor eleva con la salvación a los que lloran, porque la mente de los elegidos no se alegra por la insania de la vida presente, sino por la certeza de la salvación eterna. De donde aptamente pronto se añade sobre esta misma destrucción de los depravados:

CAPÍTULO XVII.

VERS. 12.---Qui dissipat cogitationes malignorum ne possint implere manus eorum quod coeperant.

27. Malorum saepe cassae sunt cogitationes, nec minus rea conscientia.--- Reproborum mentes perversis cogitationibus semper invigilant, sed plerumque eis superna dispensatio obviat; et quamvis pravitatem consilii nec fracti adversitatibus corrigant, ne tamen contra bonos praevaleant, eorum vires refrenat. Quos contra miro judicio agitur, ut effectu quidem pravi operis careant, et tamen justae sententiae judicis reos conscientiae addicat. Quod ergo mala cogitant, quid ipsi faciant ostendunt; quod vero mala implere nequeunt, hi contra quos cogitaverant, defenduntur. Unde et adhuc bene subditur:

Caput XVIII

[Rec. XII].

VERS. 13.---Qui comprehendit sapientes in astutia eorum, et consilia pravorum dissipat.

28. Dei consiliis renitentes, ipsis famulantur inviti. Ostenditur exemplis fratrum Joseph, Saulis, Jonae, Judaeorum.--- Saepe enim nonnulli humana sapientia inflati, dum desideriis suis divina judicia contraire conspiciunt, astutis eis reluctari machinationibus conantur; et quo ad votum suum vim supernae dispensationis intorqueant, callidis cogitationibus insistunt, subtiliora consilia exquirunt; sed inde voluntatem Dei peragunt, unde hanc immutare contendunt; atque omnipotentis Dei consilio, dum resistere nituntur, obsequuntur, quia saepe et hoc ejus dispositioni apte militat, quod ei per humanum studium frivole resultat. Sapientes ergo Dominus in ipsa eorum astutia comprehendit, quando ejus consiliis humana facta etiam tunc congrue serviunt, cum resistunt. Quod melius ostendimus, si pauca gestarum rerum ad medium exempla proferamus.

[Vet. XII.] 29. Joseph somnium viderat, quod suo manipulo fratrum ejus se manipuli prosternebant (Genes. XXXVII, 7); somnium viderat, quod sol et luna se cum reliquis stellis adorabant. Quae quia pure fratribus retulit, eorum corda protinus futurae dominationis invidia pavorque percussit. Cumque ad se hunc venire conspicerent, malitia saeviente dixerunt: Ecce somniator ille venit, venite occidamus eum, et videamus quid illi proderunt somnia sua (Ibid., 20).

VERS. 12.---Quien disipa los pensamientos de los malignos, para que sus manos no puedan cumplir lo que habían comenzado.

27. A menudo los pensamientos de los malos son vanos, pero su conciencia no es por ello menos rea.--- Las mentes de los réprobos siempre vigilan pensamientos perversos, pero la mayoría de las veces se les opone la divina dispensación; y aunque no corrijan la depravación de su consejo ni aun quebrantados por las adversidades, Él refrena sus fuerzas para que no prevalezcan contra los buenos. Contra los cuales se actúa por un admirable juicio, de modo que carezcan ciertamente del efecto de la obra depravada, y sin embargo los declare reos de conciencia ante la justa sentencia del Juez. Por tanto, en lo que piensan cosas malas, muestran lo que ellos mismos harían; pero en lo que no pueden cumplir las cosas malas, son defendidos aquellos contra quienes las habían pensado. De donde también todavía bien se añade:

CAPÍTULO XVIII.

VERS. 13.---Quien atrapa a los sabios en su propia astucia, y disipa los consejos de los malvados.

28. Quienes se resisten a los consejos de Dios, les sirven contra su voluntad. Se muestra con los ejemplos de los hermanos de José, de Saúl, de Jonás y de los judíos.--- Pues a menudo algunos, hinchados de sabiduría humana, al ver que los juicios divinos son contrarios a sus deseos, intentan resistirlos con astutas maquinaciones; y para torcer la fuerza de la divina dispensación hacia su propio voto, insisten en pensamientos astutos y buscan consejos más sutiles; pero por aquello mismo cumplen la voluntad de Dios, por lo cual pretenden cambiarla; y obedecen al consejo de Dios omnipotente mientras se esfuerzan por resistirlo, porque a menudo incluso eso que le resulta frívolamente contrario por el afán humano, milita aptamente para su disposición. Por tanto, el Señor atrapa a los sabios en su misma astucia, cuando los hechos humanos sirven congruentemente a sus consejos incluso cuando se resisten. Lo cual mostramos mejor si traemos al medio algunos ejemplos de cosas sucedidas.

[Vet. XII.] 29. José había tenido un sueño: que las gavillas de sus hermanos se postraban ante su gavilla (Gén. 37, 7); había tenido un sueño: que el sol y la luna con las demás estrellas lo adoraban. Porque refirió estas cosas puramente a sus hermanos, la envidia y el pavor de su futura dominación hirieron pronto sus corazones. Y cuando vieron que él venía hacia ellos, con malicia sañuda dijeron: He aquí que viene aquel soñador; venid, matémosle, y veamos qué le aprovecharán sus sueños (Ibíd. 20).

Cumque se ejus dominio subjici metuunt, somniatorem in puteum deponunt, eumque Ismaelitis transeuntibus vendunt: qui in Aegyptum ductus, servituti subditus, luxuriae accusatione damnatus, castitatis merito adjutus, prophetiae judicio erectus, omni Aegypto praelatus est; per supernam vero sapientiam providus frumenta congessit, et futuro periculo necessitatis obviavit. Cumque in orbem fames irruit, de alimentorum praeparatione sollicitus Jacob filios suos in Aegyptum misit: qui frumentorum dispensationi praepositum Joseph nescientes inveniunt, atque ut mererentur alimenta percipere, eorum dispensatorem compulsi sunt pronis in terram cervicibus adorare. Pensemus ergo gestae rei ordinem, pensemus quomodo sapientes in ipsa sua astutia vis divina comprehendat. Ideo ab eis venditus fuerat Joseph, ne adoraretur; sed ideo est adoratus, quia venditus. Astute namque aliquid agere ausi sunt, ut Dei consilium mutaretur; sed divino judicio, quod declinare conati sunt, renitendo servierunt. Inde quippe coacti sunt Dei voluntatem peragere, unde hanc moliti sunt astute commutare. Sic divinum consilium dum devitatur, impletur; sic humana sapientia dum reluctatur, comprehenditur. Timuerunt fratres, ne Joseph super eos excresceret; sed hoc quod divinitus dispositum fuerat, cavendo factum est ut eveniret. Humana ergo sapientia in se ipsa comprehensa est, quae voluntati Dei, unde per intentionem restitit, inde ejus impletioni militavit.

[Vet. XIII.] 30. Sic Saul dum David subjectum quotidiano succrescere virtutum successu conspiceret, suam ei in conjugium filiam spopondit, atque in ejus dotem centum dari ab eo Philistinorum praeputia petiit, ut cum provocatus miles ultra se excrescere quaereret, inimicorum gladiis traditus vitam finiret, sicut scriptum est: Non habet rex necesse sponsalia, nisi tantum centum praeputia Philistinorum, ut fiat ultio de inimicis regis (I Reg. XVIII, 25). Porro Saul cogitabat tradere David in manus Philistinorum; sed David dispositionis intimae favore roboratus, centum se dare perhibuit, et ducenta praeputia reportavit. Cujus nimirum operis Saul argumento superatus, superna providentia in sapientiae suae est consilio comprehensus; quia unde succrescentis militis vitam se exstinguere credidit, virtutis ejus gloriam inde cumulavit.

31. Sed quia nonnunquam astute aliquid sapere etiam electi moliuntur, libet ad medium alium sapientem deducere, et quomodo in internis consiliis astutia mortalium comprehendatur, demonstrare. Prudenter quippe Jonas sapere voluit, cum ad praedicandam Ninivitarum poenitentiam missus, quia electis gentibus Judaeam deseri timuit, praedicationis officium implere recusavit (Jonae I, 2, 3, seq.). Navim petiit, fugere Tharsis elegit; sed protinus tempestas exoritur, sors mittitur, ut videlicet cognoscatur cujus culpa mare turbetur.

Y cuando temen someterse a su dominio, deponen al soñador en un pozo, y lo venden a unos ismaelitas que pasaban: el cual, llevado a Egipto, sometido a servidumbre, condenado por una acusación de lujuria, ayudado por el mérito de la castidad, elevado por el juicio de la profecía, fue antepuesto a todo Egipto; y por la sabiduría celestial, providente, amontonó granos y salió al encuentro del futuro peligro de la necesidad. Y cuando el hambre irrumpió en el mundo, Jacob, solícito por la preparación de los alimentos, envió a sus hijos a Egipto: los cuales encuentran sin saberlo a José puesto al frente de la dispensación de los granos, y para merecer percibir los alimentos, se vieron compelidos a adorar a su dispensador con las cervices inclinadas hacia la tierra. Pensemos, pues, el orden de la cosa sucedida, pensemos cómo la fuerza divina atrapa a los sabios en su propia astucia. Por eso José había sido vendido por ellos, para que no fuera adorado; pero por eso fue adorado, porque fue vendido. Pues se atrevieron a hacer algo astutamente para que el consejo de Dios fuera cambiado; pero sirvieron resistiendo al juicio divino que intentaron declinar. Pues de allí ciertamente fueron forzados a cumplir la voluntad de Dios, de donde se esforzaron astutamente por cambiarla. Así el consejo divino se cumple mientras es evitado; así la sabiduría humana es atrapada mientras forcejea. Temieron los hermanos que José creciera sobre ellos; pero por precaverse se hizo que sucediera eso que había sido dispuesto divinamente. La sabiduría humana, pues, fue atrapada en sí misma, la cual de donde resistió a la voluntad de Dios por la intención, de allí militó para su cumplimiento.

[Vet. XIII.] 30. Así Saúl, al ver que David, su súbdito, crecía por un diario éxito de virtudes, le prometió a su hija en matrimonio, y pidió para su dote que le fueran dados por él cien prepucios de filisteos, para que cuando el provocado soldado buscara crecer más allá de sí mismo, terminara su vida entregado a las espadas de sus enemigos, como está escrito: El rey no tiene necesidad de dote, sino solo de cien prepucios de filisteos, para que se haga venganza de los enemigos del rey (1 Sam. 18, 25). Por lo demás, Saúl pensaba entregar a David en manos de los filisteos; pero David, robustecido por el favor de la disposición íntima, ofreció dar cien, y trajo doscientos prepucios. Por el argumento de cuya obra Saúl, sin duda superado, fue atrapado por la providencia soberana en el consejo de su propia sabiduría; porque de donde creyó que extinguiría la vida del soldado que crecía, de allí mismo acumuló la gloria de su virtud.

31. Pero porque a veces incluso los elegidos se esfuerzan por ser sabios astutamente, agrada traer al medio a otro sabio, y demostrar cómo la astucia de los mortales es atrapada en los consejos internos. Ciertamente Jonás quiso ser prudentemente sabio cuando, enviado a predicar la penitencia a los ninivitas, porque temió que Judea fuera desamparada si los gentiles eran elegidos, rehusó cumplir el oficio de la predicación (Jon. 1, 2, 3, etc.). Buscó una nave, eligió huir a Tarsis; pero pronto se levanta una tempestad, se echan suertes, para que a saber se conociera por culpa de quién se turbaba el mar.

Jonas in culpa deprehenditur, in profundum mergitur, ceto sorbente devoratur, atque illuc gestante bellua pervenit, quo ire sponte contemnit. Ecce fugitivum Dei tempestas invenit, sors ligat, mare suscipit, bellua includit, et quia auctori suo obedire renititur, ad locum quo missus fuerat, suo reus carcere portatur. Jubente Deo ministrare homo prophetiam noluit, aspirante Deo bellua prophetam vomit. Comprehendit erge Dominus sapientes in astutia eorum, quando et hoc in usum suae voluntatis redigit, per quod sibi voluntas humana contradicit.

32. Perscrutemur adhuc Hebraeorum sapientiam, ut videamus quid providendo prohibuit, quid prohibendo provocavit. Certe cum ad Redemptoris nostri miracula credentium turba conflueret, cum sacerdotes populi, invidiae facibus accensi, mundum post eum ire proclamarent dicentes: Videtis quia nihil proficimus, ecce mundus totus post eum abiit (Joan. XII, 19); ut ab illo vim tantae concursionis absciderent, finire ejus potentiam morte conati sunt, dicentes: Expedit ut unus homo moriatur, et non tota gens pereat (Joan. XI, 50). Sed Redemptoris mors ad conjunctionem sui corporis, id est Ecclesiae, valuit, non ad separationem. Unde et per legem turturi vel columbae, in figura nostri sacrificii, secari guttur praecipitur, et non penitus abscidi, ut et post mortem corpori caput inhaereat (Levit. I, 15); quia videlicet mediator Dei et hominum (I Tim. II, 5), id est, caput omnium nostrum, et verae mundationis hostia, unde pro nobis mortem pertulit, inde nobis verius inhaesit. Post sectionem ergo caput turturis suo corpori inhaeret, quia Christum ab Ecclesia nec mors interveniens dividit. Persecutores igitur peregerunt hoc quod perniciose moliti sunt, intulerunt mortem, ut ab eo absciderent fidelium devotionem; sed inde fides crevit, unde hanc se exstinguere infidelium crudelitas credidit. Cumque se aestimant ejus miracula persequendo abscidere, haec nimirum compulsi sunt nesciendo dilatare. Comprehendit ergo Dominus sapientes in astutia eorum, quando et hoc ad pietatis suae obsequium redigit, quod contra illum humana crudelitas exarsit.

33. Deus alia concedit propitius, alia permittit iratus.--- Justus namque et misericors mortalium acta disponens, alia concedit propitius, alia permittit iratus; atque ea quae permittit, sic tolerat, ut haec in sui consilii usum vertat. [Vet. XIV.] Unde miro modo fit ut et quod sine voluntate Dei agitur, voluntati Dei contrarium non sit, quia dum in bonum usum mala facta vertuntur, ejus consilio militant etiam quae ejus consilio repugnant. Hinc enim per Psalmistam dicitur: Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus (Psal. CX, 2).

Jonás es descubierto en culpa, es sumergido en lo profundo, devorado por una ballena que lo absorbe, y llega allí, llevado por la bestia, a donde espontáneamente despreció ir. He aquí que la tempestad encuentra al fugitivo de Dios, la suerte lo liga, el mar lo recibe, la bestia lo encierra, y porque se resiste a obedecer a su Autor, es llevado a su reo calabozo al lugar al que había sido enviado. Mandándolo Dios, el hombre no quiso ministrar la profecía; aspirándolo Dios, la bestia vomita al profeta. Atrapa, pues, el Señor a los sabios en su propia astucia, cuando reduce incluso esto al uso de su voluntad, por lo cual la voluntad humana le contradice.

32. Escrutemos todavía la sabiduría de los hebreos, para que veamos qué prohibió al prever, y qué provocó al prohibir. Ciertamente, cuando una multitud de creyentes confluía a los milagros de nuestro Redentor, cuando los sacerdotes del pueblo, encendidos por las teas de la envidia, proclamaban que el mundo iba tras Él, diciendo: ¿Veis que nada aprovechamos? He aquí que todo el mundo se ha ido tras él (Jn. 12, 19); para cortar de Él la fuerza de tan gran concurso, intentaron terminar su poder con la muerte, diciendo: Conviene que un hombre muera, y que no perezca toda la nación (Jn. 11, 50). Pero la muerte del Redentor valió para la unión de su cuerpo, esto es, de la Iglesia, no para su separación. De donde también por la ley se manda que a la tórtola o a la paloma, en figura de nuestro sacrificio, se le corte el gaznate y no se separe del todo, para que incluso después de la muerte la cabeza quede unida al cuerpo (Lev. 1, 15); porque a saber el Mediador de Dios y de los hombres (1 Tim. 2, 5), esto es, la Cabeza de todos nosotros, y hostia de la verdadera purificación, de donde padeció la muerte por nosotros, de allí se nos unió más verdaderamente. Después de la sección, pues, la cabeza de la tórtola permanece unida a su cuerpo, porque ni la muerte interviniente divide a Cristo de la Iglesia. Los perseguidores, por tanto, realizaron aquello que perniciosamente intentaron; infirieron la muerte para cortar de Él la devoción de los fieles; pero de allí creció la fe, de donde la crueldad de los infieles creyó extinguirla. Y mientras estiman que cortan sus milagros persiguiéndolos, se vieron sin duda compelidos, sin saberlo, a dilatarlos. Atrapa, pues, el Señor a los sabios en su propia astucia, cuando reduce incluso al obsequio de su piedad aquello que la crueldad humana encendió contra Él.

33. Dios concede unas cosas propicio, otras las permite airado.--- Pues el Justo y Misericordioso, disponiendo los actos de los mortales, concede unas cosas propicio, otras las permite airado; y aquellas que permite, de tal modo las tolera que las convierte al uso de su propio consejo. [Vet. XIV.] De donde de modo admirable sucede que incluso lo que se hace sin la voluntad de Dios, no es contrario a la voluntad de Dios, porque mientras las malas obras se convierten en buen uso, militan para su consejo incluso aquellas cosas que repugnan a su consejo. Pues de aquí se dice por el Salmista: Grandes son las obras del Señor, buscadas según todas sus voluntades (Sal. 110, 2).

Sic quippe ejus opera magna sunt, ut per omne quod ab hominibus agitur, ejus voluntas exquiratur. Nam saepe inde perficitur, unde repelli putabatur. Hinc rursum dicitur: Omnia quaecunque voluit Dominus fecit in coelo et in terra (Psal. CXXXIV, 6). Hinc Salomon ait: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum (Prov. XXI, 30). Restat ergo ut in cunctis quae agimus vim supernae voluntatis inquiramus, cui videlicet cognitae debet nostra actio devote famulari, et quasi ducem sui itineris persequi, ne ei etiam nolens serviat, si hanc superbiens declinat. Vitari enim vis superni consilii nequaquam potest; sed magna sibi virtute hanc temperat, qui se sub ejus nutibus refrenat; ejusque sibi pondera levigat, qui hanc subjecto cordis humero volens portat. Sed quia persecutorum superius memoriam fecimus, qualiter etiam ea quae subjuncta sunt, eorum caecitati congruant, ostendamus. Sequitur:

Caput XIX

[Rec. XIII].

VERS. 14.---Per diem incurrent tenebras, et quasi in nocte, sic palpabunt in meridie.

34. Christi persecutores in die tenebras passi sunt. Et quasi caeci palparunt in meridie.--- Per diem tenebras incurrerunt, quia in ipsa veritatis praesentia perfidiae errore caecati sunt. Clare quippe per diem cernitur, per noctem vero nostra acies obscuratur. Persecutores igitur Redemptoris nostri dum divinae virtutis miracula cernerent, et tamen de ejus divinitate dubitarent, in die tenebras passi sunt, quia visum in luce perdiderunt. Hinc est quod eos ipsa Lux admonet dicens: Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebrae comprehendant (Joan. XII, 35). Hinc est quod de Judaea dicitur: Occidit ei sol, cum adhuc esset dies (Jerem. XV, 9). Hinc est quod vocem poenitentium in se propheta iterum sumpsit, dicens: Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui (Isai. LIX, 10). Hinc iterum dicit: Custos quid de nocte? custos quid de nocte? Dixit custos: Venit mane et nox (Isai. XXI, 11). De nocte etenim custos venit, quia humani generis protector et manifestus in carne apparuit, et tamen hunc pressa perfidiae suae tenebris Judaea minime agnovit.

Pues de tal modo sus obras son grandes, que por todo lo que se hace por los hombres, se busca su voluntad. Pues a menudo por aquello se perfecciona, por lo cual se pensaba que era repelida. De aquí de nuevo se dice: Todo lo que quiso el Señor lo hizo en el cielo y en la tierra (Sal. 134, 6). De aquí dice Salomón: No hay sabiduría, no hay prudencia, no hay consejo contra el Señor (Prov. 21, 30). Resta, pues, que en todo lo que hacemos inquiramos la fuerza de la voluntad soberana, a la cual, una vez conocida, nuestra acción debe servir devotamente, y seguirla como guía de su itinerario, para que no le sirva incluso sin querer, si siendo soberbia la declina. Pues la fuerza del consejo soberano de ningún modo puede ser evitada; pero se la templa para sí con gran virtud quien se refrena bajo sus mandatos (nutus); y se aligera sus pesos quien la lleva voluntariamente sobre el hombro sometido del corazón. Pero porque arriba hicimos memoria de los perseguidores, mostremos cómo también aquellas cosas que se añaden concuerdan con su ceguera. Sigue:

CAPÍTULO XIX.

VERS. 14.---Se encontrarán con tinieblas en pleno día, y como en la noche, así palparán al mediodía.

34. Los perseguidores de Cristo padecieron tinieblas en el día. Y como ciegos palparon al mediodía.--- Encontraron tinieblas en pleno día, porque en la misma presencia de la Verdad fueron cegados por el error de la perfidia. Pues claramente se ve por el día, pero por la noche nuestra vista se oscurece. Los perseguidores de nuestro Redentor, pues, mientras discernían los milagros del poder divino y sin embargo dudaban de su divinidad, padecieron tinieblas en el día, porque perdieron la vista en la luz. De aquí es que la misma Luz les amonesta diciendo: Caminad mientras tenéis luz, para que no os sorprendan las tinieblas (Jn. 12, 35). De aquí es que se dice de Judea: Se le puso el sol cuando aún era de día (Jer. 15, 9). De aquí es que el profeta tomó de nuevo en sí la voz de los penitentes, diciendo: Tropezamos al mediodía como en tinieblas; en lugares tenebrosos como muertos (Is. 59, 10). De aquí de nuevo dice: Centinela, ¿qué hay de la noche? centinela, ¿qué hay de la noche? Dijo el centinela: Viene la mañana y la noche (Is. 21, 11-12). Pues de la noche vino el centinela, porque el Protector del género humano apareció y se manifestó en la carne, y sin embargo Judea, oprimida por las tinieblas de su propia perfidia, de ningún modo le reconoció.

Ubi bene ex voce custodis additur, Venit mane et nox, quia per ejus praesentiam et nova lux mundo inclaruit, et tamen in corde infidelium vetusta caecitas remansit. [Vet. XV.] Bene autem dicitur: Quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. Hoc quippe palpando exquirimus, quod oculis non videmus. Judaei autem aperta ejus miracula viderant, et adhuc cum quasi palpantes quaerebant, cum dicerent: Quo usque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam (Joan. X, 24). Ecce miraculorum lux ante oculos aderat, et tamen in cordis sui tenebras offendentes, adhuc requirendo palpabant. Quorum nimirum caecitas ad crudelitatem, crudelitas etiam usque ad aperta opera persecutionis exarsit. Sed Redemptor humani generis persecutorum suorum manibus diu teneri non potuit. Unde et protinus subditur:

CAPUT XX.

VERS. 15.---Porro salvum faciet egenum de gladio oris eorum, et de manu violenti pauperem.

35. Christus Judaeorum linguas et gentilium gladium resurgendo superavit.--- Ipse quippe iste pauper est, de quo per Paulum dicitur: Propter nos egenus factus est, cum dives esset. Et quia Judaei Dominum accusando tradiderunt, quem traditum gentiles occiderunt (II Cor. VIII, 9), potest per oris gladium accusantium Hebraeorum lingua signari, de quibus per Psalmistam dicitur: Filii hominum, dentes eorum arma et sagittae, et lingua eorum muchaera acuta (Psal. LVI, 5); quia Evangelio etiam teste clamaverunt: Crucifige, crucifige (Luc. XXIII, 21). Per violenti vero manum, ipsa crucifigens gentilitas exprimi potest, quae in Redemptoris morte Hebraeorum voces opere implevit. Deus itaque hunc pauperem et de violenti manu, et de oris gladio salvum fecit; quia videlicet Redemptor noster et vires gentilium, et linguas Judaeorum moriendo ex humanitate pertulit, sed ex divinitatis suae potentia resurgendo superavit. Qua videlicet resurrectione quid aliud agitur, nisi ut ad spem vitae subsequentis infirmitas nostra roboretur? Unde et bene mox subditur:

CAPUT XXI.

VERS. 16.---Et erit egeno spes.

Donde bien se añade por la voz del centinela: Viene la mañana y la noche, porque por su presencia tanto una nueva luz brilló para el mundo como, sin embargo, en el corazón de los infieles permaneció la antigua ceguera. [Vet. XV.] Pero bien se dice: Como en la noche, así palparán al mediodía. Pues buscamos palpando aquello que no vemos con los ojos. Pero los judíos habían visto sus milagros manifiestos, y todavía le buscaban como palpando, cuando decían: ¿Hasta cuándo nos tienes el alma en suspenso? Si tú eres el Cristo, dínoslo claramente (Jn. 10, 24). He aquí que la luz de los milagros estaba presente ante sus ojos, y sin embargo, tropezando en las tinieblas de su propio corazón, todavía palpaban preguntando. Cuya ceguera, sin duda, se encendió en crueldad, y su crueldad incluso hasta obras abiertas de persecución. Pero el Redentor del género humano no pudo ser retenido por mucho tiempo por las manos de sus perseguidores. De donde también al punto se añade:

CAPÍTULO XX.

VERS. 15.---Pero salvará al necesitado de la espada de su boca, y al pobre de la mano del violento.

Cristo venció las lenguas de los judíos y la espada de los gentiles resucitando.--- Pues él mismo es ese pobre de quien se dice por Pablo: Por nosotros se hizo necesitado (egenus), siendo rico. Y porque los judíos entregaron al Señor acusándolo, al cual una vez entregado los gentiles mataron, puede por la espada de la boca significarse la lengua de los hebreos acusadores, de los cuales se dice por el Salmista: Hijos de los hombres, cuyos dientes son armas y saetas, y su lengua espada aguda (Sal. 56, 5); porque, siendo testigo también el Evangelio, clamaron: Crucifícale, crucifícale (Lc. 23, 21). Pero por la mano del violento puede expresarse la misma gentilidad crucificante, la cual en la muerte del Redentor cumplió con la obra las voces de los hebreos. Dios, pues, salvó a este pobre tanto de la mano del violento como de la espada de la boca; porque a saber nuestro Redentor tanto toleró las fuerzas de los gentiles como las lenguas de los judíos muriendo por su humanidad, pero las superó resucitando por la potencia de su divinidad. Por cuya resurrección ¿qué otra cosa se realiza, sino que nuestra debilidad se robustezca para la esperanza de la vida subsiguiente? De donde también bien se añade pronto:

CAPÍTULO XXI.

VERS. 16.---Y habrá esperanza para el necesitado.

36. Suorum spem solidavit.--- Erepto quippe paupere, egenus ad spem reducitur, quia humilis fidelium populus, Redemptore moriente, pavore concutitur, sed resurgente solidatur. Ipsos namque primos hujus populi pauperes, electos videlicet praedicatores, visa ejus mors perculit, sed resurrectio ostensa reparavit. Salvato ergo paupere, spem egenus recipit, quia resurgente in carne Domino, fidelis quisque ad aeternae vitae fiduciam convalescit. Sed ecce jam in manifesta ostensione Veritas venit, jam carnis mortem pertulit, eamque resurgendo destruxit, jam resurrectionem gloria ascensionis honoravit; et tamen Hebraeorum lingua adhuc cum contumeliis lacessere non desinit, quos nimirum aequanimiter tolerat, ut alios tolerando convertat, atque alios minime conversos quandoque districtius feriat. Tunc enim lingua infidelium ab effrenatione suae loquacitatis obmutescet, cum venire eum justum judicem viderit, quem nunc injuste judicavit. Unde et bene subditur:

CAPUT XXII.

IBID.---Iniquitas autem contrahet os suum.

37. Judaei a contumeliis in Christum cessabunt.--- Os enim suum nunc adhuc iniquitas dilatat, quia humani generis Redemptorem lingua infidelium contumeliis lacessere nequaquam cessat. Sed tunc os contrahet, cum hoc quod non vult per studium, per supplicium claudet. Quod tamen bene accipi etiam de conversis persecutoribus potest. Salvato enim paupere, dum egenus ad spem redit, contracto ore iniquitas obmutescit, quia resurrectionis ejus clarescente miraculo, dum copiosa multitudo infidelium credit, a Redemptoris sui injuriis contumeliisque cessavit. Os enim suum, quod Deum deridendo aperuit, jam formidando contraxit.

[Vet. XVI.] SENSUS MORALIS.--- 38. Invidorum tenebrae et anxia malitia.--- Libet haec moraliter, postposita Judaeorum significatione, transcurrere, atque a pravis generaliter quomodo agantur indagare. Iniquorum quippe hominum mentes cum quaedam a proximis bene gesta conspiciunt, in extenso livoris sui equuleo torquentur, et gravem malitiae suae poenam sustinent, cum bona in aliis tabescentes vident.

36. Solidificó la esperanza de los suyos.--- Ciertamente, arrebatado el pobre, el necesitado es devuelto a la esperanza, porque el humilde pueblo de los fieles se sacude de pavor al morir el Redentor, pero se solidifica al resucitar Él. Pues a aquellos mismos primeros pobres de este pueblo, a saber, los predicadores elegidos, les hirió la muerte de Él vista, pero la resurrección mostrada los reparó. Salvado, pues, el pobre, el necesitado recibe esperanza, porque al resucitar el Señor en la carne, cada fiel recobra fuerzas para la confianza de la vida eterna. Pero he aquí que ya la Verdad ha venido en manifiesta ostentación, ya padeció la muerte de la carne y la destruyó resucitando, ya honró la resurrección con la gloria de la ascensión; y sin embargo la lengua de los hebreos todavía no cesa de provocarle con contumelias, a los cuales sin duda tolera con ecuanimidad, para convertir a unos tolerándolos, y herir en su día más rigurosamente a otros de ningún modo convertidos. Pues entonces la lengua de los infieles enmudecerá de la desenfreno de su locuacidad, cuando le vea venir como juez justo, a quien ahora juzgó injustamente. De donde también al punto se añade:

CAPÍTULO XXII.

IBID.---La iniquidad empero contraerá su boca.

37. Los judíos cesarán de las contumelias contra Cristo.--- Pues su boca aún ahora la dilata la iniquidad, porque la lengua de los infieles no cesa en absoluto de provocar al Redentor del género humano con contumelias. Pero entonces contraerá la boca, cuando cerrará por el suplicio aquello que no quiere cerrar por estudio. Lo cual, sin embargo, también puede entenderse bien de los perseguidores convertidos. Pues salvado el pobre (*pauper*), mientras el necesitado (*egenus*) vuelve a la esperanza, la iniquidad enmudece con la boca contraída, porque al esclarecerse el milagro de su resurrección, mientras la copiosa multitud de los infieles cree, cesó de las injurias y contumelias de su Redentor. Pues su boca, que abrió para burlarse de Dios, ya la contrajo por temor a Él.

SENTIDO MORAL.--- 38. Las tinieblas de los envidiosos y su ansiosa malicia.--- Aplace recorrer estas cosas moralmente, pospuesta la significación de los judíos, e indagar de los malvados en general cómo actúan. Pues las mentes de los hombres inicuos, cuando ven algunas cosas bien hechas por sus prójimos, son atormentadas en el extenso ecúleo de su envidia (*livor*), y sostienen una grave pena por su malicia, cuando ven los bienes en los otros mientras ellos mismos desfallecen.

Recte itaque dicitur: Per diem incurrent tenebras, quia mens eorum cum de aliena melioratione affligitur, de radio lucis obscuratur; quia saepe in proximis dum bona aperta considerant, si qua mala lateant investigant, et sollicitis inquisitionibus laborant, si quid forte quod accusare possint inveniant. Sana quidem membra conspiciunt: sed clausis cordis oculis vulnus palpantes quaerunt. Unde et bene subditur: Et quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. Dies boni operis in proximo exterius lucet; sed quasi in nocte palpant, quia livoris sui intus tenebras tolerant. Pervenire ad aliqua, quae reprehendant, satagunt, detractionis aditum quaerunt; sed quia hunc invenire non valent, caeci exterius circumeunt. Quod bene exprimitur, cum Lot, protegentibus angelis, in domo ejus ostium Sodomitae non invenerunt, sicut scriptum est: Vim faciebant Lot vehementissime, et jam proximum erat ut frangerent fores, et miserunt manum viri, et introduxerunt ad se Lot, clauseruntque ostium, et eos qui erant foris, percusserunt caecitate a minimo usque ad maximum, ita ut ostium invenire non possent (Gen. XIX, 9, 10 seq.). Quid est quod malis adversantibus, intra domum Lot reducitur et munitur, nisi quod justus quisque dum pravorum insidias sustinet, ad mentem revertitur, et imperterritus manet? Sodomitae autem viri in domo Lot invenire ostium nequeunt, quia corruptores mentium contra vitam justi nullum accusationis aditum deprehendunt. Percussi enim caecitate quasi domum circumeunt, qui invidentes facta dictaque perscrutantur. Sed quia eis de vita justi fortis undique ac laudabilis actio obviat, errantes nihil aliud quam parietem palpant. Bene ergo dicitur: Quasi in nocte, sic palpabunt in meridie, quia dum bonum quod vident accusare nequeunt, caecati malitia, malum quod non vident ad accusationem quaerunt.

39. Ad culpam nos trahit delectatio aut terror; neutrum valet in humilem.--- Ubi et recte subjungitur: Porro salvum faciet de gladio oris eorum, et de manu violenti pauperem. Pauper quippe est, quisquis apud semetipsum elatus non est. Unde et per Evangelium Veritas dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum coelorum (Matth. V, 3). Duobus autem modis ad culpam unusquisque pertrahitur. Aut enim delectatione ducitur, aut terrore superatur. Gladius namque oris est iniquitas persuasionis, manus autem violenti est adversitas potestatis.

Rectamente, pues, se dice: De día tropezarán con tinieblas, porque su mente, cuando se aflige por la mejoría ajena, se oscurece respecto al rayo de luz; porque a menudo en los prójimos, mientras consideran los bienes manifiestos, investigan si algunos males se ocultan, y trabajan en solícitas inquisiciones, por si acaso encuentran algo que puedan acusar. Ciertamente ven miembros sanos: pero con los ojos del corazón cerrados, buscan palpando una herida. De donde también bien se añade: Y como en la noche, así palparán al mediodía. El día de la buena obra luce exteriormente en el prójimo; pero palpan como en la noche, porque toleran en su interior las tinieblas de su envidia. Se afanan por llegar a algunas cosas que reprendan, buscan el acceso de la detracción; pero porque no pueden encontrar este, circulan ciegos por fuera. Lo cual se expresa bien cuando los sodomitas, protegiendo los ángeles, no encontraron en la casa de Lot la puerta, como está escrito: Hacían violencia a Lot vehementísimamente, y ya estaba cerca que rompieran las puertas, y los varones extendieron la mano, e introdujeron a sí a Lot, y cerraron la puerta, y a los que estaban fuera los hirieron con ceguera desde el mínimo hasta el máximo, de modo que no pudieran encontrar la puerta (Gén. 19, 9-11). ¿Qué es que, ante la oposición de los malos, Lot sea devuelto al interior de la casa y sea protegido, sino que cada justo, mientras sostiene las insidias de los malvados, vuelve a su mente y permanece impávido? Pero los varones de Sodoma no pueden encontrar la puerta en la casa de Lot, porque los corruptores de las mentes no encuentran ningún acceso de acusación contra la vida del justo. Pues heridos de ceguera circulan como alrededor de la casa los que, envidiando, escudriñan los hechos y los dichos. Pero porque de la vida del justo les sale al encuentro por todas partes una fuerte y laudable acción, errantes no palpan otra cosa que la pared. Bien se dice, pues: Como en la noche, así palparán al mediodía, porque mientras no pueden acusar el bien que ven, cegados por la malicia, buscan para la acusación el mal que no ven.

39. El deleite o el terror nos arrastran a la culpa; ninguno de los dos prevalece contra el humilde.--- Donde también rectamente se añade: Por lo demás, salvará de la espada de su boca, y de la mano del violento al pobre. Pues es pobre (*pauper*), quienquiera que no se ensalza en sí mismo. De donde también por el Evangelio dice la Verdad: Bienaventurados los pobres de espíritu, porque de ellos es el reino de los cielos (Mt. 5, 3). Además, cada uno es arrastrado a la culpa de dos modos. O bien es llevado por el deleite, o bien es superado por el terror. Pues la espada de la boca es la iniquidad de la persuasión, pero la mano del violento es la adversidad de la potestad.

Sed quia veraciter humilis, qui hoc loco pauper vocatur, quo nulla hujus mundi prospera appetit, eo audenter etiam adversa contemnit, recte dicitur: Salvum faciet de gladio oris eorum et de manu violenti pauperem. Ac si aperte diceretur: Sic in se Deus mentes humilium solidat, ut eas ad perpetrandam nequitiam nec blandimenta suasionum pertrahant, nec dolores suppliciorum frangant. Spes quippe in aeternitatem animum erigit, et idcirco nulla mala exterius quae tolerat sentit. Unde et subditur: Et erit egeno spes. Ad cujus spei videlicet fructum eum pauper pervenerit, omnis elatus obmutescit. Unde et adhuc subditur: Iniquitas autem contrahet os suum. Nunc enim malus bonis derogat, et recta quae agere negligit haec in aliis obtrectando lacerare non cessat. Sed tunc iniquitas os suum contrahit, cum justis quanta suppetat gloria retributionis agnoscit. Tunc enim ei loqui contra bonos non vacat, quia malorum suorum digna retributione linguam tormenta ligant. Unde bene, Anna prophetante, dicitur: Pedes sanctorum suorum servabit, et impii in tenebris conticescent (I Reg. II, 9). Sed ut electus quisque aeterna supplicia evadat, et ad perennem gloriam pauper ascendat, debet hic assiduis flagellis atteri, quatenus in judicio valeat purgatus inveniri. Ipso namque infirmitatis nostrae pondere deorsum quotidie ducimur, nisi mira manu artificis per subvenientia flagella relevemur. Unde et subditur:

Caput XXIII

[Vet. XVII].

VERS. 17.---Beatus homo qui corripitur a Domino.

40. Assiduis flagellis hic atteri electus debet.--- Prima virtus est, ne perpetrari debeant, vitare peccata; secunda autem, saltem perpetrata corrigere. Sed plerumque culpas non solum imminentes minime vitamus, verum etiam nec commissas agnoscimus. Et peccatorum mens tanto altius tenebrescit, quanto nec damnum suae caecitatis intelligit. Unde fit plerumque divini muneris largitate, ut culpam poena subsequatur, et flagella oculos delinquentis aperiant, quos inter vitia securitas caecabat. Torpens quippe animus percussione tangitur, ut excitetur; quatenus qui statum suae rectitudinis securus perdidit, afflictus consideret quo jacet. Hinc itaque ipsa asperitas correptionis origo fit luminis. Unde et per Paulum dicitur: Omne quod arguitur, a lumine manifestatur (Ephes. V, 13), argumentum enim salutis est vis doloris. Hinc est enim quod Salomon ait: Curatio cessare faciet peccata maxima (Eccle. X, 4). Hinc iterum dicit: Quem enim diligit Dominus, castigat; flagellat autem omnem filium quem recipit (Hebr. XII, 6).

Pero porque el verdaderamente humilde, que en este lugar es llamado pobre, en cuanto no apetece ningún bien próspero de este mundo, por eso mismo también desprecia audazmente los adversos, rectamente se dice: Salvará de la espada de su boca y de la mano del violento al pobre. Como si se dijera abiertamente: Así consolida Dios en sí las mentes de los humildes, que ni los halagos de las persuasiones las arrastran a perpetrar la maldad, ni los dolores de los suplicios las quebrantan. Pues la esperanza en la eternidad eleva el ánimo, y por ello no siente ningún mal de los que tolera exteriormente. De donde también se añade: Y habrá esperanza para el necesitado. Al fruto de cuya esperanza, a saber, cuando el pobre haya llegado, todo el que se ensalza enmudece. De donde también se añade todavía: La iniquidad empero contraerá su boca. Pues ahora el malo detrae de los buenos, y no cesa de desgarrar con sus calumnias aquellas cosas rectas que él descuida hacer en los demás. Pero entonces la iniquidad contrae su boca, cuando reconoce cuánta gloria de retribución se suministra a los justos. Pues entonces no le queda tiempo de hablar contra los buenos, porque los tormentos ligan su lengua para la digna retribución de sus males. De donde bien se dice, profetizando Ana: Guardará los pies de sus santos, y los impíos callarán en las tinieblas (1 Sam. 2, 9). Pero para que cada elegido escape de los suplicios eternos, y el pobre ascienda a la gloria perenne, debe ser aquí desgastado por asiduos azotes (*flagella*), a fin de que pueda ser hallado purgado en el juicio. Pues por el mismo peso de nuestra flaqueza somos llevados hacia abajo diariamente, si no somos elevados por la admirable mano del Artífice a través de los azotes que nos auxilian. De donde también se añade:

CAPÍTULO XXIII.

VERS. 17.---Bienaventurado el hombre que es corregido por Dios.

40. Todo elegido debe ser aquí desgastado por asiduos azotes (*flagella*).--- La primera virtud es evitar los pecados, para que no deban ser perpetrados; la segunda, empero, al menos corregir los perpetrados. Pero frecuentemente no solo no evitamos en absoluto las culpas inminentes, sino que ni siquiera reconocemos las cometidas. Y la mente del pecador se oscurece tanto más profundamente cuanto que ni siquiera entiende el daño de su propia ceguera. De donde sucede frecuentemente por la largueza del don divino, que la pena sigue a la culpa, y los azotes abren los ojos del delincuente, a los cuales la seguridad cegaba entre los vicios. Pues el ánimo torpe es tocado por el golpe para que se excite; a fin de que quien, estando seguro, perdió el estado de su rectitud, afligido considere dónde yace. De aquí, pues, la misma aspereza de la corrección se convierte en origen de luz. De donde también por Pablo se dice: *Todo lo que es argüido, por la luz es manifestado* (Ef. 5, 13), pues argumento de salud es la fuerza del dolor. De aquí es, ciertamente, que Salomón dice: *La curación hará cesar los pecados máximos* (Ecl. 10, 4). De aquí otra vez dice: *Porque a quien el Señor ama, castiga; y azota a todo hijo que recibe* (Heb. 12, 6).

Hinc voce angelica Dominus ad Joannem loquitur, dicens: Ego quos amo, redarguo et castigo (Apoc. III, 19). Hinc Paulus ait: Omnis autem disciplina in praesenti quidem non videtur esse gaudii, sed moeroris; postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit justitiae (Hebr. XII, 11). Quamvis ergo convenire simul nequeant dolor et beatitudo, recte tamen nunc dicitur, Beatus homo qui corripitur a Domino; quia per hoc, quod peccator dolore correptionis premitur, quandoque ad beatitudinem, quae sine interventu est doloris, eruditur. Sequitur:

VERS. 17, 18.---Increpationem ergo Domini ne reprobes; quia ipse vulnerat, et medetur; percutit, et manus ejus sanabunt.

41. Hic quoque de spe redit ad metum.--- Scriptura sacra ad mentes nostras quasi ad aegrum quendam loquitur; cui medici medicamenta esse non possunt, nisi ex contrariis fuerint temperata. Calidum enim aegrum frigida temperant, et rursum frigidum calida adjuvant. Ita sacrum eloquium ut vitiis peccantium obviet, modo spem modo timorem proponit; quatenus hunc spe erigat, illum timore deprimat; et per utrumque contrarium unum salutis poculum menti temperet, ut nec spei fiducia in praesumptionem cadat, nec timoris pondere in desperationem vergat. Hinc est enim, quod sicut paulo ante dictum est, Beatus homo qui corripitur a Domino; per quod mentes timentium sublevantur; ita statum subjungitur, Increpationem ergo Domini ne reprobes. Quia enim beatus est qui corripitur, timendum valde est ne quis ab ipsa beatitudine correctionis recedat. Unde et bene adjungitur: Ipse enim vulnerat, et medetur; percutit, et manus ejus sanabunt. Quia si percussio culpam non abscideret, profecto menti remedium non pararet. Percutit ergo ut sanet, vulnerat ut medeatur; quia ad spiritalem salutem per carnis dolores itur; et dum foris flagella saeviunt, intus medicinae remedia convalescunt.

VERS. 19.---In sex tribulationibus liberabit te, et in septima non tanget te malum.

42. In sex flagellis liberat, qui a culpis custodit; in septimo non tanget malum, quia ad culpam ultra non redit.--- Quid per senarium numerum nisi praesentis vitae cursus exprimitur? qui videlicet per sex aetates, id est infantiam, pueritiam, adolescentiam, juventutem, gravitatem atque senectutem, quasi per sex dierum spatia terminatur. In quibus profecto sex tribulationibus a Domino liberamur, si a peccatis singulis, quibus unaquaeque aetas instruitur, per divinam gratiam custodiamur.

Yo a los que amo, los reprendo y castigo (Apoc. 3, 19). De aquí Pablo dice: *Toda disciplina, en el presente ciertamente no parece ser de gozo, sino de tristeza; después empero devuelve a los ejercitados por ella el fruto pacatísimo de la justicia* (Heb. 12, 11). Aunque, por tanto, no puedan convenir a la vez el dolor y la bienaventuranza, rectamente sin embargo se dice ahora: *Bienaventurado el hombre que es corregido por el Señor*; porque por esto, que el pecador es oprimido por el dolor de la corrección, en su día es instruido para la bienaventuranza, que es sin la intervención del dolor. Sigue:

VERS. 17, 18.---No desprecies, pues, la corrección del Señor; porque él hiere, y sana; golpea, y sus manos curarán.

41. Aquí también de la esperanza vuelve al temor.--- La Sagrada Escritura habla a nuestras mentes como a un cierto enfermo; para quien los medicamentos de los médicos no pueden serlo, si no han sido templados de contrarios. Pues las cosas frías templan al enfermo caliente, y a su vez las calientes ayudan al frío. Así el sagrado elocuio, para oponerse a los vicios de los pecadores, propone ahora la esperanza, ahora el temor; a fin de que eleve a este por la esperanza, y deprima a aquel por el temor; y por medio de cada contrario temple una sola copa de salvación para la mente, para que ni por la confianza de la esperanza caiga en la presunción, ni por el peso del temor decline hacia la desesperación. De aquí es, ciertamente, que como se dijo poco antes: *Bienaventurado el hombre que es corregido por el Señor*; por lo cual las mentes de los que temen son aliviadas; así al punto se añade: *No desprecies, pues, la corrección del Señor*. Porque, puesto que es bienaventurado el que es corregido, es de temer mucho que alguien se aparte de esa misma bienaventuranza de la corrección. De donde también bien se adjunta: *Porque él hiere, y sana; golpea, y sus manos curarán*. Porque si el golpe no cortara la culpa, ciertamente no prepararía el remedio para la mente. Golpea, pues, para sanar, hiere para curar; porque hacia la salud espiritual se va por los dolores de la carne; y mientras fuera los azotes se ensañan, dentro los remedios de las medicinas se fortalecen.

VERS. 19.---En seis tribulaciones te librará, y en la séptima no te tocará el mal.

42. En seis azotes libra quien custodia de las culpas; en el séptimo no toca el mal, porque ya no se vuelve más a la culpa.--- ¿Qué se expresa por el número seis sino el curso de la presente vida? el cual, a saber, se termina a través de seis edades, esto es, la infancia, la niñez, la adolescencia, la juventud, la madurez y la senectud, como a través de los espacios de seis días. En cuyas seis tribulaciones verdaderamente somos librados por el Señor, si por la gracia divina somos custodiados de los pecados singulares con que cada edad es instruida.

Infantia enim rudi et simplici, sed adhuc carnis vitiis obnoxia, pueritia levi et instabili, adolescentia fervida et praecipiti, juventute gravi et superba, gravitate elata et rigida, senectute tremula et querula; in his videlicet cunctis, quasi in sex tribulationibus, a Domino liberamur, si in singulis aetatibus divina nos gratia adjuvante mundos ab iniquitate praebeat. In septima vero non tangit nos malum; quia cum post hunc sex dierum cursum ad illam septimam requiem venerimus, in qua videlicet et nos a laboribus nostris, sicut Deus ab operibus suis requiescit, nulla tunc ibi adversitas imminet, nulla nos tentatio tangit, nulla iniquitas inquinat, sed in aeterna puritate beati, a flagello sumus et a culpa securi. In septima ergo non tangit nos malum, quia in aeterna requie non sentimus correptionis gladium, qui ultra non habemus maculam peccatorum. Sequitur:

VERS. 20.---In fame eruet te de morte, et in bello de manu gladii.

43. De morte famis, qui de inopia boni operis; de manu gladii in bello, qui de feritate tentationis liberat.--- Quid in hoc loco famis nomine, nisi bonorum operum inopia; quid vero belli vocabulo, nisi ipsa tentatio designatur? Fame ergo de morte liberamur, cum nos ab ipsa inopia operum, ne in aeternum moriamur, eripimur. In bello autem de manu gladii salvamur, cum nos in ipsa tentationis pugna divina gratia protegente, ne a nequitia peccati vulneremur, custodimur. Potest etiam fame mors, et bello manus gladii aliter designari. Fame quippe tunc morimur, cum verbi Dei pabulo caremus. Unde et per prophetam dicitur: Mittam famem in terram; non famem panis, neque sitim aquae, sed audiendi verbum Dei (Amos. VIII, 11). Qui ergo verbum Dei in nullo modo intelligit, ipse profecto in fame moritur. Sed in fame de morte eruimur, si ad vivificandum nos pabulum eloquii divini per gratiam vocamur. In bello autem de manu gladii salvamur; quia dum contra nos per tentationes mundus hic saevit, ipsius tentationis feritate non trahimur. Manu enim gladii potestas tentationis exprimitur. In bello ergo de manu gladii liberamur, si in ipso certamine tentationis ab insidiis adversantis eripimur. Sequitur:

VERS. 21.---A flagello linguae absconderis, et non timebis calamitatem, cum venerit.

Pues la infancia es ruda y simple, pero todavía obnoxio a los vicios de la carne; la niñez, ligera e inestable; la adolescencia, ferviente y precipitada; la juventud, grave y soberbia; la madurez, elada y rígida; la senectud, trémula y querellosa. En todas estas, a saber, como en seis tribulaciones, somos librados por el Señor, si en cada edad, ayudándonos la gracia divina, nos presenta limpios de iniquidad. Pero en la séptima no nos toca el mal; porque cuando tras este curso de seis días lleguemos a aquel séptimo descanso, en el cual, a saber, también nosotros descansamos de nuestros trabajos, como Dios descansa de sus obras, ninguna adversidad nos amenaza allí entonces, ninguna tentación nos toca, ninguna iniquidad nos mancha, sino que, benditos en la pureza eterna, estamos seguros del azote y de la culpa. En la séptima, por tanto, no nos toca el mal, porque en el descanso eterno no sentimos la espada de la corrección nosotros, que ya no tenemos mancha de pecados. Sigue:

VERS. 20.---En el hambre te librará de la muerte, y en la guerra de la mano de la espada.

43. De la muerte del hambre, quien libra de la penuria de la buena obra; de la mano de la espada en la guerra, quien libra de la ferocidad de la tentación.--- ¿Qué se designa en este lugar con el nombre de hambre, sino la penuria de buenas obras; qué verdaderamente con el vocablo de guerra, sino la tentación misma? Por el hambre, pues, somos librados de la muerte, cuando somos arrebatados de esa misma penuria de obras, para que no muramos eternamente. Pero en la guerra somos salvados de la mano de la espada, cuando en la misma lucha de la tentación, protegiéndonos la gracia divina, somos custodiados para no ser heridos por la maldad del pecado. También pueden designarse de otro modo la muerte por el hambre, y la mano de la espada por la guerra. Pues morimos de hambre cuando carecemos del pasto de la palabra de Dios. De donde también se dice por el profeta: *Enviaré hambre a la tierra; no hambre de pan, ni sed de agua, sino de oír la palabra de Dios* (Amós 8, 11). Quien, por tanto, de ningún modo entiende la palabra de Dios, ese ciertamente muere de hambre. Pero en el hambre somos librados de la muerte, si somos llamados por la gracia al pasto del elocuio divino para vivificarnos. Pero en la guerra somos salvados de la mano de la espada; porque mientras este mundo se ensaña contra nosotros por las tentaciones, no somos arrastrados por la ferocidad de la tentación misma. Pues por la *mano de la espada* se expresa la potestad de la tentación. En la guerra, por tanto, somos librados de la mano de la espada, si en el mismo certamen de la tentación somos arrebatados de las insidias del adversario. Sigue:

VERS. 21.---Del azote de la lengua serás escondido, y no temerás la calamidad cuando viniere.

44. De flagello linguae absconditur, qui a superbiae elatione liberatur.--- Flagellum linguae est ipsa contumeliae et detractionis acerbitas. Quae nos tunc nequaquam ferit, si eam intus humilitatis nostrae clypeus excipit. Quisquis enim elatus est, cito flagello linguae percutitur, quia hoc esse verum credit, quod de illo ab iratis vel malevolis dicitur. Qui autem humilitatis virtute munitur, a flagello linguae absconditur; quia cum se ipse infra omnia projicit, non credit quod dicitur; quoniam hoc se esse penitus, quod a detrahentibus dicitur, non ignorat. Superbus namque, qui de se bona credit, de se mala non recipit; humilis autem, qui de se mala credit, de se bona non recipit; quia ex hoc se veraciter intuetur, quod in semetipso videt, non ex eo quod in eo alius detrahendo vel blandiendo loquitur. A flagello ergo linguae absconditur, qui intus veraciter humiliatur. Sequitur:

VERS. 22.---In vastitate et fame ridebis, et bestias terrae non formidabis.

45. Ridebit in vastitate mundi et fame, qui de retributionis suae spe gaudet.--- Quid vastitatis, nisi mundi hujus interitus; quid famis nomine, nisi ipsa quam praediximus inopia boni operis exprimitur? Ridebit ergo in vastitate et fame, qui de spe retributionis suae gaudet; quia cum mundus interit, ipse ad illam patriam pervenit, ad quam per amorem tendit. Et cum peccatores bonorum operum inopia deficiunt, ipse de sua ubertate gratulatur, quia ipse hic per bona opera fructificavit, quod illic sine fine possit metere. Unde et dicitur: Bestias terrae non formidabis. Quid per bestias terrae, nisi inmundos spiritus intelligimus, qui pro feritate nequitiae et voracitate malitiae bestiarum nomine recte designantur? Qui terrae bestiae dicuntur, quia pro peccati sui merito, in hac mundi caligine quasi in ima terrae dejecti sunt. Bestias ergo terrae non formidat, qui ad coelestis patriae amorem suspirat; quia hunc immundi spiritus nequaquam ad nequitiam pertrahunt, quem nulla terrena desideria illaqueant. Qui enim terrenum nihil concupiscit, nihil penitus habet unde eum spiritus immundus occupet. Sequitur:

VERS. 23.---Sed cum lapidibus regionum pactum erit tuum, et bestiae terrae pacificae erunt tibi.

46. Lapis regionis est unusquisque electus.--- Quis lapidum nomine, nisi electi quique designantur? De quibus per Petrum dicitur: Ipsi tanquam lapides vivi superaedificamini domos spiritales (I Petr. II, 5). Quae sunt autem regiones, nisi diversae virtutes? In quibus videlicet regionibus lapides sunt electi cuncti, qui tunc alius ab alio non extraneus, sed unusquisque alterius regionis indigena est, cum virtutem qua ipse non pollet, sed alter insignis est, hanc in eo tanquam in sua regione miratur.

In contemplatione etenim mentem si amor non excitat, teporis sui torpor obscurat; si timor non aggravat, sensus hanc per inania ad nebulam erroris levat; et cum clausa ei secretorum janua tardius aperitur, ab ea longius ipsa sua praesumptione repellitur; quia irrumpere appetit hoc, quod non inveniens quaerit; cumque superba mens errorem pro veritate percipit, quo quasi intus gressum porrigit, foras tendit. Hinc est enim quod legem daturus Dominus, in igne fumoque descendit (Exod. XIX, 18); quia et humiles per claritatem suae ostensionis illuminat, et superborum oculos per caliginem erroris obscurat. Prius igitur mens ab appetitu gloriae temporalis, atque ab omni carnalis concupiscentiae delectatione tergenda est, et tunc ad aciem contemplationis erigenda. Unde et cum lex accipitur, populus a monte prohibetur, ut videlicet qui infirmis adhuc mentibus terrena desiderant, considerare sublimia non praesumant. Unde et recte dicitur: Si bestia tetigerit montem, lapidabitur (Ibid., 12, 13). Bestia enim montem tangit, cum mens irrationabilibus desideriis subdita ad contemplationis alta se erigit. Sed lapidibus percutitur, quia summa non sustinens, ipsis superni ponderis ictibus necatur.

59. Quae ad eam assequendam perfectio necessaria. ---Qui igitur culmen apprehendere perfectionis nituntur, cum contemplationis arcem tenere desiderant, prius se in campo operis per exercitium probent, ut sollicite sciant si nulla jam mala proximis irrogant, si irrogata a proximis aequanimiter portant, si objectis bonis temporalibus nequaquam mens laetitia solvitur, si subtractis non nimio moerore sauciatur; ac deinde perpendant si cum ad semetipsos introrsus redeunt, in eo quod spiritalia rimantur, nequaquam secum rerum corporalium umbras trahunt, vel fortasse tractas manu discretionis abigunt; si incircumscriptum lumen videre cupientes, cunctas circumscriptionis suae imagines deprimunt; et in eo quod super se contingere appetunt, vincunt quod sunt. [Vet. XXVIII.] Unde recte nunc dicitur: Ingredieris in abundantia sepulcrum. Vir quippe perfectus sepulcrum in abundantia ingreditur, quia prius activae vitae opera congregat, et postmodum carnis sensum per contemplationem mortuum, huic mundo funditus occultat. Unde et apte subditur: Sicut infertur acervus tritici in tempore suo (Ibid.).

Pues en la contemplación, si el amor no excita la mente, el torpor de su tibieza la oscurece; si el temor no la grava, el sentido la eleva por las vanidades hasta la nube del error; y cuando la puerta cerrada de los secretos se le abre más tardíamente, es repelida más lejos de ella por su propia presunción; porque desea irrumpir en aquello que busca sin encontrar; y cuando la mente soberbia percibe el error por la verdad, por donde dirige el paso como hacia dentro, tiende hacia fuera. De aquí es, pues, que el Señor, al dar la ley, descendió en fuego y humo (Éx. 19, 18); porque ilumina a los humildes por la claridad de su manifestación, y oscurece los ojos de los soberbios por la calina del error. Primero, pues, la mente debe ser limpiada del apetito de la gloria temporal y de toda delectación de la concupiscencia carnal, y entonces debe ser erigida a la agudeza de la contemplación. De donde también cuando se recibe la ley, el pueblo es prohibido del monte, para que, a saber, los que todavía desean cosas terrenas con mentes débiles, no presuman considerar las sublimes. De donde también rectamente se dice: *Si una bestia tocare el monte, será apedreada* (Ibid. v. 12, 13). La bestia toca el monte cuando la mente sujeta a deseos irracionales se erige a las alturas de la contemplación. Pero es golpeada por piedras porque, no sosteniendo las cosas sumas, es muerta por los mismos golpes del peso superno.

59. Qué perfección es necesaria para alcanzarla. ---Quienes, pues, se esfuerzan por aprehender la cumbre de la perfección, cuando desean tener la fortaleza de la contemplación, pruébense primero en el campo de la obra por el ejercicio, para que sepan solícitamente si ya no arrojan males a sus prójimos, si llevan con ecuanimidad los males arrojados por los prójimos, si ante los bienes temporales ofrecidos la mente de ninguna manera se disuelve por la alegría, si ante los sustraídos no es herida por excesivo pesar; y luego consideren si cuando regresan a sí mismos interiormente, en aquello que escudriñan las cosas espirituales, de ninguna manera arrastran consigo las sombras de las cosas corporales, o tal vez ahuyentan las arrastradas con la mano de la discreción; si deseando ver la luz incircunscrita (*incircumscriptum lumen*), deprimen todas las imágenes de su propia circunscripción; y en aquello que desean tocar sobre sí mismos, vencen lo que son. [Vet. XXVIII.] De donde rectamente se dice ahora: *Entrarás en abundancia en el sepulcro.* Pues el varón perfecto entra en abundancia en el sepulcro porque primero congrega las obras de la vida activa, y después oculta radicalmente de este mundo el sentido de la carne muerto por la contemplación. De donde también se añade aptamente: *Como se introduce la gavilla de trigo en su tiempo* (Ibid.).

60. Actio contemplationem debet antecedere. ---Actionis namque tempus primum est, contemplationis extremum. Unde necesse est ut perfectus quisque prius virtutibus mentem exerceat, atque hanc postmodum in horreum quietis condat (Luc. VIII, 35). Hinc est enim quod is quem legio daemonum Domino jubente dereliquit, ad Salvatoris sui pedes resides, verba doctrinae percipit, et de regione sua simul discedere cum salutis auctore concupiscit; sed tamen ei ipsa quae salutem contulit Veritas dicit: Revertere primum in domum tuam, et narra quanta tibi fecerit Dominus. Cum enim quamlibet parum de divina cognitione percipimus, redire ad humana jam nolumus, et proximorum necessitatibus onerari recusamus; quietem contemplationis quaerimus, nihilque aliud, nisi hoc quod sine labore reficit, amamus. Sed sanatos nos Veritas ad domum mittit, narrare quae nobiscum acta sunt praecipit, ut videlicet prius mens exsudet in opere, et postmodum refici debeat per contemplationem.

[Rec. XVIII.] 61. Contemplationis et actionis figurae Rachel et Lia, Maria et Martha. Vitae activae magna merita, contemplativae potiora. ---Hinc est quod Jacob pro Rachel servit, et Liam accipit, eique dicitur Non est consuetudinis in terra nostra ut minores ante tradamus ad nuptias quam majores (Genes. XXIX, 27). Rachel namque, visum principium; Lia autem laboriosa dicitur. Et quid per Rachelem, nisi contemplativa; quid per Liam, nisi activa vita designatur? In contemplatione quippe principium, quod Deus est, quaeritur; in operatione autem sub gravi necessitatum fasce laboratur. Unde et Rachel pulchra, sed sterilis; Lia autem lippa est, sed fecunda, quia nimirum mens cum contemplandi otia appetit, plus videt, sed minus Deo filios generat; cum vero ad laborem se praedicationis dirigit, minus videt, sed amplius parit. Post Liae ergo complexus ad Rachelem Jacob pervenit, quia perfectus quisque ante activae vitae ad fecunditatem jungitur, et post contemplativae ad requiem copulatur. Quia enim contemplativa vita minor quidem tempore, sed merito major est quam activa, sacri Evangelii verbis ostenditur, in quo duae mulieres diversa egisse referuntur. Maria quippe Redemptoris nostri verba audiens, ad pedes illius residebat; Martha autem corporalibus ministeriis insistebat. Cumque contra Mariae otium Martha quereretur, audivit: Martha, Martha, sollicita es, et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea (Luc. X, 41, 42). Quid enim per Mariam, quae verba Domini residens audiebat, nisi contemplativa vita exprimitur? Quid per Martham exterioribus obsequiis occupatam, nisi activa vita signatur?

60. La acción debe preceder a la contemplación. ---Pues el tiempo de la acción es el primero, el de la contemplación el último. De donde es necesario que todo perfecto ejercite primero su mente en las virtudes, y después guarde a ésta en el granero (*horreum*) del descanso. De aquí es, pues, que aquel de quien partió la legión de demonios por mandato del Señor, se sienta a los pies de su Salvador, percibe las palabras de la doctrina, y desea marchar de su región junto con el Autor de la salvación; pero sin embargo, la misma Verdad que le dio la salud le dice: *Vuelve primero a tu casa, y cuenta cuán grandes cosas ha hecho el Señor contigo* (Luc. 8, 35-39). Pues cuando percibimos por poco que sea del conocimiento divino, ya no queremos volver a las cosas humanas, y rehusamos ser cargados con las necesidades de los prójimos; buscamos el descanso de la contemplación, y no amamos ninguna otra cosa sino esto que reconforta sin trabajo. Pero la Verdad nos envía sanados a casa, nos manda contar lo que se ha hecho con nosotros, para que, a saber, la mente sude primero en la obra, y después deba ser reconfortada por la contemplación.

[Edic. Rec. XVIII.] 61. Figuras de la contemplación y de la acción son Raquel y Lía, María y Marta. Grandes son los méritos de la vida activa, pero los de la contemplativa son mejores. ---De aquí es que Jacob sirve por Raquel y recibe a Lía, y se le dice: *No es costumbre en nuestra tierra que entreguemos a las menores al matrimonio antes que a las mayores* (Gén. 29, 26-27). Pues Raquel se llama "principio visto" (*visum principium*); pero Lía se dice "laboriosa". ¿Y qué por Raquel sino la vida contemplativa, qué por Lía sino la vida activa se designa? En la contemplación, en efecto, se busca el Principio, que es Dios; pero en la operación se trabaja bajo el pesado fardo de las necesidades. De donde también Raquel es hermosa, pero estéril; Lía en cambio es legañosa (*lippa*), pero fecunda, porque sin duda la mente, cuando desea el ocio de contemplar, ve más, pero engendra menos hijos para Dios; cuando en cambio se dirige al trabajo de la predicación, ve menos, pero pare más abundantemente. Así pues, tras los abrazos de Lía, Jacob llega a Raquel, porque todo perfecto se une antes a la fecundidad de la vida activa, y después se acopla al descanso de la vida contemplativa. Pues que la vida contemplativa es ciertamente menor en tiempo, pero mayor en mérito que la activa, se muestra por las palabras del santo Evangelio, en el cual se refiere que dos mujeres hicieron cosas diversas. Pues María, oyendo las palabras de nuestro Redentor, se sentaba a sus pies; Marta en cambio insistía en los ministerios corporales. Y como Marta se quejara contra el ocio de María, oyó: *Marta, Marta, solícita estás y te turbas por muchas cosas. Pero una sola es necesaria. María eligió la mejor parte, la cual no le será quitada* (Luc. 10, 41-42). ¿Pues qué por María, que sentada oía las palabras del Señor, sino la vida contemplativa se expresa? ¿Qué por Marta ocupada en los obsequios exteriores sino la vida activa se señala?

Sed Marthae cura non reprehenditur, Mariae vero etiam laudatur, quia magna sunt activae vitae merita, sed contemplativae potiora. Unde nec auferri unquam Mariae pars dicitur, quia activae vitae opera cum corpore transeunt, contemplativae autem gaudia melius ex fine convalescunt. Quod bene ac breviter Ezechiel propheta exprimit, cum volantia animalia contemplatus ait: Et similitudo manus hominis subtus pennas eorum erat (Ezech. X, 21). Quid enim per pennas animalium, nisi contemplationes possumus sentire sanctorum, quibus ad summa transvolant, et terrena deserentes, sese in coelestibus librant? Quid per manus, nisi operationes accipimus? Quia cum in proximi amore se dilatant, bona quae praevalent etiam corporaliter administrant. Sed manus eorum sub pennis sunt, quia actionis suae opera virtute contemplationis vincunt.

[Vet. XXIX.] 62. Sepulcri nomine requies aeterna potest intelligi. ---Potest etiam per sepulcrum non solum in hac vita nostra contemplatio, sed requies aeternae et intimae retributionis intelligi; in qua tanto verius quiescitur, quanto in nobis corruptionis vita perfectius necatur. In abundantia ergo sepulcrum ingreditur, qui post congesta vitae praesentis opera, mutabilitati suae plene mortuus, in secreto veri luminis occultatur. Unde et per Psalmistam dicitur: Abscondes eos in abdito vultus tui, a conturbatione hominum (Psal. XXX, 21). Quod bene etiam comparatio adjuncta commendat, cum subditur: Sicut infertur acervus tritici in tempore suo. Frumentum quippe in segete sole tangitur, quia in hac vita, humana anima respectu superni luminis illustratur; pluvias accipit, quia veritatis eloquio pinguescit; ventis concutitur, quia tentationibus exercetur; et secum crescentes paleas portat, quia nequiorem contra se quotidie vitam peccantium tolerat; atque ad aream deductum triturationis pondere premitur, ut a palearum connexione solvatur; quia mens nostra coelesti disciplinae supposita, dum correctionis flagella percipit, a societate carnalium mundior recedit; et relictis paleis ad horreum ducitur, quia foris remanentibus reprobis, electa anima ad supernae mansionis aeterna gaudia sublevatur. Bene ergo dicitur: Ingredieris in abundantia sepulcrum, sicut infertur acervus tritici in tempore suo; quia dum post afflictionem justi praemia patriae coelestis inveniunt, quasi post pressuras ad horreum grana deferuntur; et in alieno quidem tempore percussiones sentiunt, sed in suo a percussione requiescunt. Electis quippe tempus alienum est vita praesens, unde et quibusdam adhuc infidelibus Veritas dicit: Tempus meum nondum venit, tempus autem vestrum semper est paratum (Joan. VII, 6). Et rursum: Haec est hora vestra, et potestas tenebrarum (Luc. XXII, 53).

Pero el cuidado de Marta no es reprendido, el de María en cambio es incluso alabado, porque grandes son los méritos de la vida activa, pero mejores los de la contemplativa. De donde tampoco se dice que la parte de María le sea quitada nunca, porque las obras de la vida activa pasan con el cuerpo, pero los gozos de la contemplativa convalecen mejor desde el fin. Lo cual bien y brevemente expresa el profeta Ezequiel, cuando contemplando a los animales voladores dijo: *Y la semejanza de una mano de hombre estaba bajo sus alas* (Ezeq. 10, 21). ¿Pues qué por las alas de los animales sino las contemplaciones de los santos podemos sentir, por las cuales vuelan hacia lo sumo, y desertando de lo terreno, se equilibran en lo celestial? ¿Qué por las manos sino las operaciones aceptamos? Porque cuando se dilatan en el amor al prójimo, administran incluso corporalmente los bienes que pueden. Pero sus manos están bajo las alas, porque vencen las obras de su acción con la virtud de la contemplación.

[Vet. XXIX.] 62. Por el nombre de sepulcro puede entenderse el descanso eterno. ---Puede también entenderse por sepulcro no sólo la contemplación en esta nuestra vida, sino el descanso de la retribución eterna e íntima; en la cual se descansa tanto más verdaderamente, cuanto más perfectamente es muerta en nosotros la vida de corrupción. En abundancia, pues, entra en el sepulcro quien, tras haber amontonado las obras de la vida presente, plenamente muerto a su mutabilidad, es escondido en el secreto de la luz verdadera. De donde también por el Salmista se dice: *Los esconderás en el escondrijo de tu rostro, de la conturbación de los hombres* (Sal. 30, 21). Lo cual bien recomienda también la comparación añadida, cuando se subraya: *Como se introduce la gavilla de trigo en su tiempo.* Pues el grano en la mies es tocado por el sol porque en esta vida el alma humana es ilustrada respecto de la luz superna; recibe lluvias porque engorda por el elocuencia de la verdad; es sacudido por los vientos porque es ejercitado por las tentaciones; y lleva consigo la paja que crece porque tolera diariamente contra sí la vida más inicua de los pecadores; y llevado a la era (*area*), es oprimido por el peso de la trilla para que sea desatado de la conexión de la paja; porque nuestra mente, supeditada a la disciplina celestial, mientras percibe los azotes de la corrección, se retira más limpia de la sociedad de los carnales; y dejada la paja, es conducida al granero (*horreum*), porque quedando fuera los réprobos, la alma electa es elevada a los gozos eternos de la mansión superna. Bien se dice, pues: *Entrarás en abundancia en el sepulcro, como se introduce la gavilla de trigo en su tiempo;* porque mientras tras la aflicción los justos encuentran los premios de la patria celestial, como tras las presiones los granos son llevados al granero; y en tiempo ajeno (*alieno tempore*) ciertamente sienten las percusiones, pero en el suyo descansan de la percusión. Pues para los elegidos el tiempo ajeno es la vida presente, de donde también a algunos todavía infieles dice la Verdad: *Mi tiempo aún no ha venido, pero vuestro tiempo siempre está preparado* (Juan 7, 6). Y de nuevo: *Esta es vuestra hora y la potestad de las tinieblas* (Luc. 22, 53).

Sepulcrum ergo in tempore suo sicut frumenti acervus ingreditur, quia ille aeternam requiem percipit, qui prius hic, ut ab exurendis paleis liber sit, disciplinae pressuras sentit. Eliphaz vero, quia et in locutionis suae serie tabernaculum, lapides, bestias, semen, herbas, sepulcrumque nominavit, quod non haec juxta litteram dixerit, ipse innuit, qui post cuncta illico subjungit.

CAPUT XXXVIII.

VERS. 27.---Ecce hoc, ut investigavimus, ita est.

63. Verba Eliphaz spiritaliter intelligenda sunt. ---Liquet profecto quod in his verbis nihil ab eo juxta superficiem dicitur, quia nimirum ante faciem non jacet quod investigatur. Qui ergo haec investigasse se indicat, quia in verbis exterioribus interiora quaesierit demonstrat. Sed post cuncta ad stultitiam jactantiae pervenit, quia protinus subdit:

CAPUT XXXIX.

IBID.---Quod auditum, mente pertracta.

64. Gravis ejus imperitia est velle docere meliorem. ---Quantalibet doctrina mens polleat, gravis ejus imperitia est velle docere meliorem. Unde et ea quae ab amicis recte prolata sunt, ab interno arbitro non recta judicantur. In eo namque vim suae rectitudinis amittunt, quod auditori non congruunt; quia et medicamina vires perdunt, cum sanis membris apponuntur. In omni ergo quod dicitur, necesse est ut causa, tempus et persona pensetur; si verba sententiae veritas roborat, si hanc tempus congruum postulat, si et veritatem sententiae, et congruentiam temporis personae qualitas non impugnat. Ille enim laudabiliter spicula emittit, qui prius hostem quem feriat conspicit. Male namque arcus validi cornua subigit, qui sagittam fortiter dirigens civem ferit.

El sepulcro, pues, en su tiempo como una gavilla de trigo lo integra, porque aquel percibe el descanso eterno, que primero aquí, para estar libre de la paja que ha de quemarse, siente las presiones de la disciplina. Elifaz en cambio, porque en la serie de su locución nombró el tabernáculo, las piedras, las bestias, la semilla, las hierbas y el sepulcro, insinuó él mismo que no dijo estas cosas según la letra, quien tras todo ello subraya inmediatamente:

CAPÍTULO XXXVIII

VERS. 27.---*He aquí esto, como lo hemos investigado, así es.*

63. Las palabras de Elifaz deben entenderse espiritualmente. ---Consta ciertamente que en estas palabras nada es dicho por él según la superficie, porque sin duda no yace ante la faz lo que se investiga. Quien, pues, indica haber investigado estas cosas, demuestra que ha buscado las interiores en las palabras exteriores. Pero tras todo ello llega a la estulticia de la jactancia, porque inmediatamente añade:

CAPÍTULO XXXIX.

IBÍD.---Lo cual, habiéndolo oído, considéralo en tu mente.

64. Es una grave impericia suya querer enseñar a quien es mejor. ---Por mucha doctrina de que esté dotada una mente, es una grave impericia suya querer enseñar a quien es mejor. De donde también aquellas cosas que fueron rectamente expuestas por los amigos, son juzgadas como no rectas por el Juez interno. Pues en ello pierden la fuerza de su rectitud, en que no convienen al oyente; porque también las medicinas pierden su fuerza cuando se aplican a miembros sanos. En todo lo que se dice, pues, es necesario que se ponderen la causa, el tiempo y la persona; si la verdad de la sentencia robustece las palabras, si el tiempo congruo exige esto, y si la calidad de la persona no impugna tanto la verdad de la sentencia como la congruencia del tiempo. Pues aquel lanza loablemente los dardos que primero ve al enemigo a quien ha de herir. Pues mal doblega los cuernos de un arco fuerte quien, dirigiendo con fuerza la saeta, hiere a un conciudadano.

LIBER SEPTIMUS.

Totum caput sextum, tribus postremis versibus exceptis, partim allegorice, partim moraliter explicat.

CAPUT PRIMUM.

1. Job flagellis et conviciis probatus. Si qua loquitur quae impatientiam sonant, haec non humano pensanda judicio, sed divino. ---Quorumdam mentes plus flagella, quam convicia cruciant; quorumdam vero plus convicia quam flagella castigant. Nam saepe contra nos quibuslibet poenis durius tormenta verborum saeviunt; cumque nos ad defensionem erigunt, in impatientiam sternunt. Unde beato Job ne deesse tentatio ulla potuisset, non solum hunc flagella desuper feriunt sed graviora plagis amicorum colloquia affligunt; ut sancti viri anima hinc inde pulsata, ad motum iracundiae et elationis erumperet, et quidquid mundum vixerat, per contumaciam superbae locutionis inquinaret. Sed tactus plagis gratias retulit; lacessitus verbis recta respondit; et percussus innotescit, quam pro minimo salutem carnis habuerit. Loquens quoque indicat, quam sapiens tacebat. Sed quaedam ejus verbis admista sunt, quae apud humana judicia patientiae limitem transire videantur: quae nos vere intelligimus, si superni sententiam judicis in eorum examinatione pensamus. Ipse quippe beatum Job et prius contra adversarium praetulit, dicens: Vidisti servum meum Job, quod non ei similis est super terram; vir simplex et rectus, ac timens Deum, et recedens a malo (Job. I, 8)? Ipse post probationem amicos ejus redarguit, dicens: Non estis locuti coram me rectum, sicut servus meus Job (Job. XLII, 7). Restat ergo ut cum mens in beati Job sermonibus fluctuat, eorum pondus ex ejusdem historiae initio ac fine perpendat. Ab aeterno enim judice nec casurus laudari potuit, nec lapsus praeferri. Si igitur in ambiguitatis tempestate deprehensi, prima hujus historiae et postrema conspicimus, navis cordis considerationis suae funibus, quasi a prora et puppi, restringitur, ne in erroris saxa perducatur. Nullis ergo ignorantiae nostrae procellis obruimur, si tranquillum supernae sententiae littus tenemus. Ecce enim dicit quod quaestione non modica lectoris animum moveat.

LIBRO SÉPTIMO.

Explica todo el capítulo sexto, a excepción de los tres últimos versículos, en parte alegóricamente, en parte moralmente.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Job probado con azotes y oprobios. Si habla algo que suena a impaciencia, estas cosas deben ponderarse no por el juicio humano, sino por el divino. ---Las mentes de algunos son más torturadas por los azotes que por los oprobios; pero a las de otros los oprobios los castigan más que los azotes. Pues a menudo contra nosotros se ensañan más duramente los tormentos de las palabras que cualesquiera penas; y cuando nos incitan a la defensa, nos postran en la impaciencia. De donde, para que no hubiera podido faltar ninguna tentación al bienaventurado Job, no solo lo hieren los azotes desde lo alto, sino que los coloquios de sus amigos lo afligen más gravemente que sus llagas; para que el alma del santo varón, impulsada de una y otra parte, estallara en un movimiento de ira y de elación, y manchara con la contumacia de una locución soberbia cuanto había vivido puramente. Pero tocado por las llagas dio gracias; provocado por las palabras respondió rectamente; y herido da a conocer en cuán poco tuvo la salud de la carne. Hablando también indica cuán sabiamente callaba. Pero algunas cosas están mezcladas en sus palabras que, según los juicios humanos, parecen traspasar el límite de la paciencia: las cuales nosotros entendemos verdaderamente si ponderamos la sentencia del Juez supremo en el examen de las mismas. Pues Él mismo prefirió al bienaventurado Job antes contra el adversario, diciendo: *¿Has visto a mi siervo Job, que no hay en la tierra otro semejante a él; varón sencillo y recto, temeroso de Dios y apartado del mal?* (Job 1, 8). Él mismo, tras la prueba, reprendió a sus amigos diciendo: *No habéis hablado ante mí lo que es recto, como mi siervo Job* (Job 42, 7). Resta, pues, que cuando la mente fluctúa en los sermones del bienaventurado Job, pondere su peso a partir del inicio y del fin de la misma historia. Pues por el Juez eterno ni pudo ser alabado el que iba a caer, ni preferido el que hubiera tropezado. Si, pues, atrapados en la tempestad de la ambigüedad, contemplamos lo primero y lo último de esta historia, la nave del corazón es sujetada por las cuerdas de su consideración, como por la proa y la popa, para que no sea conducida a los escollos del error. No nos abruman ningunas tormentas de nuestra ignorancia si mantenemos el litoral tranquilo de la sentencia suprema. He aquí que dice algo que mueve el ánimo del lector con una cuestión no pequeña.

Sed quis hoc non rectum dicere audeat, quod in Dei auribus rectum sonat?

Caput II

[Rec. II].

CAP. VI. VERS. 2, 3.---Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, et calamitas quam patior, in statera: quasi arena maris haec gravior appareret.

SENSUS TYPICUS. 2. Christus libra est in qua et quod meremur, et quod pro nobis passus est, pensantur. Poenae nostrae gravitatem nobis notam fecit. ---Quis alius staterae nomine, nisi Dei et hominum mediator exprimitur? qui ad pensandum vitae nostrae meritum venit, ac secum justitiam simul et misericordiam detulit; sed misericordiae lance praeponderans, culpas nostras parcendo levigavit. In manu etenim Patris, quasi statera miri libraminis factus, hinc in se calamitatem nostram, et illinc peccata suspendit. Sed gravis ponderis calamitatem moriendo innotuit, et apud misericordiam leve esse peccatum relaxando monstravit. Qui hoc primum gratiae contulit, quia poenam nostram nobis cognoscibilem fecit. Homo namque ad contemplandum auctorem conditus, sed exigentibus meritis ab internis gaudiis dejectus, in aerumnam corruptionis ruens, caecitatem exsilii sustinens, culpae suae supplicia et tolerabat, et nesciebat; ita ut exsilium patriam crederet, et sic sub corruptionis pondere quasi in salutis libertate gauderet. Sed is, quem intus homo reliquerat, assumpta carne, foris apparuit Deus; cumque se exterius praebuit, expulsum foras hominem ad interiora revocavit, ut jam damna sua videat, jam poenam suae caecitatis ingemiscat. Calamitas ergo hominis in statera gravis apparuit, quia malum quod pertulit nonnisi in praesentia Redemptoris agnovit; lucem quippe nesciens, damnationis suae tenebras voluptuose tolerabat. Sed postquam vidit quod diligeret, intellexit etiam quod doleret; et grave sensit quod pertulit, quia dulce innotuit quod amisit. Vir igitur sanctus colloquentis amici sententiis a claustris silentii excussus, et prophetici spiritus affluentia repletus, dicat sua, dicat humani generis voce: Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, et calamitas quam patior, in statera, quasi arena maris haec gravior appareret. Ac si aperte diceret: Damnationis nostrae malum leve creditur, quia necdum cognita Redemptoris aequitate pensatur. Sed utinam veniat, et aerumnam tanti exsilii misericordiae suae lance suspendat, et quid post exsilium requiramus edoceat.

Pero ¿quién se atrevería a llamar no recto a aquello que suena recto en los oídos de Dios?

CAPÍTULO II.

CAP. VI. VERS. 2, 3.---¡Ojalá fueran pesados en una balanza mis pecados, por los cuales he merecido la ira, y la calamidad que padezco: como arena del mar esta parecería más pesada!

SENTIDO TÍPICO. 2. Cristo es la balanza en la cual se pesan tanto lo que merecemos como lo que padeció por nosotros. Nos hizo conocer la gravedad de nuestra pena. ---¿Quién otro es expresado con el nombre de balanza sino el Mediador de Dios y de los hombres? El cual vino para pesar el mérito de nuestra vida, y trajo consigo a la vez la justicia y la misericordia; pero preponderando en el platillo de la misericordia, aligeró nuestras culpas perdonándonos. Pues en la mano del Padre, hecho como una balanza de admirable equilibrio, suspendió por un lado en sí nuestra calamidad, y por otro los pecados. Pero dio a conocer que la calamidad era de gran peso muriendo, y mostró que ante la misericordia el pecado es leve perdonándolo. El cual concedió este primer don de la gracia, porque hizo que nuestra pena nos fuera cognoscible. Pues el hombre fue creado para contemplar a su Creador, pero, por la exigencia de sus méritos, arrojado de los gozos internos, cayendo en la miseria de la corrupción, sosteniendo la ceguera del exilio, tanto toleraba los suplicios de su culpa como los desconocía; de modo que creía que el exilio era su patria, y así bajo el peso de la corrupción se regocijaba como en la libertad de la salvación. Pero Aquel a quien el hombre había dejado en su interior, habiendo asumido la carne, apareció fuera como Dios; y cuando se presentó exteriormente, revocó a las cosas interiores al hombre expulsado fuera, para que ya vea sus daños, ya gima por la pena de su ceguera. La calamidad del hombre, pues, apareció pesada en la balanza, porque no reconoció el mal que padeció sino en presencia del Redentor; pues desconociendo la luz, toleraba voluptuosamente las tinieblas de su condenación. Pero después que vio lo que debía amar, entendió también lo que debía dolerle; y sintió pesado lo que padeció, porque se dio a conocer como dulce lo que perdió. El varón santo, pues, sacudido de los claustros del silencio por las sentencias del amigo que le habla, y lleno de la afluencia del espíritu profético, diga con su voz, diga con la voz del género humano: *¡Ojalá fueran pesados en una balanza mis pecados, por los cuales he merecido la ira, y la calamidad que padezco: como arena del mar esta parecería más pesada!* Como si dijera abiertamente: El mal de nuestra condenación se cree leve, porque aún no es pesado por la equidad reconocida del Redentor. Pero ojalá venga, y suspenda en el platillo de su misericordia la miseria de tan gran exilio, y nos enseñe qué debemos buscar tras el exilio.

Si enim innotescit quid amisimus, grave esse insinuat quod toleramus. Bene autem haec eadem peregrinationis nostrae calamitas maris arenae comparatur. Arena etenim maris, undarum aestu exterius pellitur, quia et delinquens homo, quoniam tentationum fluctus mobiliter pertulit, extra se ab intimis exivit. Magni autem arena maris est ponderis; sed calamitas hominis arena maris gravior dicitur, quia dura fuisse poena ostenditur, dum per misericordem judicem culpa levigatur. Et quia quisquis gratiam Redemptoris agnoscit, quisquis reditum ad patriam diligit, eruditus sub pondere peregrinationis gemit, post staterae desiderium recte subjungitur:

CAPUT III.

VERS. 2.---Unde et verba mea dolore sunt plena.

3. Gemere hic non cessat qui se exsulem novit. ---Qui peregrinationem pro patria diligit, dolere etiam inter dolores nescit. Justi autem verba dolore plena sunt, quia quo usque praesentia tolerat, ad aliud loquendo suspirat; omne quod peccans pertulit, conspicit; atque ut ad statum beatitudinis redeat, sollicite judicia quibus affligitur pensat. Unde subditur:

CAPUT IV.

VERS. 4.---Quia sagittae Domini in me sunt.

4. Sagittis praedicatio vel poena signatur. ---Sagittarum quippe nomine aliquando praedicationis verba, aliquando animadversionis sententiae designantur. Praedicationis namque eloquia sagittis exprimuntur, quia in eo quod vitia feriunt, male viventium corda transfigunt. De his sagittis venienti Redemptori dicitur: Sagittae tuae acutae, potentissime; populi sub te cadent in corde (Psal. XLIV, 6). De quo Isaias dicit: Mittam ex eis qui salvati fuerint ad gentes in mare, in Africam, et in Lydiam, tenentes sagittam, in Italiam, in Graeciam (Isai. LXVI, 19). Rursum sagittis, animadversionis percussio designatur, sicut Joas regi per Elisaeum dicitur: Jace sagittam. Quo jaciente ait: Percuties Syriam, donec consumas eam (IV Reg. XIII, 17). Vir igitur sanctus quia peregrinationis suae aerumnam respicit, quia sub percussionibus Dominicae animadversionis ingemiscit, dicat: Unde et verba mea dolore sunt plena, quia sagittae Domini in me sunt [Rec. III.] Ac si aperte diceret: Ego in exsilii damnatione non gaudeo, sed sub judicio positus doleo, quia vim percussionis agnosco. Plerique autem sunt quos tormenta cruciant, sed non emendant.

Pues si se da a conocer lo que hemos perdido, se insinúa que es pesado lo que toleramos. Bien, además, se compara esta misma calamidad de nuestra peregrinación a la arena del mar. Pues la arena del mar es empujada hacia fuera por el flujo de las olas, porque también el hombre delincuente, puesto que toleró de manera mudable el flujo de las tentaciones, salió de sí mismo desde lo más íntimo. Además, la arena del mar es de gran peso; pero la calamidad del hombre se dice más pesada que la arena del mar, porque se muestra que la pena fue dura, mientras que por el juez misericordioso la culpa es aligerada. Y porque quienquiera que reconoce la gracia del Redentor, quienquiera que ama el regreso a la patria, instruido gime bajo el peso de su peregrinación, tras el deseo de la balanza se añade rectamente:

CAPÍTULO III.

VERS. 2.---Por lo cual también mis palabras están llenas de dolor.

3. No cesa de gemir aquí quien se reconoce como exiliado. ---Quien ama su peregrinación como a su patria, no sabe dolerse ni siquiera entre los dolores. Pero las palabras de los justos están llenas de dolor porque, mientras tolera las cosas presentes, suspira por otra cosa al hablar; contempla todo lo que ha padecido pecando; y para que pueda regresar al estado de bienaventuranza, pondera solícitamente los juicios con que es afligido. De donde se añade:

CAPÍTULO IV.

VERS. 4.---Porque las saetas del Señor están en mí.

4. Por las saetas se significa la predicación o la pena. ---Pues con el nombre de saetas a veces se designan las palabras de la predicación, a veces las sentencias de la animadversión (castigo). Pues las elocuencias de la predicación se expresan con saetas porque, al herir los vicios, traspasan los corazones de los que viven mal. De estas saetas se dice al Redentor que viene: *Tus saetas son agudas, oh poderosísimo; los pueblos caerán debajo de ti en el corazón* (Sal. 44, 6). De lo cual dice Isaías: *Enviaré de los que se salvaren a las gentes en el mar, en África y en Lidia, que tienen la saeta, en Italia, en Grecia* (Is. 66, 19). De nuevo, por las saetas se designa la percusión de la animadversión, como se dice al rey Joás por Eliseo: *Arroja la saeta.* Quien, arrojándola, dijo: *Herirás a Siria hasta que la consumas* (4 Rey. 13, 17). El varón santo, pues, porque mira la miseria de su peregrinación, porque gime bajo las percusiones de la animadversión del Señor, diga: *Por lo cual también mis palabras están llenas de dolor, porque las saetas del Señor están en mí.* Como si dijera abiertamente: Yo no me gozo en la condenación del exilio, sino que, puesto bajo juicio, me duelo, porque reconozco la fuerza de la percusión. Pero hay muchos a quienes los tormentos torturan, pero no enmiendan.

Quo contra apte subjungitur:

Caput V

[Vet. III].

IBID.---Quarum indignatio ebibit spiritum meum.

5. Justi poenis quas sustinent emendantur. ---Quid enim est spiritus hominis, nisi spiritus elationis? Sagittae autem Domini spiritum hominis ebibunt, cum supernae animadversionis sententiae afflictam mentem ab elatione compescunt. Sagittae Domini spiritum hominis ebibunt, quia intentum exterioribus introrsus trahunt. Epotatus namque David spiritus fuerat, cum dicebat: In deficiendo in me spiritum meum, et tu cognovisti semitas meas (Psal. CXLI, 4). Et rursum: Negavi consolari animam meam, memor fui Dei, et delectatus sum, exercitatus sum, et defecit paulisper spiritus meus (Psal. LXXVI, 4). Sagittarum ergo indignatio justi spiritum ebibit, quia supernae sententiae electos, quos in peccatis inveniunt, dum vulnerant, immutant; ut duritiam suam transfixa mens deserat, atque ex salutifero vulnere sanguis confessionis currat. Pensant namque unde, quo lapsi sunt, pensant a quanta beatitudine ad quae corruptionis suae tormenta ceciderunt; et non solum gemunt in his quae sustinent, sed insuper metuunt hoc quod districtus judex delinquentibus de gehennae ignibus minatur. Unde recte subjungitur:

CAPUT VI.

IBID.---Et terrores Domini militant contra me.

6. Deum praesentes poenas dolent, pavent futuras. ---Justorum mens non solum perpendit quod tolerat, sed etiam pavet quod restat; videt qualia in hac vita patitur; metuit ne post hanc graviora patiatur. Luget quia in hujus caecitatis exsilio a paradisi gaudiis cecidit; timet ne et cum exsilium relinquetur, mors aeterna subsequatur. Jam ergo sententiam tolerat in poena; sed minas adhuc venturi judicis formidat ex culpa. Hinc Psalmista ait: In me pertransierunt irae tuae, et terrores tui conturbaverunt me (Psal. LXXXVII, 17). Interni quippe judicis postquam irae pertranseunt, etiam terrores conturbant, quia jam aliud damnatione patimur, et adhuc aliud de aeterna ultione formidamus. Vir igitur sanctus, perpendens mala quae tolerat, dicat: Sagittae Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum. Sed, graviora in perpetuum metuens, adjungat: Et terrores militani contra me. Ac si aperte diceret: Percussus quidem de praesentibus doleo; sed hoc in dolore fit gravius, quia et in poena positus, adhuc supplicia aeterna pertimesco.

Contra lo cual se añade aptamente:

CAPÍTULO V.

IBÍD.---Cuya indignación bebe mi espíritu.

5. Los justos se enmiendan por las penas que sostienen. ---¿Qué es, pues, el espíritu del hombre, sino el espíritu de elación? Pero las saetas del Señor beben el espíritu del hombre cuando las sentencias de la animadversión suprema reprimen de la elación a la mente afligida. Las saetas del Señor beben el espíritu del hombre porque atraen hacia el interior al que estaba atento a lo exterior. Pues el espíritu de David había sido bebido cuando decía: *Al desfallecer en mí mi espíritu, tú conociste mis sendas* (Sal. 140, 4). Y de nuevo: *Me negué a consolar mi alma, me acordé de Dios y me deleité, me ejercité y desfalleció por un momento mi espíritu* (Sal. 75, 4). La indignación de las saetas, pues, bebe el espíritu del justo porque las sentencias supremas cambian a los elegidos que encuentran en pecados mientras los hieren; para que la mente traspasada abandone su dureza y de la herida saludable corra la sangre de la confesión. Pues ponderan de dónde y a dónde han caído, ponderan de cuánta bienaventuranza a qué tormentos de su propia corrupción han caído; y no solo gimen en las cosas que sostienen, sino que además temen aquello que el juez riguroso amenaza a los delincuentes con los fuegos del infierno. De donde se añade rectamente:

CAPÍTULO VI.

IBÍD.---Y los terrores del Señor militan contra mí.

6. Se duelen de las penas presentes, temen las futuras. ---La mente de los justos no solo pondera lo que tolera, sino que también teme lo que resta; ve qué clase de cosas padece en esta vida; teme que tras esta padezca cosas más graves. Llora porque en el exilio de esta ceguera cayó de los gozos del paraíso; teme que, aun cuando se deje el exilio, siga la muerte eterna. Ya, pues, tolera la sentencia en la pena; pero todavía teme las amenazas del Juez venidero por la culpa. De aquí que el Salmista diga: *Sobre mí pasaron tus iras, y tus terrores me conturbaron* (Sal. 86, 17). Pues después que pasan las iras del Juez interno, también los terrores conturban, porque ya padecemos una cosa por la condenación, y todavía tememos otra de la venganza eterna. El varón santo, pues, ponderando los males que tolera, diga: *Las saetas del Señor están en mí, cuya indignación bebe mi espíritu.* Pero, temiendo cosas más graves para siempre, añada: *Y sus terrores militan contra mí.* Como si dijera abiertamente: Herido ciertamente me duelo de las cosas presentes; pero esto se hace más grave en el dolor, porque aun puesto en la pena, todavía temo sumamente los suplicios eternos.

Sed quia jam staterae interventum desiderat, jam mala in quibus humanum genus cecidit pensat, quamvis in gentili natione positus, munere tamen prophetici spiritus plenus; quo ardore Redemptoris adventum vel gentilitas, vel Judaea sitiat, verbis sequentibus demonstrat, dicens:

Caput VII

[Rec. IV].

VERS. 5.---Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam? aut mugiet bos cum ante praesepe plenum steterit?

7. Gentilitatis et Judaeae in Redemptoris adventum desideria. ---Quid namque per onagrum, id est, agrestem asinum, nisi gentilis populus designatur? quem sicut natura extra stabula disciplinae edidit, ita vagus in voluptatum suarum campo permansit. Quid per bovem nisi plebs Judaica figuratur, quae, jugo dominationis supernae supposita, ad spem proselytos colligens, per corda quae valuit vomerem legis traxit. Sed beati Job vita attestante cognoscimus, ut exspectasse Redemptoris adventum multos etiam ex gentibus credamus. Et nascente Domino, Simeone in spiritu in templum veniente, didicimus quanto desiderio ex plebe Israelitica sancti viri incarnationis ejus mysterium videre cupierunt. Unde et per eumdem Redemptorem discipulis dicitur: Multi, dico vobis, justi et prophetae desideraverunt videre quae videtis, et non viderunt (Luc. X, 24). Herba ergo onagri, et fenum bovis est haec ipsa Mediatoris incarnatio, per quam simul gentilitas et Judaea satiatur. Quia enim per prophetam dicitur: Omnis caro fenum (Isa. XL, 6), universitatis conditor, ex nostra substantia carnem sumens, fenum fieri voluit, ne nostra in perpetuum caro fenum remaneret. Tunc ergo herbam onager invenit, cum gentilis populus gratiam divinae incarnationis accepit. Tunc bos vacuum praesepe non habuit, cum plebi Judaicae ejus carnem exspectanti lex exhibuit, quem diu exspectanti prophetavit. Unde et natus Dominus in praesepe ponitur, ut videlicet signaretur quia sancta animalia, quae jejuna diu apud legem inventa sunt, incarnationis ejus feno satiantur. Praesepe enim natus implevit, qui cibum semetipsum mentibus mortalium praebuit, dicens: Qui comedit carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eo (Joan. VI, 57). Sed quia diu et electorum gentilium vota dilata sunt, et ex Hebraico populo sancti quique longo tempore redemptionem suam exspectando gemuerunt, beatus Job, bene prophetiae mysteria enarrans, ex utraque natione causas afflictionis insinuat, dicens: Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam? aut mugiet bos cum ante praesepe plenum steterit?

Pero porque ya desea la intervención de la balanza, ya pondera los males en que cayó el género humano, aunque puesto en una nación gentil, sin embargo lleno del don del espíritu profético; con qué ardor la Gentilidad o Judea tengan sed del advenimiento del Redentor, lo demuestra con las palabras siguientes, diciendo:

CAPÍTULO VII.

VERS. 5.---¿Acaso rebuznará el onagro cuando tuviere hierba? ¿o mugirá el buey cuando estuviere ante el pesebre lleno?

7. Deseos de la Gentilidad y de Judea por el advenimiento del Redentor. ---¿Pues qué se designa por el onagro, esto es, el asno silvestre, sino el pueblo gentil? al cual, así como la naturaleza lo produjo fuera de los establos de la disciplina, así permaneció vagabundo en el campo de sus placeres. ¿Qué se figura por el buey sino el pueblo judío, el cual, sometido al yugo de la dominación suprema, reuniendo prosélitos para la esperanza, trazó el surco de la ley por los corazones que pudo? Pero por el testimonio de la vida del bienaventurado Job conocemos que podemos creer que muchos, incluso de entre los gentiles, esperaron el advenimiento del Redentor. Y al nacer el Señor, viniendo Simeón en espíritu al templo, aprendimos con cuánto deseo los santos varones del pueblo israelita desearon ver el misterio de su encarnación. De donde también por el mismo Redentor se dice a los discípulos: *Muchos, os digo, justos y profetas desearon ver lo que vosotros veis, y no lo vieron* (Lc. 10, 24). La hierba, pues, del onagro, y el heno del buey es esta misma encarnación del Mediador, por la cual a la vez la Gentilidad y Judea son saciadas. Pues porque se dice por el profeta: *Toda carne es heno* (Is. 40, 6), el Creador del universo, tomando carne de nuestra sustancia, quiso hacerse heno, para que nuestra carne no permaneciera heno para siempre. Entonces, pues, el onagro encontró la hierba cuando el pueblo gentil recibió la gracia de la encarnación divina. Entonces el buey no tuvo el pesebre vacío cuando la ley exhibió su carne al pueblo judío que la esperaba, al cual profetizó durante mucho tiempo. De donde también el Señor al nacer es puesto en un pesebre, para que evidentemente se significara que los santos animales, que fueron hallados ayunos por mucho tiempo bajo la ley, son saciados con el heno de su encarnación. Pues al nacer llenó el pesebre quien se ofreció a sí mismo como alimento a las mentes de los mortales, diciendo: *El que come mi carne y bebe mi sangre, en mí permanece y yo en él* (Jn. 6, 57). Pero porque tanto los votos de los gentiles elegidos se dilataron mucho tiempo, como los santos del pueblo hebreo gimieron durante largo tiempo esperando su redención, el bienaventurado Job, narrando bien los misterios de la profecía, insinúa las causas de la aflicción de una y otra nación, diciendo: *¿Acaso rebuznará el onagro cuando tuviere hierba? ¿o mugirá el buey cuando estuviere ante el pesebre lleno?*

Ac si aperte dicat: Idcirco gentilitas gemit, quia eam necdum Redemptoris sui gratia reficit; atque ideo Judaea mugitus dilatat, quia, legem tenens, sed legis auctorem non videns, stans ante praesepe jejunat. Quae nimirum lex, quia ante Mediatoris adventum nequaquam spiritaliter, sed carnaliter tenebatur, recte subjungitur:

Caput VIII

[Rec. V].

VERS. 6.---Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum?

8. Lex carnaliter intellecta insulsa, a Christo sale condita. ---In lege sal litterae est virtus intelligentiae occultae. Quisquis ergo, obsequiis carnalibus intentus, hanc intelligere spiritaliter noluit, quid aliud quam insulsum cibum comedit? Sed hoc in cibo sal cognita Veritas misit, cum latere in lege saporem occultae intelligentiae docuit dicens: Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi, de me enim ille scripsit (Joan. V, 46). Et rursum: Habete sal in vobis, et pacem habete inter vos (Marc. V, 49). Sed quia ante Mediatoris adventum Judaea legem carnaliter tenuit, praeceptis ejus dura jubentibus gentilitas subdi recusavit. Insulsum ergo cibum comedere noluit, quia prius quam Spiritus condimentum perciperet servare vim litterae expavit. Quis namque gentilium hoc quod illic praecipitur ferret, filiorum carnem pro obsequio religionis incidere, verborum culpas morte resecare? Unde et bene adhuc subditur:

CAPUT IX.

IBID.---Aut gustare aliquis potest quod gustatum affert mortem?

9. Lex carnaliter degustata, prius erat mortifera. ---Lex namque carnaliter degustata mortem detulit, quia commissa delinquentium dura animadversione distrinxit; mortem detulit, quia et per praeceptum culpam innotuit, et hanc per gratiam non delevit, Paulo attestante, qui ait: Nihil ad perfectum perduxit lex (Heb. VII, 19). Et rursum: Lex quidem sancta, et mandatum sanctum et justum et bonum. Et paulo post: Peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem (Rom. VII, 12, 13). Ad Christum vero conversa gentilitas, quia hunc sonare per verba legis intelligit, angustata desideriis suis, eum quem vehementer diligit inter praecepta carnalia spiritaliter requirit. Unde et ex voce mox Ecclesiae per prophetiae spiritum subditur:

CAPUT X.

VERS. 7.---Quae prius tangere nolebat anima mea, nunc, prae angustia, cibi mei sunt.

Como si dijera abiertamente: Por eso gime la Gentilidad, porque aún no la refresca la gracia de su Redentor; y por eso Judea dilata sus mugidos porque, teniendo la ley pero no viendo al Autor de la ley, ayuna estando ante el pesebre. La cual ley ciertamente, porque antes del advenimiento del Mediador de ningún modo se observaba espiritualmente sino carnalmente, se añade rectamente:

CAPÍTULO VIII.

VERS. 6.---¿O podrá comerse lo insulso, que no está condimentado con sal?

8. La ley entendida carnalmente es insulsa, condimentada con sal por Cristo. --- En la ley, la sal de la letra es la virtud de la inteligencia oculta. Quienquiera, pues, atento a las observancias carnales, no quiso entender esta espiritualmente, ¿qué otra cosa comió sino un alimento insulso? Pero la Verdad reconocida puso sal en este alimento cuando enseñó que en la ley latía el sabor de la inteligencia oculta, diciendo: *Si creyeseis a Moisés, tal vez me creeríais también a mí, porque de mí escribió él* (Jn. 5, 46). Y de nuevo: *Tened sal en vosotros, y tened paz entre vosotros* (Mc. 9, 49). Pero porque antes del advenimiento del Mediador Judea observaba la ley carnalmente, la Gentilidad rehusó someterse a sus preceptos que mandaban cosas duras. No quiso, pues, comer un alimento insulso porque, antes de percibir el condimento del Espíritu, temió observar la fuerza de la letra. ¿Pues quién de los gentiles soportaría lo que allí se manda: sajar la carne de los hijos por la observancia de la religión, o cercenar con la muerte las culpas de las palabras? De donde también se añade todavía bien:

CAPÍTULO IX.

IBID.---¿O puede alguien gustar lo que, una vez gustado, acarrea la muerte?

9. La ley gustada carnalmente era antes mortífera. ---Pues la ley gustada carnalmente acarreó la muerte, porque castigó las faltas de los delincuentes con duro rigor; acarreó la muerte porque, tanto por el precepto dio a conocer la culpa, como no la borró por la gracia, atestiguándolo Pablo, quien dice: *Nada llevó la ley a la perfección* (Heb. 7, 19). Y de nuevo: *La ley ciertamente es santa, y el mandamiento santo, justo y bueno.* Y poco después: *El pecado, para que aparezca pecado, obró en mí la muerte por medio de lo bueno* (Rom. 7, 12. 13). Pero la Gentilidad convertida a Cristo, porque entiende que Él resuena a través de las palabras de la ley, angustiada por sus deseos, busca espiritualmente entre los preceptos carnales a Aquel a quien ama vehementemente. De donde también se añade enseguida, por la voz de la Iglesia, a través del espíritu de profecía:

CAPÍTULO X.

VERS. 7.---Las cosas que antes mi alma no quería tocar, ahora, por la angustia, son mi alimento.

10. Verba Job spiritali intellectu esse gravida. Gentes legis cibum quaesiturae, et Judaei gentium societatem non dedignaturae praedicuntur. ---Valde namque in errorem labitur qui beati Job verba ad solam prolata historiam suspicatur. Vir enim sanctus, et tot conditoris sui praeconiis fultus, quid magnum, vel potius quid verum diceret, si insulsum cibum comedi non posse dixisset? Aut quis ejus esui mortifera alimenta obtulerat, ut subjungat: Aut potest aliquis gustare quod gustatum affert mortem? Quae si de amicorum colloquiis dicta sentimus, ab intellectu hoc sententia subjuncta compescimur, qua ait: Quae prius tangere nolebat anima mea, nunc, prae angustia, cibi mei sunt. Absit enim ne vir sanctus, in status sui incolumitate constitutus, amicorum suorum aliquando dicta despexerit, qui, sicut ipso attestante post didicimus, et servis humilis fuit. Verba ergo ejus a mysteriis non vacant, quae, sicut ex fine historiae discimus, et internus arbiter laudat. Quae nequaquam etiam cum tanta veneratione usque ad mundi extrema decurrerent, si intellectu mystico gravida non fuissent.

11. Beatus igitur Job, quia membrum sanctae est Ecclesiae, ejus etiam loquatur ex voce, dicens: Quae prius tangere nolebat anima mea, nunc prae angustia, cibi mei sunt, quia nimirum amoris sui aestibus anxia cibum Scripturae veteris conversa gentilitas esurit, quem dudum superba despexit. Quae tamen et Judaeae vocibus congruunt, si paulo consideratius disserantur. Ipsa quippe ex eruditione legis, ex unius Dei cognitione sal habuit, et cunctas gentes tanquam animalia bruta despexit. Sed quia societatem gentilium ad semetipsam recipere praeceptis legis erudita contempserat, quid aliud quam insulsum cibum sumere fastidiebat? Divina quippe sententia, proposita morte, vetuerat ne plebs Israelitica foedus cum alienigenis jungeret, et vitam sanctae religionis inquinaret (Exod. XXIII, 32). Unde et subditur: Aut gustare aliquis potest quod gustatum affert mortem? Sed quia ad Redemptoris fidem haec eadem Judaea ex electorum parte conversa est, lucem quam cognoverat praedicare per sanctos apostolos suae prolis infidelibus satagebat. Ejus autem praedicationis obsequium Hebraeorum superbia repulit. Unde mox ad collectionem gentium exhortationis suae verba declinavit, sicut et per eosdem apostolos dicitur: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam repulistis illud, et indignos vos judicastis aeternae vitae, ecce convertimur ad gentes (Act. XIII, 46). Unde hoc quoque loco apte subjungitur: Quae prius tangere nolebat anima mea, nunc prae angustia, cibi mei sunt.

10. Las palabras de Job están preñadas de inteligencia espiritual. Se predice que las gentes buscarán el alimento de la ley, y que los judíos no desdeñarán la sociedad de las gentes. ---Pues cae mucho en el error quien sospecha que las palabras del bienaventurado Job fueron proferidas solo para la historia. Pues aquel varón santo, apoyado por tantos encomios de su Creador, ¿qué cosa grande, o más bien qué cosa verdadera diría, si hubiese dicho que no se puede comer un alimento insulso? ¿O quién había ofrecido a su comida alimentos mortíferos, para que añada: *¿O puede alguien gustar lo que, una vez gustado, acarrea la muerte?* Si sentimos que esto fue dicho sobre los coloquios de sus amigos, nos vemos impedidos de este entendimiento por la sentencia añadida, por la cual dice: *Las cosas que antes mi alma no quería tocar, ahora, por la angustia, son mi alimento.* Pues lejos esté que el varón santo, constituido en la integridad de su estado, despreciara alguna vez las palabras de sus amigos, él que, como aprendimos después por su propio testimonio, fue humilde incluso con sus siervos. Sus palabras, por tanto, no carecen de misterios, los cuales, como aprendimos por el fin de la historia, también alaba el Juez interno. Las cuales de ninguna manera habrían corrido incluso con tanta veneración hasta los extremos del mundo, si no hubiesen estado preñadas de entendimiento místico.

11. El bienaventurado Job, por tanto, porque es miembro de la santa Iglesia, hable también por su voz, diciendo: *Las cosas que antes mi alma no quería tocar, ahora por la angustia, son mi alimento,* porque sin duda la gentilidad convertida, ansiosa por los ardores de su amor, tiene hambre del alimento de la antigua Escritura, al cual hace poco despreció soberbia. Las cuales cosas, sin embargo, concuerdan también con las voces de Judea, si se discuten con un poco más de consideración. Ella misma, ciertamente, por la erudición de la ley, por el conocimiento de un solo Dios, tuvo sal, y despreció a todas las gentes como a animales brutos. Pero porque, instruida en los preceptos de la ley, había despreciado recibir en sí misma la sociedad de los gentiles, ¿qué otra cosa hacía sino sentir asco de tomar un alimento insulso? Pues la divina sentencia, propuesta la muerte, había prohibido que el pueblo israelita se uniera en pacto con los extranjeros, y manchara la vida de la santa religión (Éx. 23, 32). De donde también se añade: *¿O puede alguien gustar lo que, una vez gustado, acarrea la muerte?* Pero porque esta misma Judea se convirtió a la fe del Redentor por parte de los elegidos, se esmeraba en predicar a los infieles de su propia prole, a través de los santos apóstoles, la luz que había conocido. Pero la soberbia de los hebreos rechazó el servicio de esa predicación. De donde pronto desvió las palabras de su exhortación hacia la reunión de las gentes, como también se dice por los mismos apóstoles: *A vosotros convenía hablar primero la palabra de Dios; pero como la habéis rechazado, y os habéis juzgado indignos de la vida eterna, he aquí que nos volvemos a las gentes* (Hech. 13, 46). De donde en este lugar también se añade aptamente: *Las cosas que antes mi alma no quería tocar, ahora por la angustia, son mi alimento.*

Judaea quippe, vitam gentilium dedignata, eam dudum quasi tangere noluit, cujus societatem recipere sprevit; sed ad Redemptoris gratiam veniens, ab Israelitis infidelibus repulsa, dum per sanctos apostolos ad collectionem se gentium dilatat, quasi hoc in cibum esuriens accipit, quod indignum prius fastidiosa despexit. Praedicationis enim suae angustias pertulit, quae apud Hebraeos despici quod loquebatur vidit. Sed prae angustia cibos quos dudum contempserat comedit, quae, repulsa Judaeorum duritia, gentiles suscipere populos quos despexerat concupiscit. Quia igitur haec figuraliter diximus, restat nunc ut moraliter inquiramus.

SENSUS MORALIS.---12. Vir sanctus, Redemptoris adventum sub staterae appellatione desiderans, dum se per eloquium aperit, nos ad vivendi studium erudit; dum sua narrat, quaedam nostra indicat; dum de se quae recognoscamus insinuat, nos ad spem trepidos infirmosque confirmat. Jam quippe per fidem Mediatoris vivimus, et tamen adhuc pro expurgatione vitiorum dura animadversionis intimae flagella sustinemus. Unde et post staterae desiderium subdit:

CAPUT XI.

VERS. 4.---Quia sagittae Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum.

13. Boni flagellis ac judicii terrore configuntur. Praestat tamen agi amore. ---Sed ecce, ut superius dictum est, et divinae correptionis percussione configimur, et tamen adhuc illud gravius est quod de terrore venturi judicis ex aeterna animadversione formidamus. Unde protinus subinfertur: Et terrores Domini militant contra me. Debet tamen a metu et dolore animus excuti, et ad sola aeternae patriae desideria extendi. Tunc enim nobilitatem nostrae regenerationis ostendimus, si eum ut patrem diligimus, quem nunc servili mente ut dominum formidamus. Unde et per Paulum dicitur: Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater (Rom. VIII, 15). Pondus itaque formidinis mens electi postponat, in virtute se amoris exerceat, renovationis suae dignitatem desideret, ad conditoris sui speciem anhelet; quem quo usque conspicere non valet, aeterniternitatem ejus necesse est, id est, intimum cibum suum esuriens, exspectet. Unde et apte subditur:

CAPUT XII.

Pues Judea, desdeñando la vida de los gentiles, hace poco no quiso como tocarla, cuya sociedad despreció recibir; pero viniendo a la gracia del Redentor, rechazada por los israelitas infieles, mientras se dilata hacia la reunión de las gentes a través de los santos apóstoles, recibe como con hambre para alimento lo que antes despreció asqueada como indigno. Pues sufrió las angustias de su predicación, ella que vio que entre los hebreos se despreciaba lo que hablaba. Pero por la angustia comió los alimentos que hace poco había despreciado, ella que, rechazada la dureza de los judíos, desea recibir a los pueblos gentiles a los que había menospreciado. Porque, por tanto, hemos dicho estas cosas figuradamente, resta ahora que inquiramos moralmente.

SENTIDO MORAL.---12. El varón santo, deseando el advenimiento del Redentor bajo la apelación de la balanza, mientras se abre a través de la elocuencia, nos instruye en el estudio de vivir; mientras narra lo suyo, indica algunas cosas nuestras; mientras insinúa sobre sí mismo lo que reconozcamos, nos confirma en la esperanza a nosotros, trémulos y débiles. Pues ya vivimos por la fe del Mediador, y sin embargo todavía sufrimos, por la expurgación de los vicios, los duros azotes del rigor íntimo. De donde también tras el deseo de la balanza añade:

CAPÍTULO XI.

VERS. 4.---Porque las saetas del Señor están en mí, cuya indignación agota mi espíritu.

13. Los buenos son traspasados por los azotes y por el terror del juicio. Sin embargo, es mejor ser movido por el amor. ---Pero he aquí que, como se ha dicho arriba, somos traspasados por el golpe de la corrección divina, y sin embargo todavía es más grave aquello que tememos sobre el terror del futuro Juez por la eterna animadversión. De donde pronto se añade: *Y los terrores del Señor militan contra mí.* Debe, sin embargo, el ánimo sacudirse del miedo y del dolor, y extenderse solo a los deseos de la patria eterna. Pues entonces mostramos la nobleza de nuestra regeneración, si lo amamos como a padre, a Él a quien ahora con mente servil tememos como a señor. De donde también se dice por Pablo: *No habéis recibido otra vez el espíritu de servidumbre en el temor, sino que habéis recibido el espíritu de adopción de hijos, en el cual clamamos: ¡Abba, Padre!* (Rom. 8, 15). Posponga, pues, la mente del elegido el peso del temor, ejercítese en la virtud del amor, desee la dignidad de su renovación, anhele la presencia de su Creador; a quien, mientras no pueda contemplar, es necesario que espere con hambre su eternidad, es decir, su alimento íntimo. De donde también se añade aptamente:

CAPÍTULO XII.

VERS. 5.---Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam? aut mugiet bos cum ante praesepe plenum steterit?

14. Onager fidelem plebem, bos ordinem ecclesiasticum designat. Utrisque hic gemendi causa de dilata Dei visione. ---Qui alii onagri appellatione signati sunt, nisi hi qui, in campo fidei constituti, nullius officii loris ligantur? Vel quos bovis significatio exprimit, nisi hos quos intra sanctam Ecclesiam ad praedicationis officium suscepti ordinis jugum premit? Herba vero onagri et pabulum bovis est interna refectio populi fidelis. Alii namque more bovis intra Ecclesiam suscepti officii loris tenentur; alii more onagri sacri ordinis stabula nesciunt, et in campo propriae voluntatis degunt. Sed cum quis ex vita saeculari internae visionis desiderio aestuat, cum refectionis intimae pabulum concupiscit, cum jejunum se in peregrinationis hujus caecitate considerans, quibus valet fletibus reficit, quasi herbam non inveniens onager rugit. Alius quoque necessitatem suscepti ordinis tolerat, in labore praedicationis exsudat, et per aeternam jam contemplationem refici appetit; sed quia Redemptoris sui speciem necdum conspicit, quasi bos ad praesepe vacuum ligatus gemit. Quia enim, longe ab interna sapientia positi, aeternae haereditatis viriditatem non cernimus, velut bruta animalia, a desiderata herba jejunamus. De qua nimirum herba Redemptoris voce dicitur: Per me si quis introierit, salvabitur, et ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet (Joan. X, 9). Sed plerumque, quod esse amantibus gravius solet, sanctis bonorum studiis malorum vita contradicit; et cum mens ad coeleste desiderium rapitur, bene coepta intentio, interrumpentibus stultorum verbis ac moribus, reverberatur; ita ut quae jam per contemplationis adnisum ad summa evolaverat, ad expugnandam pravorum stultitiam sese in infimis contra certamina accingat. Unde et subditur:

CAPUT XIII.

VERS. 6.---Aut poterit comedi insulsum quod non est sale conditum? Aut potest aliquis gustare quod gustatum affert mortem?

VERS. 5.---¿Acaso rebuznará el onagro cuando tenga hierba? ¿o mugirá el buey cuando esté ante el pesebre lleno?

14. El onagro designa al pueblo fiel, el buey al orden eclesiástico. La causa de los gemidos para ambos es aquí la visión de Dios diferida. ---¿Quiénes otros han sido señalados con la apelación de onagro, sino aquellos que, constituidos en el campo de la fe, no están ligados por las correas de ningún oficio? ¿O a quiénes expresa la significación del buey, sino a aquellos a quienes, dentro de la santa Iglesia, oprime el yugo del orden asumido para el oficio de la predicación? Pues la hierba del onagro y el pasto del buey es la refacción interna del pueblo fiel. Unos, en efecto, a la manera del buey, son retenidos dentro de la Iglesia por las correas del oficio asumido; otros, a la manera del onagro, no conocen los establos del orden sagrado, y viven en el campo de su propia voluntad. Pero cuando alguien, viniendo de la vida secular, arde con el deseo de la visión interna, cuando anhela el pasto de la refacción íntima, cuando considerándose ayuno en la ceguera de esta peregrinación, se refacción con los llantos que puede, el onagro, como no encontrando hierba, rebuzna. Otro también tolera la necesidad del orden asumido, suda en el trabajo de la predicación, y apetece ser ya refaccionado por la contemplación eterna; pero porque todavía no contempla la presencia de su Redentor, gime como buey atado a un pesebre vacío. Pues porque, situados lejos de la sabiduría interna, no divisamos el verdor de la herencia eterna, como animales brutos, ayunamos de la hierba deseada. De cuya hierba ciertamente se dice por voz del Redentor: *Por mí si alguno entrare, se salvará; e entrará y saldrá, y hallará pastos* (Jn. 10, 9). Pero frecuentemente, lo cual suele ser más grave para los que aman, la vida de los malos contradice los santos estudios de los buenos; y cuando el ánimo es arrebatado hacia el deseo celestial, la intención bien comenzada es rechazada por las palabras y costumbres de los necios que la interrumpen; de modo que la que ya por el esfuerzo de la contemplación había volado a lo más alto, se dispone en lo más bajo para los certámenes encaminados a impugnar la estulticia de los malvados. De donde también se añade:

CAPÍTULO XIII.

VERS. 6.---¿O podrá comerse lo insulso, que no está condimentado con sal? ¿O puede alguien gustar lo que, una vez gustado, acarrea la muerte?

15. Electis quam gravia sint verba moresque carnalium. ---Verba quippe moresque carnalium quasi cibum se nostris mentibus ingerunt, ut in delectationis ventre rapiantur. Sed electus quisque insulsum non comedit, quia pravorum dicta factaque dijudicans, ab ore cordis repellit. Paulus ad esum mentium inferri insulsa prohibuit, cum discipulis dixit: Sermo vester semper in gratia sale sit conditus (Coloss. IV, 6). Et Psalmistae quoque verba reproborum in cordis ore insulsa sapuerant, cum dicebat: Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ita ut lex tua, Domine (Psal. CXVIII, 84). Saepe autem verba carnalium dum se importune nostris auribus ingerunt, in corde bellum tentationis gignunt; et quamvis haec et ratio respuat, et lingua reprehendat, cum labore tamen intus vincitur quod foris cum auctoritate judicatur. Unde necesse est ut nec ad aures veniat quod mens a cogitationis aditu vigilans repellat. Sancti igitur viri, cum aeternitatis desideriis anhelant, in tantam altitudinem vitae se sublevant, ut audire jam quae mundi sunt grave sibi ac deprimens pondus credant. Valde namque insolens atque intolerabile aestimant quidquid illud non sonat quod intus amant.

16. Non omnium est ad cruciatus corporis pro Deo subeundos accingi. ---Sed saepe mens jam per desiderium ad sublimia rapitur, jam funditus a stulta terrenorum hominum locutione separatur, nec tamen adhuc pro amore veritatis ad perferendos praesentis vitae cruciatus accingitur; jam superna appetit, jam in infimis stulta contemnit, sed necdum se ad perferendae adversitatis tolerantiam dirigit. Unde et subditur: Aut potest aliquis gustare quod gustatum affert mortem?

CAPUT XIV.

17. Proximorum infirma tolerando, ad cruciatus subeundos roboramur. ---Durum quippe est appetere quod cruciat, sequi quod vitam fugat. Sed plerumque mens justi ad tantum se virtutis culmen extendit, ut et apud se in internae rationis arce praesideat, et quorumdam foris stultitiam tolerando convertat. Quos enim ad fortia trahere nitimur, eorum necesse est ut infirma toleremus, quia nec jacentem erigit, nisi qui status sui rectitudinem per compassionem flectit.

15. Cuán graves son para los elegidos las palabras y costumbres de los carnales. ---Las palabras, ciertamente, y las costumbres de los carnales, se introducen como alimento en nuestras mentes, para ser arrebatadas al vientre del deleite. Pero todo elegido no come lo insulso, porque, juzgando los dichos y hechos de los malvados, los repele de la boca del corazón. Pablo prohibió que se introdujeran cosas insulsas para el alimento de las mentes, cuando dijo a los discípulos: *Vuestra palabra sea siempre con gracia, condimentada con sal* (Col. 4, 6). Y también al Salmista las palabras de los réprobos le habían sabido insulsas en la boca del corazón, cuando decía: *Me contaron los inicuos fábulas, pero no como tu ley, Señor* (Sal. 119, 85). Frecuentemente, sin embargo, las palabras de los carnales, mientras se introducen importunamente en nuestros oídos, engendran en el corazón una guerra de tentación; y aunque la razón las rechace y la lengua las reprenda, se vence con trabajo en el interior lo que en el exterior se juzga con autoridad. De donde es necesario que ni siquiera llegue a los oídos lo que la mente, vigilante desde el acceso del pensamiento, debe repeler. Los varones santos, por tanto, cuando anhelan los deseos de la eternidad, se elevan a tal altura de vida, que creen ya que es para ellos un peso grave y deprimente oír las cosas que son del mundo. Pues estiman como muy insolente e intolerable cualquier cosa que no resuene a aquello que aman en su interior.

16. No es de todos el estar ceñidos para sufrir los tormentos del cuerpo por Dios. ---Pero frecuentemente el alma ya es arrebatada por el deseo hacia las cosas sublimes, ya está totalmente separada de la necia locución de los hombres terrenos, y sin embargo todavía no está ceñida para soportar los tormentos de la presente vida por el amor de la verdad; ya apetece lo de arriba, ya desprecia lo necio en lo de abajo, pero aún no se dirige a la tolerancia de sufrir la adversidad. De donde también se añade: *¿O puede alguien gustar lo que, una vez gustado, acarrea la muerte?*

CAPÍTULO XIV.

17. Tolerando las flaquezas de los prójimos, nos robustecemos para sufrir los tormentos. ---Duro es, ciertamente, apetecer lo que atormenta, seguir lo que ahuyenta la vida. Pero frecuentemente el alma del justo se extiende a tal culmen de virtud, que tanto preside en su interior en la alcázar de la razón interna, como convierte en el exterior la estulticia de algunos tolerándola. Pues a quienes intentamos atraer a cosas fuertes, es necesario que toleremos sus flaquezas, porque no yergue al que yace sino quien dobla la rectitud de su propio estado por la compasión.

Cum vero alienae infirmitati compatimur, valentius a nostra roboramur; ut amore futurorum mens ad praesentia adversa se praeparet, et cruciatus corporis quos timebat exspectet. Auctis namque desideriis coelestibus angustatur; cumque aeternae patriae quanta sit dulcedo considerat, pro ea praesentis vitae amaritudines ardenter amat. Unde post insulsi cibi fastidium, post impossibilem mortis gustum, recte subjungitur:

CAPUT XV.

VERS. 7.---Quae prius tangere nolebat anima mea, nunc, prae angustia, cibi mei sunt.

18. Prae amore coelestis patriae exsilii poenas amamus. ---Mens enim justi proficiens, quae prius, dum sola propria curaret, ferre aliena fastidiebat, quae minus alienis compatiens, convalescere contra adversa non poterat, cum ad toleranda proximi infirma se attrahit, ad adversa superanda convalescit; ita ut pro amore veritatis praesentis vitae cruciatus tanto post fortius appetat, quanto prius infirma fugiebat. Inclinatione namque sua erigitur, attractione tenditur, compassione roboratur; cumque in amorem proximi se dilatat, quasi ex meditatione colligit quanta fortitudine in auctorem surgat. Charitas namque, quae nos ad vim compassionis humiliat, altius in culmine contemplationis levat; et multiplicata jam majoribus desideriis aestuat, jam pervenire ad vitam spiritus, etiam per cruciatus corporis, anhelat. Quod ergo prius tangere nolebat, hoc post prae angustia comedit, qui desideria sua vix capiens, et ipsas quas dudum timuerat, jam prae amore coelestis patriae poenas amat. Si enim mens in Deum forti intentione dirigitur, quidquid sibi in hac vita amarum fit, dulce aestimat, omne quod affligit requiem putat; transire et per mortem appetit, ut obtinere vitam plenius possit; funditus in infimis exstingui desiderat, quo verius summa conscendat. Sed haec de cujuslibet justi animo, haec de beati Job mente mentior, nisi ipse subjungat:

CAPUT XVI.

VERS. 8-10.---Quis det ut veniat petitio mea, et quod exspecto tribuat mihi Dominus; et qui coepit, ipse me conterat; solvat manum suam, et succidat me, et haec mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat?

Pero cuando nos compadecemos de la flaqueza ajena, nos robustecemos más valientemente desde la nuestra; para que por el amor de las cosas futuras el alma se prepare para las adversidades presentes, y espere los tormentos del cuerpo que temía. Pues acrecentados los deseos celestiales, se angustia; y cuando considera cuán grande sea la dulzura de la patria eterna, ama ardientemente por ella las amarguras de la presente vida. De donde, tras el asco del alimento insulso, tras el imposible gusto de la muerte, rectamente se añade:

CAPÍTULO XV.

VERS. 7.---Las cosas que antes mi alma no quería tocar, ahora, por la angustia, son mi alimento.

18. Por el amor de la patria celestial amamos las penas del exilio. ---Pues el alma del justo que progresa, la cual antes, mientras solo cuidaba lo propio, sentía asco de soportar lo ajeno, la cual, compadeciéndose menos de lo ajeno, no podía fortalecerse contra las adversidades, cuando se atrae a sí misma a tolerar las flaquezas del prójimo, se fortalece para superar las adversidades; de modo que por el amor de la verdad apetece después tanto más fuertemente los tormentos de la presente vida, cuanto antes huía de las flaquezas. Pues por su propia inclinación se yergue, por la atracción se extiende, por la compasión se fortalece; y cuando se dilata en el amor del prójimo, recoge como de una meditación con cuánta fortaleza se eleva hacia su Autor. Pues la caridad, que nos humilla hasta la fuerza de la compasión, nos eleva más alto en la cumbre de la contemplación; y multiplicada ya arde con mayores deseos, ya anhela llegar a la vida del espíritu, incluso a través de los tormentos del cuerpo. Lo que, por tanto, antes no quería tocar, esto lo come después por la angustia, él que, apenas conteniendo sus deseos, ama ya incluso las mismas penas que hace poco temía, por el amor de la patria celestial. Pues si el alma se dirige con fuerte intención hacia Dios, cualquier cosa que le sea amarga en esta vida, la estima dulce, todo lo que la aflige lo considera descanso; apetece pasar incluso por la muerte, para poder obtener la vida más plenamente; desea extinguirse totalmente en lo más bajo, para ascender más verdaderamente a lo más alto. Pero estas cosas sobre el ánimo de cualquier justo, estas cosas sobre la mente del bienaventurado Job miento, a no ser que él mismo añada:

CAPÍTULO XVI.

VERS. 8-10.---¡Quién diera que se cumpliese mi petición, y que Dios me otorgase lo que espero; y que el que comenzó, él mismo me desmenuzase; soltase su mano y me cortase, y que esta fuese mi consolación: que afligiéndome con el dolor, no me perdonase!

19. Exemplum Job suum percussorem benedicentis. Conterit nos Deus, conterit et diabolus, diversis exitibus. ---Sed fortasse haec per contumaciam expetit, fortasse in eo quod se perfecte exstingui desiderat, injustitiam ferientis accusat. Absit hoc. Nam qua mente id expetat, verbis sequentibus demonstrat, dicens: Nec contradicam sermonibus sancti. Nequaquam ergo de injustitia percutientis murmurat, qui percussorem suum et inter verbera sanctum vocat. Sciendum vero est quia aliquando nos adversarius, aliquando autem conterit Deus. Ex contritione autem adversarii a virtute deficimus; per contritionem vero Domini fracti, a vitiis in virtute roboramur. Hanc contritionem Propheta prospexerat, cum dicebat: Reges eos in virga ferrea, et tanquam vas figuli conteres eos (Psal. II, 9). In virga nos ferrea Dominus regit et conterit, quia dispensationis suae forti rectitudine cum nos interius reficit, exterius affligit. Nam quo virtutem carnis humiliat, intentionem spiritus exaltat. Unde et haec eadem contritio figuli vasi comparatur, sicut et per Paulum dicitur: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus (II Cor. IV, 7). Qui simul contritionem et regimen exprimens, ait: Licet is qui foris est noster homo corrumpitur, tamen is qui intus est renovatur de die in diem (Ibid., 16). Sanctus igitur vir, qui appropinquare Deo etiam per flagella desiderat, per spiritum humilitatis dicat:

CAPUT XVII.

VERS. 9.---Qui coepit, ipse me conterat.

20. Efferentem se de virtutibus Deus misericorditer corripit. ---Plerumque enim vitiorum contritionem in nobis agere Dominus inchoat; sed cum mens ex ipso exordio provectus extollitur, cumque se jam quasi de virtutibus erigit, saevienti contra se adversario aditum pandit, qui cordis intima penetrans, omne quod in ea de studio bonae inchoationis invenerit, confringit; tantoque se vehementius in ejus confractione exhibet, quanto et gravius, quia vel ad modicum fuerat provectus, dolet. Unde et teste Evangelio, voce Veritatis, ad neglectam domum conscientiae spiritus immundus qui solus exiit cum spiritibus septem redit (Matth. XII, 45). Ne ergo post divinae correptionis exordia antiquus hostis subripiat, atque ad virtutum confractionem trahat, sanctus vir congrue exorat, dicens: Qui coepit, ipse me conterat. Ac si aperte dicat: Hoc, quod in me exorsus est perficere feriendo non desinat, ne desertum me adversario ad contritionem tradat. Unde et apte subditur:

19. Ejemplo de Job bendiciendo a quien lo hiere. Dios nos quebranta, y el diablo nos quebranta, con distintos fines. ---Pero tal vez pide estas cosas por contumacia, tal vez en eso de que desea ser perfectamente extinguido, acusa la injusticia del que lo hiere. Lejos esté esto. Pues con qué ánimo lo pida, lo demuestra por las palabras siguientes, diciendo: *Ni contradiré las palabras del Santo.* De ninguna manera, pues, murmura sobre la injusticia del que lo hiere, él que llama santo a quien lo golpea incluso entre los azotes. Debe saberse, ciertamente, que a veces nos quebranta el adversario, y a veces nos quebranta Dios. Por el quebrantamiento del adversario desfallecemos de la virtud; pero quebrantados por el quebrantamiento del Señor, nos robustecemos desde los vicios en la virtud. Este quebrantamiento lo había previsto el Profeta cuando decía: *Los regirás con vara de hierro, y como a vaso de alfarero los quebrantarás* (Sal. 2, 9). En vara de hierro nos rige y quebranta el Señor, porque con la fuerte rectitud de su disposición, mientras nos restaura interiormente, nos aflige exteriormente. Pues por cuanto humilla la virtud de la carne, exalta la intención del espíritu. De donde también este mismo quebrantamiento es comparado al vaso del alfarero, como también se dice por Pablo: *Tenemos este tesoro en vasos de barro* (2 Cor. 4, 7). Quien, expresando a la vez el quebrantamiento y el régimen, dice: *Aunque este nuestro hombre exterior se corrompa, sin embargo el interior se renueva de día en día* (Ibíd. 16). El varón santo, por tanto, que desea aproximarse a Dios incluso a través de los azotes, diga por el espíritu de humildad:

CAPÍTULO XVII.

VERS. 9.---Que el que comenzó, él mismo me quebrante.

20. Dios corrige misericordiosamente al que se engríe por las virtudes. ---Frecuentemente, en efecto, el Señor comienza a obrar en nosotros el quebrantamiento de los vicios; pero cuando el alma se ensalza por el mismo comienzo de su progreso, y cuando ya se yergue como por sus virtudes, abre el acceso al adversario que rabia contra ella, el cual, penetrando lo íntimo del corazón, deshace todo lo que en él encuentre del estudio de un buen comienzo; y se muestra tanto más vehemente en su destrucción, cuanto más gravemente le duele que el alma haya progresado aunque sea un poco. De donde también, siendo testigo el Evangelio, por voz de la Verdad, a la casa descuidada de la conciencia el espíritu inmundo que salió solo regresa con siete espíritus (Mt. 12, 45). Para que, por tanto, tras los comienzos de la corrección divina, el antiguo enemigo no se introduzca furtivamente y arrastre a la destrucción de las virtudes, el varón santo ora congruentemente, diciendo: *Que el que comenzó, él mismo me quebrante.* Como si dijera abiertamente: Esto que ha comenzado en mí no cese de perfeccionarlo hiriendo, para que no me entregue abandonado al adversario para el quebrantamiento. De donde también se añade aptamente:

CAPUT XVIII.

IBID.---Solvat manum suam, et succidat me.

21. Quam timendum ne ad ferienda nostra vitia ligatam manum teneat. ---Saepe namque fiducia longae prosperitatis inflati, in quodam statu elationis erigimur. Cumque nos extolli conditor conspicit, sed amorem suum erga nos per verbera non exercet, quasi ad ferienda nostra vitia manum ligatam tenet. An non affectus sui manum ligaverat cum peccanti populo dicebat: Jam non irascar tibi (Isai. LIV, 9); et: Zelus meus recessit a te (Ezech. XVI, 42)? Solvat ergo manum dicitur, exerceat affectum. Recte autem subjungitur: Et succidat me. Cum enim securos nos ac de virtutum affluentia elatos, repentinus vel flagelli dolor, vel infirmitatis tentatio percutit, protinus a status sui vertice mentis nostrae elatio succisa cadit, ut de semetipsa nihil audeat, sed, infirmitatis suae ictu prostrata, manum levantis quaerat. Hinc est quod sancti viri cum de occulta erga se dispositione suspecti sunt, plus prospera ipsa pertimescunt, tentari appetunt, flagellari concupiscunt, quatenus incautam mentem metus et dolor erudiat, ne in hac peregrinationis via, hoste ex insidiis erumpente, sua eamdem deterius securitas sternat. Hinc Psalmista ait: Proba me, Domine, et tenta me (Psal. XXV, 2). Hinc iterum dicit: Ego ad flagella paratus sum (Psal. XXXVII, 18). Quia enim sancti mentis suae correptionis vulnus sine putredine non esse considerant, libenter se sub manu medici ad sectiones parant, ut, aperto vulnere, virus peccati exeat, quod sana cute intus occidebat. Unde et adhuc subditur:

CAPUT XIX.

VERS. 10.---Et haec mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat.

22. Sancti timent prospera, cupiunt flagella. ---Electi qui cum perpetrasse se illicita noverunt, sed perscrutantes inveniunt quia nulla pro illicitis adversa perpessi sunt, vi immensae formidinis tabescunt, pavore aestuant, sinistris agitati suspicionibus laborant, ne in aeternum se gratia deseruerit, quos in praesenti vita mali sui retributio nulla custodit; timent ne ultio quae suspenditur gravior in fine servetur; feriri paterna correptione desiderant, et dolorem vulneris medicamina salutis putant. Recte ergo nunc dicitur: Haec mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat.

CAPÍTULO XVIII.

IBID.---Que suelte su mano y me corte.

21. Cuán temible es que mantenga la mano ligada para no herir nuestros vicios. ---Frecuentemente, en efecto, inflados por la confianza de una larga prosperidad, nos erigimos en un cierto estado de elación. Y cuando el Creador nos ve ensalzarnos, pero no ejerce su amor hacia nosotros a través de los golpes, mantiene como la mano ligada para no herir nuestros vicios. ¿Acaso no había ligado la mano de su afecto cuando decía al pueblo pecador: *Ya no me iré contra ti* (Is. 54, 9); y: *Mi celo se ha retirado de ti* (Ez. 16, 42)? Suelte, pues, su mano se dice, para que ejerza su afecto. Pero rectamente se añade: *Y me corte.* Pues cuando a nosotros, seguros y engreídos por la afluencia de las virtudes, nos hiere un repentino dolor del azote, o una tentación de flaqueza, pronto la elación de nuestra mente, cortada, cae desde el vértice de su estado, de modo que nada ose de sí misma, sino que, postrada por el golpe de su flaqueza, busque la mano del que la levanta. De aquí es que los varones santos, cuando sospechan de la oculta disposición hacia ellos, temen más a la misma prosperidad, desean ser tentados, ansían ser azotados, a fin de que el miedo y el dolor instruyan a la mente incauta, no sea que en este camino de peregrinación, irrumpiendo el enemigo desde las emboscadas, su propia seguridad la derribe peor. De aquí que el Salmista diga: *Pruébame, Señor, y tiéntame* (Sal. 26, 2). De aquí que diga de nuevo: *Yo estoy preparado para los azotes* (Sal. 38, 17). Porque, en efecto, los santos consideran que la herida de la corrección de su alma no carece de podredumbre, se preparan gustosos bajo la mano del médico para las incisiones, para que, abierta la herida, salga el virus del pecado, que mataba por dentro bajo una piel sana. De donde también se añade todavía:

CAPÍTULO XIX.

VERS. 10.---Y que esta sea mi consolación, que afligiéndome con dolor, no perdone.

22. Los santos temen la prosperidad, desean los azotes. ---Los elegidos, que cuando saben que han cometido cosas ilícitas, pero buscando encuentran que no han padecido ninguna adversidad por esas cosas ilícitas, se consumen por la fuerza de un inmenso temor, hierven de pavor, trabajan agitados por siniestras sospechas, no sea que la gracia los haya abandonado para la eternidad, a quienes en la vida presente ninguna retribución de su mal custodia; temen que la venganza que se suspende se reserve más pesada al final; desean ser heridos por la corrección paterna, y consideran el dolor de la herida como medicinas de la salvación. Rectamente, pues, se dice ahora: *Que esta sea mi consolación, que afligiéndome con dolor no perdone.*

Ac si aperte diceretur: Qui ideo hic quibusdam parcit, ut eos in perpetuum feriat; ideo hic me feriat, ut non parcendo, in perpetuum parcat. Ex afflictione enim me consolor, quia corruptionis humanae putredinem sciens, ad spem salutis ex vulnere certus reddor. Quod quia non tumenti sed humili mente edidit, subjungendo, ut praediximus, patefacit, dicens:

CAPUT XX.

IBID.---Nec contradicam sermonibus sancti.

23. Deus saepe tacitus loquitur operibus. ---Plerumque ad nos verba Dei non sunt dictorum sonitus, sed effectus operationum. In eo enim nobis loquitur quod erga nos tacitus operatur. Beatus igitur Job sermonibus Dei contradiceret, si de ejus percussionibus murmuraret. Sed quid de percussore suo sentiat, indicat, qui (sicut jam diximus) quem ferientem tolerat, sanctum vocat. Sequitur:

Caput XXI

[Vet. IX, Rec. VIII].

VERS. 11.---Quae est enim fortitudo mea, ut sustineam; aut quis finis meus, ut patienter agam?

24. Quae justorum fortitudo, quae reproborum. ---Sciendum quod alia justorum, atque alia est fortitudo reproborum. Justorum quippe fortitudo est carnem vincere, propriis voluntatibus contraire, delectationem vitae praesentis exstinguere, hujus mundi aspera pro aeternis praemiis amare, prosperitatis blandimenta contemnere, adversitatis metum in corde superare. Reproborum vero fortitudo est transitoria sine cessatione diligere, contra flagella conditoris insensibiliter perdurare, ab amore rerum temporalium nec ex adversitate quiescere, ad inanem gloriam etiam cum vitae detrimento pervenire, malitiae augmenta exquirere, bonorum vitam non solum verbis ac moribus, sed etiam gladiis impugnare, in semetipsis spem ponere, iniquitatem quotidie sine ullo desiderii defectu perpetrare. Hinc est quod per Psalmistam dicitur ad electos: Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino (Psal. XXX, 25).

Como si abiertamente se dijera: El que por eso perdona aquí a algunos, para herirlos perpetuamente; por eso hiérame aquí, para que no perdonando, perdone perpetuamente. Pues por la aflicción me consuelo, porque conociendo la podredumbre de la corrupción humana, por la herida quedo seguro de la esperanza de la salvación. Lo cual, porque lo expresó no con mente hinchada sino humilde, lo pone de manifiesto añadiendo, como predijimos, diciendo:

CAPÍTULO XX.

IBID.---Ni contradiré las palabras del Santo.

23. Dios a menudo habla silenciosamente por sus obras. ---La mayor parte de las veces, las palabras de Dios para nosotros no son sonidos de lo dicho, sino efectos de sus operaciones. Pues nos habla en aquello que silenciosamente obra para con nosotros. El bienaventurado Job, por tanto, contradiría las palabras de Dios si murmurara de sus golpes. Pero qué piensa de quien lo hiere, lo indica aquel que (como ya hemos dicho) llama santo a quien tolera que lo hiera. Sigue:

Capítulo XXI

[Vet. IX, Rec. VIII].

VERS. 11.---¿Cuál es, pues, mi fortaleza, para que sostenga; o cuál es mi fin, para que actúe con paciencia?

24. Cuál es la fortaleza de los justos y cuál la de los réprobos. ---Se ha de saber que una es la fortaleza de los justos y otra la fortaleza de los réprobos. En efecto, la fortaleza de los justos consiste en vencer la carne, en contradecir las propias voluntades, en extinguir el deleite de la vida presente, en amar las asperezas de este mundo por los premios eternos, en despreciar los halagos de la prosperidad y en superar en el corazón el temor a la adversidad. Pero la fortaleza de los réprobos consiste en amar sin cesar las cosas transitorias, en perseverar insensibilmente contra los azotes del Creador, en no descansar del amor de las cosas temporales ni siquiera en la adversidad, en llegar a la vanagloria aun con detrimento de la vida, en buscar aumentos de malicia, en impugnar la vida de los buenos no solo con palabras y costumbres, sino también con espadas, en poner la esperanza en sí mismos, en perpetrar diariamente la iniquidad sin ningún fallo del deseo. De aquí es que se dice a los elegidos por el Salmista: *Actuad varonilmente, y confórtese vuestro corazón, todos los que esperáis en el Señor* (Sal. 30, 25).

Hinc per prophetam reprobis dicitur: Vae qui potentes estis ad potandum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem (Isai. V, 22). Hinc per Salomonem dicitur quod sancti quique sine ulla debilitate desiderii internam requiem contemplantur: En lectulum Salomonis, sexaginta fortes ambiunt, ex fortissimis Israel (Cant. III, 7). Hinc Psalmista contra reprobos in passione positi voce Redemptoris insinuans, ait: Ecce occupaverunt animam meam, irruerunt in me fortes (Psal. LVIII, 4). Quam bene utramque fortitudinem Isaias complexus est, dicens: Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem (Isai. XL, 31). Quia enim nequaquam sument, sed mutabunt dixit, profecto patenter innotuit aliam esse quae ponitur, et aliam quae inchoatur.

25. In quibus fortis est reprobus, segnis est justus. ---An non etiam reprobi fortes sunt, qui ad praesentis vitae concupiscentiam tot laboribus currunt, periculis se audenter objiciunt, pro lucris contumelias libenter ferunt, ab appetitus sui libidine nulla victi contrarietate resiliunt, percussionibus durescunt, et mala mundi tolerant pro mundo, ejusque, ut ita dixerim, gaudia quaerentes perdunt, nec tamen haec perdendo fatigantur? Unde bene ex humani generis voce per Jeremiam dicitur: Inebriavit me absinthio (Thren. III, 15). Ebrius quippe quod patitur nescit. Absinthio ergo est ebrius, qui, prae amore praesentis saeculi a sensu rationis alienus, dum quidquid pro mundo sustinet, leve deputat, laboris amaritudinem quam tolerat ignorat, quia nimirum delectabiliter ad cuncta ducitur, in quibus poenaliter fatigatur. At contra vir justus ad mundi pericula pro mundo toleranda esse debilis studet, finem suum conspicit, vita praesens quam sit transitoria attendit, et pro ea exterius labores perpeti renuit, cujus intrinsecus delectationem vicit. Beatus igitur Job, praesentis vitae adversitatibus pressus, dicat ex sua, dicat ex omnium voce justorum: Quae est enim fortitudo mea, ut sustineam? aut quis finis meus, ut patienter agam? Ac si aperte insinuet, dicens: Mala mundi pro mundo tolerare nequeo, quia jam in ejus desiderio fortis non sum. Dum enim praesentis vitae finem conspicio, cur pondus ejus patior, cujus appetitum calco? Et quia injusti quique, ut diximus, tanto fortius labores illius perferunt, quanto avidius ejus delectatione pascuntur, recte mox eamdem reproborum fortitudinem subdit, dicens:

Caput XXII

[Vet. X, Rec. IX].

VERS. 12.---Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea aenea est.

De aquí que se diga a los réprobos por el profeta: *¡Ay de vosotros que sois potentes para beber vino, y varones fuertes para mezclar la embriaguez!* (Is. 5, 22). De aquí que se diga por Salomón que todos los santos contemplan el descanso interno sin ninguna debilidad del deseo: *He aquí el lecho de Salomón, sesenta fuertes lo rodean, de los más fuertes de Israel* (Cant. 3, 7). De aquí que el Salmista, insinuando por la voz del Redentor puesto en la pasión contra los réprobos, diga: *He aquí que han ocupado mi alma, han irrumpido contra mí los fuertes* (Sal. 58, 4). Cuán bien comprendió Isaías ambas fortalezas diciendo: *Los que confían en el Señor, mudarán su fortaleza* (Is. 40, 31). Porque, en efecto, no dijo que tomarán, sino que *mudarán* su fortaleza, por lo cual claramente se dio a conocer que una es la que se deja y otra la que se comienza.

25. En qué cosas el réprobo es fuerte, el justo es perezoso. ---¿Acaso no son también fuertes los réprobos, que con tantos trabajos corren hacia la concupiscencia de la vida presente, que se exponen audazmente a los peligros, que llevan gustosamente contumelias por las ganancias, que no retroceden de la lascivia de su apetito vencidos por ninguna contrariedad, que se endurecen con los golpes y toleran los males del mundo por el mundo, y buscando sus goces, por así decirlo, los pierden, y sin embargo no se fatigan perdiendo estas cosas? Por lo cual bien se dice por la voz del género humano a través de Jeremías: *Me embriagó con ajenjo* (Lam. 3, 15). El borracho, en efecto, no sabe lo que padece. Está borracho con ajenjo, pues, el que, por amor del presente siglo ajeno al sentido de la razón, mientras considera ligero lo que sostiene por el mundo, ignora la amargura del trabajo que tolera, porque sin duda es llevado deleitablemente a todas las cosas en las que se fatiga penalmente. Pero al contrario, el varón justo procura ser débil para tolerar los peligros del mundo por el mundo, contempla su fin, atiende a cuán transitoria es la vida presente, y rehúsa padecer exteriormente trabajos por ella, cuyo deleite venció intrínsecamente. El bienaventurado Job, por tanto, oprimido por las adversidades de la vida presente, diga por su voz, diga por la voz de todos los justos: *¿Cuál es, pues, mi fortaleza, para que sostenga? ¿o cuál es mi fin, para que actúe con paciencia?* Como si claramente insinuara diciendo: No puedo tolerar los males del mundo por el mundo, porque ya no soy fuerte en su deseo. Pues mientras contemplo el fin de la vida presente, ¿por qué sufro su peso, cuyo apetito piso? Y porque todos los injustos, como dijimos, con tanta más fuerza sobrellevan sus trabajos cuanto más ávidamente se alimentan de su deleite, rectamente añade pronto esa misma fortaleza de los réprobos, diciendo:

Capítulo XXII

[Vet. X, Rec. IX].

VERS. 12.---Ni es mi fortaleza la fortaleza de las piedras, ni mi carne es de bronce.

26. Ad percussionem Dei alii sunt lapides sine sono, alii aes sonans sine sensu. Job non per insaniam, sed per salutis statum fortis. ---Quid hoc loco aere ac lapidibus, nisi insensibilium hominum corda signantur, qui saepe et supernos ictus accipiunt, et tamen nulla disciplinae percussione mollescunt? Quo contra electis per prophetam, pollicente Domino, dicitur: Tollam a vobis cor lapideum, et dabo vobis cor carneum (Ezech. XI, 19). Paulus quoque ait: Si linguis hominum loquar et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tinniens (I Cor. XIII, 1). Scimus autem quoniam percussi lapides clarum sonum reddere nequeunt; aes vero cum percutitur, canorus valde sonitus ex ejus percussione formatur. Quod quia, ut lapides, vita caret, sensum in sonitu non habet. Et sunt nonnulli qui, lapidibus similes, ita ad pietatis praecepta duruerunt, ut cum eos percussio supernae animadversionis examinat, nequaquam sonitum humilis confessionis reddant. Quidam vero a metallo aeris in nullo discrepantes, cum flagella supernae percussionis accipiunt, piae confessionis sonitum emittunt; sed quia humilitatis voces ex corde non proferunt, ad statum salutis reducti, nesciunt quod promiserunt. Illi ergo, more lapidum percussi, nec voces habent; isti autem in nullo aeris imitationem fugiunt, qui, in percussione positi, bona quae non sentiunt loquuntur. Illi venerationi ferientis et verba denegant; isti, pollicentes quod non impleant, sine vita clamant. Vir igitur sanctus, reproborum duritiam inter verbera fugiens, dicat: Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea aenea est. Ac si aperte fateatur, dicens: Reproborum similitudinem sub disciplinae verbere fugio, quia nec more lapidum ita obdurui, ut sub percussionis stimulo a ministerio confessionis obmutescam; nec rursus quasi aes vocem confessionis resono, et sensum vocis ignoro. Sed quia ad percussionem reprobi debiliter fortes sunt, electi autem valenter infirmi, beatus Job dum fortem se per insaniam non esse asserit, fortem se per statum salutis innotescit. [Vet. XI. Unde ergo hanc eamdem fortitudinem percepit, insinuet, ne si sibi vires quas habet arroget, potenter ad mortem currat. Plerumque enim virtus habita deterius quam si deesset interficit; quia dum ad sui confidentiam mentem erigit, hanc elationis gladio transfigit; cumque eam quasi roborando vivificat, elevando necat; ad interitum videlicet pertrahit quam per spem propriam ab internae fortitudinis fiducia evellit. Sed quia beatus Job et virtute pollet, et in semetipso fiduciam non habet, atque, ut ita dixerim, vires infirmus habet, apte subjungit, dicens:

38. Transitoriis bonis inhiantium vacuus labor. --- In vacuum quippe ambulant qui nil secum de fructu sui laboris portant. Alius namque adipiscendis honoribus exsudat, alius multiplicandis facultatibus aestuat, alius promerendis laudibus anhelat; sed quia cuncta haec hic quisque moriens deserit, labores in vacuum perdidit, qui secum ante judicem nihil tulit. Quo contra bene per legem dicitur: Non apparebis in conspectu Domini vacuus (Exod. XXIII, 15). Qui enim promerendae vitae mercedem bene agendo non providit, in conspectu Domini vacuus apparet. Hinc de justis per Psalmistam dicitur: Venientes autem venient in exsultatione, portantes manipulos suos (Psal. CXXV, 6). Ad examen quippe judicii portantes manipulos veniunt qui in semetipsis recta opera quibus vitam mereantur ostendunt. Hinc de unoquoque electo Psalmista iterum dicit: Qui non accepit in vanum animam suam (Psal. XXIII, 4). In vanum namque animam suam accipit, qui, sola praesentia cogitans, quae se sequantur in perpetuum non attendit. In vanum animam suam accipit qui, ejus vitam negligens, ei curam carnis anteponit.

Pues gime la mayoría de las veces el ánimo; y sin embargo, vencido por los deleites de su carne, pierde amando las cosas buenas que engendró, considera los daños que padece, ni sin embargo levanta el brazo de la virtud contra el rey de Babilonia. Pero mientras viendo es herido por la perpetración de la maldad, a veces es llevado por el uso del pecado a esto, a que sea privado también de la misma luz de la razón. Por lo cual el rey de Babilonia, extinguidos primero los hijos, arrancó los ojos a Sedequías, porque el espíritu maligno, retiradas primero las buenas obras, después quita también la luz del entendimiento. Lo cual rectamente padece Sedequías en Reblata. Pues Reblata se interpreta 'estas muchas cosas'. Pues a aquel también se le cierra la luz de la razón, que por el depravado uso es gravado por la multitud de su iniquidad. [Vet. XVII.] Mas de cualquier modo que proceda la culpa, o estalle por cualesquiera ocasiones, sin embargo las sendas de los réprobos siempre están enredadas, de modo que entregados a las depravadas concupiscencias, o no apetecen ningún bien, o apeteciéndolos con débil deseo, de ningún modo dirigen los libres pasos de la mente hacia ellos. Pues o no comienzan las cosas rectas, o, quebrantados en el mismo camino, mínimamente llegan a ellas. De donde sucede la mayoría de las veces que vuelven cansados a su costumbre, y se postran de la intención del ánimo en los placeres de la carne, piensen solo las cosas que pasan, ni cuiden de ninguna que permanezca con ellos. Por lo cual convenientemente se añade:

CAPÍTULO XXIX.

IBÍD.---Caminarán en el vacío, y perecerán.

38. Es vano el trabajo de los que jadean por los bienes transitorios. ---Pues caminan en el vacío (vacuus) los que nada llevan consigo del fruto de su trabajo. Pues uno suda por alcanzar honores, otro arde por multiplicar facultades, otro anhela por merecer alabanzas; pero como cada uno al morir deserta de todas estas cosas aquí, perdió sus trabajos en el vacío, el que nada llevó consigo ante el juez. Por el contrario, bien se dice por la ley: No aparecerás en la presencia del Señor vacío (Ex. XXIII, 15). Pues el que no proveyó el premio de la vida que debe merecerse obrando bien, aparece vacío en la presencia del Señor. De aquí que de los justos se diga por el Salmista: Pero viniendo vendrán con júbilo, portando sus gavillas (Sal. CXXV, 6). Pues al examen del juicio vienen portando gavillas los que en sí mismos muestran las obras rectas por las que merezcan la vida. De aquí que de cada elegido el Salmista diga de nuevo: Quien no recibió en vano su alma (Sal. XXIII, 4). Pues en vano recibe su alma el que, pensando solo las cosas presentes, no atiende a las que le siguen para siempre. En vano recibe su alma el que, descuidando su vida, le antepone el cuidado de la carne.

Sed animam suam justi in vanum non accipiunt, quia intentione continua ad ejus utilitatem referunt quidquid corporaliter operantur, quatenus et transeunte opere, operis causa non transeat, quae vitae praemia post vitam parat. Sed haec curare reprobi negligunt, quia profecto, ambulantes in vacuum, vitam sequentes fugiunt, invenientes perdunt. Melius vero a pravorum imitatione compescimur, si eorum damna ex fine pensamus. Unde bene etiam cum exhortatione subjungitur:

Caput XXX

[Rec. XIV].

VERS. 19. Considerate semitas Themam, itinera Saba, et exspectate paulisper.

39. Aliqui honestatis nomine in saeculi retibus illaqueantur. In his sunt qui curam rei familiaris gerunt, aut qui propinquos inordinate diligunt. ---Theman quippe Auster, Saba autem rete interpretatur. Quid hic per Austrum, qui afflata teporibus membra dissolvit, nisi fluxa vivendi remissio, quid per rete nisi actionis obligatio demonstratur? Qui enim dissoluta mente ea quae aeterna sunt appetunt, ne gressu libero ad Deum prodeant, ipsi se suis inordinatis conatibus ligant; cumque se fluxis conversationis suae actibus implicant, quasi remansuros in retis maculis pedes ponunt. Ut enim paulo superius quosdam ad devictas jam culpas retrahi per aperta quaedam et non devicta vitia diximus, ita nonnulli ad ea quae reliquerant redeunt per quaedam quae vel honestatis nomine, vel laudis honore, palliantur. Nam sunt plerique qui jam aliena non appetunt, atque ab hujus mundi jurgiis inchoato quietis amore dividuntur, erudiri sacris eloquiis sitiunt, vacare supernis contemplationibus concupiscunt; nec tamen perfecta animi libertate curam rerum familiarium deserunt, cui saepe dum licite serviunt, etiam illicitis hujus mundi jurgiis implicantur; cumque terrenas res studiose tueri desiderant, cordis requiem deserunt, quam quaerebant; et cum substantia fugiens continua provisione protegitur, conceptus in animo divinae 231 scientiae sermo dissipatur, quia, juxta Veritatis sententiam (Matth. XXIII, Marc. IV, Luc. VIII), obortum semen spinae opprimunt, cum verbum Dei a memoria importunae terrenarum rerum sollicitudines expellunt. Dissolutis itaque gressibus in rete ambulant, qui dum mundum perfecte non deserunt, semetipsos gradiendo obligant, ne gradiantur.

Pero los justos no reciben su alma en vano, porque con intención continua refieren a su utilidad lo que quiera que operen corporalmente, a fin de que, aun pasando la obra, no pase la causa de la obra, que prepara los premios de la vida después de la vida. Pero los réprobos descuidan cuidar estas cosas, porque ciertamente, caminando en el vacío, huyen de la vida que los sigue, y encontrándola la pierden. Pero mejor somos contenidos de la imitación de los perversos si sopesamos sus daños por el fin. Por lo cual bien también se añade con exhortación:

Capítulo XXX

[Rec. XIV].

VERS. 19. Considerad las sendas de Temán, los itinerarios de Sabá, y esperad un poco.

39. Algunos son enredados en las redes del mundo bajo el nombre de la honestidad. Entre estos están los que llevan el cuidado de los asuntos familiares, o los que aman a sus parientes desordenadamente. ---Temán (Thema) ciertamente se interpreta Austro (Auster), mas Sabá (Saba) red (rete). ¿Qué se demuestra aquí por el Austro, que disuelve los miembros soplados por los calores, sino la fluida remisión del vivir; qué por la red sino la obligación de la acción? Los que con mente disuelta apetecen aquellas cosas que son eternas, para no avanzar con paso libre hacia Dios, se ligan a sí mismos por sus propios e inordinados esfuerzos; y cuando se enredan en los fluidos actos de su propia conversación, ponen los pies en las mallas de la red como para permanecer. Pues como poco antes dijimos que algunos son retraídos a las culpas ya vencidas a través de ciertos vicios abiertos y no vencidos, así algunos vuelven a las cosas que habían dejado a través de ciertas cosas que se encubren o bajo el nombre de honestidad o por el honor de la alabanza. Pues hay muchos que ya no apetecen lo ajeno, y se dividen de los litigios de este mundo por un iniciado amor al descanso, tienen sed de ser instruidos por las sagradas elocuencias, ansían vacar a las contemplaciones superiores; ni sin embargo desiertan con perfecta libertad de ánimo del cuidado de las cosas familiares, al cual mientras sirven lícitamente, también se enredan en los ilícitos litigios de este mundo; y mientras desean proteger estudiosamente las cosas terrenas, desiertan del descanso del corazón que buscaban; y mientras la sustancia que huye es protegida por continua provisión, se disipa la palabra de la divina 231 ciencia concebida en el ánimo, porque, según la sentencia de la Verdad (Mat. XXIII, Mc. IV, Lc. VIII), las espinas oprimen la semilla nacida, cuando las importunas solicitudes de las cosas terrenas expulsan de la memoria la palabra de Dios. Con pasos disueltos, por tanto, caminan en la red los que, mientras no desiertan perfectamente del mundo, se ligan a sí mismos caminando, para no caminar.

40. Et sunt plerique qui non solum aliena non appetunt, verum etiam cuncta quae possederant in mundo derelinquunt, semetipsos despiciunt, nullam praesentis vitae gloriam requirunt, ab hujus mundi se actionibus separant, et pene quidquid prosperitatis arriserit calcant. Sed tamen adhuc vinculo carnalis cognationis obligati, dum amori propinquitatis indiscrete deserviunt, ad ea saepe per effectum cognationum redeunt, quae jam et cum proprio despectu subegerunt. Cumque plus quam necesse est carnis propinquos diligunt, retracti exterioribus, a cordis parente dividuntur. Nam saepe quosdam videmus, quantum ad proprium studium spectat, jam praesentis vitae desideria non habere, mundum et opere et professione reliquisse; sed tamen pro inordinatis affectibus propinquorum praetoria irrumpere, terrenarum rerum jurgiis vacare, libertatem intimae quietis relinquere, et mundi studia in se jam dudum destructa reparare. Quo itaque isti nisi in rete ambulant, quos a praesenti saeculo inchoata jam vitae perfectio solverat, sed inordinatus amor terrenae cognationis ligat?

41. Propinquos Dei causa aebemus despicere, odisse, nescire. ---Qui enim districto studio, et non dissolutis gressibus aeternae sponsionis praemium sequuntur, sicut semetipsos pro divino amore despiciunt, sic cuncta, quibus se sentiunt praepediri, postponunt; et cum pro Deo necesse est ut quibus valent cunctis inserviant, pro Deo privata obsequia etiam propinquis negant. Hinc est enim quod quidam cum diceret: Permitte mihi prius ire et sepelire patrem meum (Matth. VIII, 21), Veritatis ore protinus audivit: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade, annuntia regnum Dei (Ibid., 22). Qua in re notandum est quia electus discipulus dum a parentis sepultura compescitur, hoc devotum quemque exhibere patri mortuo ex affectu carnali propter Dominum non licet, quod propter Dominum et exteris debet. [Vet. XVIII.] Hinc rursum Veritas dicit: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus (Luc. XIV, 26). Quo in loco videlicet, dum propinquorum odio animae quoque nostrae odium subinfertur, patenter ostenditur quia sic propinquos, sicut nosmetipsos odio habere praecipimur, ut hos ad aeterna rapientes, eorumque carnalem gratiam cum praepedit postponentes, discamus temperata eos discretionis arte et convenienter diligere, et salubriter odio habere, quatenus sic sciat per amorem odium surgere, ut valeamus eos verius per odium amare.

40. Y hay muchos que no solo no apetecen lo ajeno, sino que incluso abandonan todo lo que habían poseído en el mundo, se desprecian a sí mismos, no buscan ninguna gloria de la presente vida, se separan de las acciones de este mundo y casi pisan cualquier prosperidad que les haya sonreído. Pero sin embargo todavía ligados por el vínculo de la carnal parentela, mientras sirven indiscretamente al amor de la proximidad, vuelven a menudo por el efecto de los parientes a aquellas cosas que ya habían sometido incluso con el propio desprecio. Y cuando aman a los parientes de la carne más de lo necesario, retraídos exteriormente, se dividen del padre del corazón. Pues a menudo vemos a algunos, en cuanto atañe al propio estudio, no tener ya los deseos de la presente vida, haber dejado el mundo tanto en la obra como en la profesión; pero sin embargo, por los afectos inordinados de los parientes, irrumpir en los pretorios, vacar a los litigios de las cosas terrenas, abandonar la libertad de la íntima quietud y restaurar los estudios del mundo ya destruidos en sí mismos hace tiempo. ¿A dónde, pues, caminan estos sino en la red, a quienes la perfección de vida ya iniciada había soltado del presente siglo, pero el amor desordenado de la carnal parentela liga?

41. Debemos despreciar, odiar y no conocer a los parientes por causa de Dios. --- Pues quienes con estudio riguroso, y no con pasos disueltos, siguen el premio de la promesa eterna, así como se desprecian a sí mismos por el amor divino, así posponen todas las cosas por las que sienten que se les impide; y cuando por Dios es necesario que sirvan a todos con cuanto pueden, por Dios niegan obsequios privados incluso a los parientes. Pues de aquí es que cuando uno decía: Permíteme ir primero a enterrar a mi padre (Mat. VIII, 21), oyó inmediatamente de la boca de la Verdad: Deja que los muertos entierren a sus muertos, tú, en cambio, ve y anuncia el reino de Dios (Ibíd., 22). En lo cual debe notarse que, mientras al discípulo elegido se le impide el entierro del padre, no le es lícito exhibir por el Señor esto al padre muerto por afecto carnal, lo cual por el Señor debe incluso a los extraños. [Vet. XVIII.] De aquí de nuevo dice la Verdad: Si alguno viene a mí, y no odia a su padre, y a su madre, y a su esposa, e hijos, y hermanos, y hermanas, y aun también su propia vida, no puede ser mi discípulo (Lc. XIV, 26). En cuyo lugar, a saber, mientras al odio de los parientes se subañade el odio de nuestra propia alma, se muestra patentemente que se nos manda tener odio a los parientes así como a nosotros mismos, para que, arrebatándolos hacia las cosas eternas y posponiendo su gracia carnal cuando impide, aprendamos por el arte templado de la discreción tanto a amarlos convenientemente como a odiarlos saludablemente, a fin de que sepa de tal modo surgir el odio por el amor, que podamos amarlos más verdaderamente por el odio.

Hinc rursum per Moysen dicitur: Qui dixerit patri suo et matri suae, Nescio vos, et fratribus suis, Ignoro illos, et nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum et pactum tuum, et servaverunt judicia tua (Deut. XXXIII, 9). Ille enim scire Deum familiarius appetit, qui prae amore pietatis nescire desiderat quos carnaliter scivit. 232 Gravi etenim damno scientia divina minuitur, si cum carnis notitia partitur. Extra cognatos ergo quisque ac proximos debet fieri, si vult parenti omnium verius jungi, quatenus eosdem quos propter Deum utiliter negligit tanto solidius diligat, quanto in eis affectum solubilem copulae carnalis ignorat.

42. Propinquis plus caeteris prodesse debemus, modo hinc noster ad Deum progressus nil retardetur. Qui debemus erga eos benigne affici, nec tamen ab itinere quod ad Deum ducit declinare. ---Debemus quidem et temporaliter his quibus vicinius jungimur plus caeteris prodesse, quia et flamma admotis rebus incendium porrigit, sed hoc ipsum prius ubi nascitur incendit. Debemus copulam terrenae cognationis agnoscere; sed tamen hanc, cum cursum mentis praepedit, ignorare, quatenus fidelis animus in divino studio accensus, nec ea quae sibi sunt in infimis conjuncta despiciat, et, haec apud semetipsum recte ordinans, summorum amore transcendat. Solerti ergo cura providendum est ne carnis gratia subrepat, atque a recto itinere cordis gressum deflectat, ne vim superni amoris impediat, et surgentem mentem superimposito pondere deorsum premat. Sic etenim quisque propinquorum debet necessitatibus compati, ut tamen per compassionem non sinat vim suae intentionis impediri, ut affectus quidem mentis viscera repleat, sed tamen a spiritali proposito non avertat. Neque enim sancti viri ad impendenda necessaria propinquos carnis non diligunt, sed amore spiritalium ipsam in se dilectionem vincunt, quatenus sic eam discretionis moderamine temperent, ut per hanc in parvo saltem ac minimo a recto itinere non declinent. Quos bene nobis per significationem vaccae innuunt, quae, sub arca Domini ad montana tendentes, affectu simul et rigido sensu gradiuntur, sicut scriptum est: Tollentes duas vaccas quae lactabant vitulos, junxerunt ad plaustrum, vitulosque earum clauserunt domi, et posuerunt arcam Dei super plaustrum (I Reg. VI, 10). Et paulo post: Ibant in directum vaccae per viam quae ducit Bethsames, et itinere uno gradiebantur, pergentes et mugientes, et non declinantes neque ad dexteram, neque ad sinistram (Ibid., 12).

De aquí de nuevo se dice por Moisés: El que dijo a su padre y a su madre: No os conozco; y a sus hermanos: Los ignoro; y no conocieron a sus propios hijos; estos custodiaron tu elocuencia y tu pacto, y guardaron tus juicios (Dt. XXXIII, 9). Pues desea conocer a Dios más familiarmente aquel que, por el amor de la piedad, desea no conocer a quienes conoció carnalmente. 232 Pues con grave daño se disminuye la ciencia divina si se reparte con la noticia de la carne. Por tanto, cada uno debe hacerse extraño a sus parientes y allegados si quiere unirse más verdaderamente al Padre de todos, a fin de que ame tanto más sólidamente a los mismos que por Dios útilmente descuida, cuanto ignora en ellos el afecto soluble de la cópula carnal.

42. Debemos ser útiles a los parientes más que a los demás, con tal de que nuestro progreso hacia Dios no se retrase en nada por ello. Debemos ciertamente estar afectos benignamente hacia ellos, y sin embargo no declinar del camino que conduce a Dios. ---Debemos ciertamente también beneficiar temporalmente a aquellos a quienes nos unimos más cercanamente más que a los demás, porque también la llama extiende el incendio a las cosas acercadas, pero primero enciende aquello mismo donde nace. Debemos reconocer la cópula (vínculo) de la carnal parentela; pero sin embargo ignorar esta cuando impide el curso de la mente, a fin de que el alma fiel, encendida en el estudio divino, ni desprecie aquellas cosas que le están unidas en lo ínfimo, y, ordenando rectamente estas cosas en sí misma, las trascienda por el amor de lo sumo. Por tanto, debe proveerse con solícita cura que la gracia de la carne no se subrepuje, y desvíe el paso del corazón del recto camino, para que no impida la fuerza del amor celestial, y oprima hacia abajo la mente que se eleva con un peso superpuesto. Pues así debe cada uno compadecerse de las necesidades de los parientes, que sin embargo no permita que por la compasión se impida la fuerza de su intención, de modo que el afecto ciertamente llene las entrañas de la mente, pero sin embargo no la aparte del propósito espiritual. Pues los varones santos no dejan de amar a los parientes de la carne para suministrarles lo necesario, sino que por el amor de lo espiritual vencen en sí mismos esa misma dilección, a fin de templarla de tal modo con el moderamen de la discreción, que por ella no declinen del recto camino ni siquiera en lo pequeño o mínimo. A quienes bien nos insinúan por la significación de las vacas, las cuales, tendiendo hacia los montes bajo el Arca del Señor, caminan con un afecto a la vez rígido y sensible, como está escrito: Tomando dos vacas que amamantaban terneros, las unieron al carro, y encerraron a sus terneros en casa, y pusieron el Arca de Dios sobre el carro (I Rey. VI, 10). Y poco después: Iban las vacas en línea recta por el camino que lleva a Bet-semes, y caminaban por un solo trayecto, yendo y mugiendo, y no declinando ni a la derecha ni a la izquierda (Ibíd., 12).

Ecce enim, reclusis domi vitulis, vaccae quae sub arca Domini ad plaustrum religantur, gemunt et pergunt, dant ab intimis mugitus, et tamen ab itinere non demutant gressus. Amorem quidem per compassionem sentiunt, sed colla posterius non deflectunt. Sic sic necesse est ut incedere debeant qui, sacrae legis jugo suppositi, jam per internam scientiam Domini arcam portant, quatenus per hoc quod propinquorum necessitatibus condolent a coepto rectitudinis itinere non declinent. Bethsames quippe domus solis dicitur. Arca ergo Domini superposita Bethsames pergere est cum superna scientia ad aeternae lucis habitaculum propinquare. Sed tunc vere Bethsames tendimus, cum viam rectitudinis gradientes, ad vicina erroris latera nec pro affectu pignorum declinamus. Quorum nimirum gratia mentem nostram tenere debet, sed reflectere non debet, ne haec eadem mens aut si affectu non tangitur, dura sit; aut plus tacta, si inflectitur, remissa.

[Vet. XIX.] 43. Propinquorum gratia tenere debet, reflectere non debet. ---Intueri libet beatum Job, in quo divini timoris jugum colla cordis attriverat, sub quanto discretionis moderamine divinae sententiae arcam portat. 233 Amissis namque vitulis mugit, quia, audita morte filiorum, in terram tonso capite corruit (Job. I, 20); sed recto tamen itinere mugiens graditur, quia os ejus in gemitu ad Dei laudes aperitur, cum protinus dicit: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictum (Ibid., 21). Sed indiscretae mentes hanc vivendi regulam nesciunt, et quo vias Dei dissolute appetunt, eo ad mundi itinera stulte replicantur.

44. Teporis damna in aliis visa pius movere solent. ---Recte igitur sanctus vir post Theman semitas, Saba itinera memorat, quia quos Auster reprobi teporis solverit, hos nimirum rete implicationis tenet. Bene autem pravorum facta describens considerare haec admonet, quia perversa agendo diligimus, sed haec visa in aliis dijudicamus; et quae in nobis minus dijudicanda credimus, quam sint turpia in aliorum actione cognoscimus; sicque fit ut ad semetipsam mens redeat, et agere quod reprehendit erubescat.

Pues he aquí que, encerrados los terneros en casa, las vacas que están ligadas al carro bajo el Arca del Señor, gimen y avanzan, dan mugidos desde lo íntimo, y sin embargo no cambian sus pasos del camino. Sienten ciertamente el amor por la compasión, pero no desvían los cuellos hacia atrás. Así, así es necesario que deban caminar quienes, sometidos al yugo de la ley sagrada, ya llevan por la ciencia interna el Arca del Señor, a fin de que por esto mismo, que se duelen de las necesidades de los parientes, no declinen del comenzado camino de rectitud. Bet-semes ciertamente se llama casa del sol. Por tanto, puesta encima el Arca del Señor, marchar a Bet-semes es aproximarse con la ciencia soberana al habitáculo de la luz eterna. Pero entonces tendemos verdaderamente a Bet-semes cuando, caminando por la vía de la rectitud, no declinamos hacia los lados vecinos del error ni siquiera por el afecto de las prendas (hijos). Cuya gracia sin duda debe sostener nuestra mente, pero no debe hacerla volver, para que esta misma mente, o si no es tocada por el afecto, sea dura; o si es tocada de más, si se doblega, sea remisa.

[Vet. XIX.] 43. La gracia de los parientes debe sostener, pero no debe hacer volver atrás. ---Agrada contemplar al bienaventurado Job, en quien el yugo del temor divino había desgastado los cuellos del corazón, bajo cuán gran moderamen de discreción lleva el Arca de la divina sentencia. 233 Pues perdidos los terneros muge, porque, oída la muerte de sus hijos, cayó en tierra con la cabeza rasurada (Job I, 20); pero sin embargo camina mugiendo por el recto camino, porque su boca se abre en el gemido para las alabanzas de Dios, cuando al punto dice: El Señor dio, el Señor quitó; como le plugo al Señor, así se ha hecho; sea bendito el nombre del Señor (Ibíd., 21). Pero las mentes indiscretas no conocen esta regla de vida, y cuanto más disolutamente buscan los caminos de Dios, tanto más neciamente se repliegan hacia los itinerarios del mundo.

44. Los daños de la tibieza vistos en otros suelen mover más piadosamente. ---Rectamente, por tanto, el varón santo menciona las sendas de Temán tras los itinerarios de Sabá, porque a quienes el Austro del réprobo tibio ha disuelto, a estos sin duda los sostiene la red de la implicación. Pero describiendo bien los hechos de los malvados, amonesta a considerar estos, porque al hacer cosas perversas las amamos, pero juzgamos estas mismas cosas vistas en otros; y aquellas cosas que creemos que deben ser menos juzgadas en nosotros, conocemos cuán torpes son en la acción de los otros; y así sucede que la mente vuelve a sí misma, y se avergüenza de hacer lo que reprende.

Quasi enim a speculo foeda facies displicet, cum mens a vita simili in se ipsa quod aversetur videt. Ait ergo: Considerate semitas Theman, itinera Saba, et exspectate paulisper. Ac si aperte diceret: Damna alieni teporis attendite, et tunc spem de aeternis firmius sumetis, si recto cordis oculo quod in aliis displiceat videtis.

[Vet. XX.] 45. Vitae hujus brevitas quam utiliter attendatur. ---Bene autem dicitur: Exspectate paulisper. Saepe etenim dum praesentis vitae brevitas quasi diu perseveratura diligitur, ab aeterna spe animus frangitur, et delectatus praesentibus, desperationis suae caligine reverberatur. Cumque longum putat quod ad vivendum sibi spatium restat, repente vitam deserens, aeterna invenit, quae vitare jam nequeat. Hinc est enim quod per quemdam sapientem dicitur: Vae his qui perdiderunt sustinentiam (Eccli. II, 16). Sustinentiam videlicet perdunt qui, dum diu se immorari visibilibus aestimant, spem invisibilium derelinquunt. Cumque mens in praesentibus figitur, vita terminatur; et repente ad supplicia improvisa perveniunt, quae, decepti suis praesumptionibus, aut nunquam se contingere, aut tarde crediderunt. Hinc Veritas dicit: Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam (Matth. XXV, 13). Hinc rursum scriptum est: Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniel (I Thess. V, 2). Quia enim ad rapiendam animam propinquans minime conspicitur, furi in nocte comparatur. Tanto igitur debet quasi semper veniens metui, quanto a nobis non valet ventura praesciri. Unde et sancti viri, quia brevitatem vitae indesinenter ascipiunt, quasi quotidie morientes vivunt; et tanto se solidius mansuris praeparant, quanto et nulla esse transitoria semper ex fine pensant. Hinc quippe Psalmista, veloci cursu fugere vitam peccatoris aspiciens, ait: Pusillum adhuc, et non erit peccator (Psal. XXXVI, 10). Hinc iterum dicit: Homo sicut fenum dies ejus (Psal. CII, 15). Hinc Isaias ait: Omnis caro fenum, et gloria ejus sicut flos feni (Isai. XL, 6). Hinc mentes praesumentium Jacobus corripit dicens: Quae est vita vestra? Vapor est ad modicum parens (Jac. IV, 15). Recte ergo dicitur: Exspectate paulisper, quia et immensum est quod sine termino sequitur, et parum est quidquid finitur. Longum quippe nobis 234 videri non debet quod cursu sui temporis tendit ut non sit; quod dum per momenta ducitur, ipsa hoc momenta sua quae differunt impellunt; atque unde teneri cernitur, inde agitur ne teneatur. Bene autem beatus Job, postquam brevitatem praesentis vitae despiciens intulit, contra iniquos protinus in voce omnium electorum surgit, adjungens:

Pues como si fuera ante un espejo, desagrada un rostro sucio cuando la mente ve en sí misma, por una vida similar, aquello de lo que debe apartarse. Dice, pues: Considerad las sendas de Temán, los itinerarios de Sabá, y esperad un poco. Como si dijera abiertamente: Atended a los daños de la tibieza ajena, y entonces tomaréis la esperanza de lo eterno con más firmeza, si veis con el ojo recto del corazón lo que desagrada en los otros.

[Vet. XX.] 45. Cuán útilmente se atiende a la brevedad de esta vida. ---Bien ciertamente se dice: Esperad un poco. Pues a menudo, mientras se ama la brevedad de la presente vida como si fuera a perseverar por mucho tiempo, el ánimo se quebranta de la esperanza eterna, y deleitado con lo presente, es reverberado por la calina (niebla) de su propia desesperación. Y cuando piensa que es largo el espacio que le resta para vivir, abandonando de repente la vida, encuentra las cosas eternas que ya no podrá evitar. Pues de aquí es que se dice por cierto sabio: ¡Ay de aquellos que perdieron la paciencia! (Eccli. II, 16). Pierden, pues, la paciencia los que, mientras estiman que han de permanecer mucho tiempo en lo visible, abandonan la esperanza de lo invisible. Y cuando la mente se fija en lo presente, la vida se termina; y de repente llegan a los suplicios imprevistos, que, engañados por sus propias presunciones, o creyeron que nunca les sucederían, o que tardarían. De aquí dice la Verdad: Vigilad, pues, porque no sabéis el día ni la hora (Mat. XXV, 13). De aquí de nuevo está escrito: El día del Señor como ladrón en la noche, así vendrá (I Tes. V, 2). Porque, como no se ve en absoluto cuando se acerca para arrebatar el alma, se compara al ladrón en la noche. Por tanto, tanto debe temerse como viniendo siempre, cuanto no puede por nosotros ser prescrito que vendrá. Por lo cual también los varones santos, porque miran incesantemente la brevedad de la vida, viven como muriendo a diario; y tanto más sólidamente se preparan para lo que ha de permanecer, cuanto siempre ponderan por el fin que nada son las cosas transitorias. Pues de aquí el Salmista, mirando que la vida del pecador huye con veloz curso, dice: Un poco todavía, y no será el pecador (Sal. XXXVI, 10). De aquí de nuevo dice: El hombre, como el heno sus días (Sal. CII, 15). De aquí dice Isaías: Toda carne es heno, y su gloria como la flor del heno (Is. XL, 6). De aquí reprende Santiago las mentes de los presuntuosos diciendo: ¿Qué es vuestra vida? Es un vapor que aparece por un momento (Sant. IV, 15). Rectamente, pues, se dice: Esperad un poco, porque es incluso inmenso lo que sigue sin término, y es poco lo que se acaba. Pues no debe parecer largo [234] para nosotros lo que tiende por el curso de su tiempo a dejar de ser; lo cual, mientras es conducido por momentos, estos mismos momentos suyos que lo difieren, lo impulsan; y de donde se discierne que es retenido, de allí es movido para que no se retenga. Bien además el bienaventurado Job, después que introdujo el desprecio de la brevedad de la presente vida, surge al punto en la voz de todos los elegidos contra los inicuos, añadiendo:

CAPUT XXXI.

VERS. 20.---Confusi sunt, quia speravi.

46. Reprobos pudore afficit bonorum constantia. ---Cum bonis mala reprobi ingerunt, si hos a spe intima labefactari conspiciunt, effectu deceptionis hilarescunt. Lucrum namque maximum, erroris sui propagationem deputant, quia habere se ad perditionem socios exsultant. Cum vero bonorum spes interius figitur, et nequaquam malis exterioribus ad ima reclinatur, pravorum mentem confusio occupat, quia dum pervenire ad afflictorum intima nequeunt, incassum se existere crudeles erubescunt. Sanctus igitur vir dicat ex voce sua, dicat ex universalis Ecclesiae afflictae gementisque constantia, quae inter adversa reproborum supernae retributionis gaudium sine ullo mentis defectu desiderat, atque ad vitam moriendo perdurat: Confusi sunt, quia speravi. Ac si aperte dicat: Quia duris persecutionibus reprobi vim mei rigoris non emolliunt, erubescentes procul dubio laborem suae crudelitatis perdunt. Unde et mox venturae retributionis bona quasi jam praesentia conspicit, et qui reatus in judicio reprobos maneat attendit, subdens:

CAPUT XXXII.

IBID.---Venerunt quoque usque ad me, et pudore cooperti sunt.

47. Reproborum trepidatio in judicio. ---Usque ad sanctam quippe Ecclesiam in diem judicii reprobi veniunt, quia usque ad ejus tunc conspiciendam gloriam perducuntur, ut ad majora reatus sui supplicia repulsi videant quod perdiderunt. Tunc vero iniquos pudor cooperit, cum eos in conspectu judicis testis conscientia addicit. Tunc judex exterius cernitur, sed accusator interius toleratur. Tunc omnis ante oculos culpa reducitur, et mens super gehennae incendia suo gravius igne cruciatur. De quibus recte per Prophetam dicitur: Domine, exaltetur manus tua, ut non videant, videant et confundantur (Isai. XXVI, 11.) Intellectum quippe reproborum nunc merita obscurant, sed tunc cognitio reatus illuminat, ut et modo sequenda non videant, et tunc ea postquam amiserint cernant. Nunc quippe aeterna intelligere negligunt, vel appetere intellecta contemnunt; sed tunc ea intelligentes procul dubio desiderantesque conspiciunt, cum desiderata assequi nequaquam possunt.

CAPÍTULO XXXI.

VERS. 20.---Se confundieron, porque esperé.

46. La constancia de los buenos afecta a los réprobos con la vergüenza. ---Cuando los réprobos lanzan males sobre los buenos, si ven que estos flaquean en su esperanza interna, se alegran por el efecto del engaño. Pues consideran como ganancia máxima la propagación de su propio error, porque se regocijan de tener compañeros para su perdición. Pero cuando la esperanza de los buenos se fija interiormente, y de ningún modo se inclina hacia lo profundo por los males exteriores, la confusión ocupa la mente de los malvados, porque, al no poder llegar a lo íntimo de los afligidos, se avergüenzan de ser crueles en vano. Diga, pues, el varón santo por su propia voz, diga por la constancia de la Iglesia universal afligida y gemebunda, que entre las adversidades de los réprobos desea el gozo de la retribución celestial sin ningún defecto de la mente, y perdura hasta la vida muriendo: Se confundieron, porque esperé. Como si dijera abiertamente: Porque mediante duras persecuciones los réprobos no ablandan la fuerza de mi rigor, avergonzándose pierden sin duda el trabajo de su propia crueldad. Por lo cual también contempla los bienes de la futura retribución como si ya estuvieran presentes, y atiende a qué reato aguarda a los réprobos en el juicio, añadiendo:

CAPÍTULO XXXII.

IBÍD.---Vinieron también hasta mí, y de vergüenza fueron cubiertos.

47. La trepidación de los réprobos en el juicio. ---Hasta la santa Iglesia ciertamente vienen los réprobos en el día del juicio, porque hasta su gloria, entonces por contemplar, son conducidos, para que, repelidos a los mayores suplicios de su propio reato, vean lo que perdieron. Entonces verdaderamente la vergüenza cubre a los inicuos, cuando en la presencia del juez el testigo de la conciencia los condena. Entonces el juez es discernido exteriormente, pero el acusador es tolerado interiormente. Entonces toda culpa es reducida ante los ojos, y la mente es atormentada más gravemente por su propio fuego sobre los incendios de la Gehena. De los cuales rectamente se dice por el Profeta: Señor, exáltese tu mano, para que no vean; vean y se confundan (Is. XXVI, 11). Pues los méritos ahora oscurecen el intelecto de los réprobos, pero entonces el conocimiento del reato lo ilumina, para que ni ahora vean lo que deben seguir, y entonces lo perciban después de haberlo perdido. Pues ahora ciertamente descuidan entender lo eterno, o desprecian apetecer lo entendido; pero entonces lo contemplan entendiéndolo sin duda y deseándolo, cuando de ningún modo pueden alcanzar lo deseado.

[Vet. XXI.] 48. Amici Job ex ejus in Deum fiducia pudore suffusi. ---Quae etiam beati Job verba amicis ejus specialiter congruunt, qui duris objurgationibus sancti viri animum labefactare conabantur. Ait enim: Confusi sunt, quia speravi. Ac si aperte diceret: Dum me stultis increpationibus ad desperationem flectere nequeunt, ipsi temeritatis suae insania confunduntur. Venerunt quoque usque ad me, et pudore cooperti sunt. Ac si dicat: Videntes corporis vulnera, sed mentis constantiam nescientes, dum me de injustitia increpare ausi sunt, usque ad me necdum venerunt; sed dura me invectione 235 pulsantes, dum stare animum inter adversa deprehendunt, quasi ad me venientes erubescunt. Eo enim ad me veniunt quo me in intimis cognoscunt; ibique eos pudor cooperit, ubi me stantem fortiter exterior jactura non tangit. Sunt vero nonnulli qui timere Deum nesciunt, nisi cum vel in se experta, vel in aliis cognita adversitate terrentur, quos prospera per audaciam elevant, contraria per infirmitatem turbant. Ex quorum scilicet numero amicos suos esse beatus Job redarguit, cum protinus subdit, dicens:

CAPUT XXXIII.

VERS. 21.---Nunc venistis, et modo videntes plagam meam timetis.

49. Deus etiam in prosperis metuendus. ---Ac si aperte dicat: Ego tunc Deum timui, cum, fultus prosperis, flagellorum detrimenta non sensi. Vos autem qui ex amore Deum non metuistis, ex sola eum verberis percussione formidatis. Sequitur:

CAPUT XXXIV.

VERS. 22, 23.---Nunquid dixi: Afferte mihi, et de substantia vestra donate mihi? vel: Liberate me de manu hostis, et de manu robustorum eruite me?

50. Ecclesia ab iis qui prava de fide asserunt, quae de moribus vera docent, audire non vult. Maligni spiritus absque carnis infirmitate sunt conditi. ---Si ad personam sanctae Ecclesiae haec verba referuntur, quia amicos beati Job haereticorum tenere speciem diximus, recte se asserit eorum substantia non indigere. Haereticorum quippe substantia carnalis sapientia non inconvenienter accipitur, qua dum perverse fulciuntur, quasi in verbis se divites ostendunt; quam eo sancta Ecclesia non quaerit, quo hanc spiritali intellectu transcendit.

[Vet. XXI.] 48. Los amigos de Job, cubiertos de vergüenza por su confianza en Dios. ---Estas palabras del bienaventurado Job también concuerdan especialmente con sus amigos, quienes con duros reproches intentaban quebrantar el ánimo del varón santo. Pues dice: Se confundieron, porque esperé. Como si dijera abiertamente: Mientras con necias increpaciones no pueden inclinarme a la desesperación, ellos mismos se confunden por la insania de su propia temeridad. Vinieron también hasta mí, y de vergüenza fueron cubiertos. Como si dijera: Viendo las heridas del cuerpo, pero ignorando la constancia de la mente, mientras se atrevieron a increparme por la injusticia, aún no habían llegado hasta mí; pero pulsándome con una dura [235] invectiva, mientras deprenden que el ánimo permanece firme entre las adversidades, se avergüenzan como viniendo hacia mí. Pues por esto vienen a mí, por lo cual me conocen en lo íntimo; y allí la vergüenza los cubre, donde la pérdida exterior no me toca a mí, que permanezco fuerte. Hay en verdad algunos que no saben temer a Dios sino cuando se aterran, sea por la adversidad experimentada en sí mismos o conocida en otros, a quienes las cosas prósperas elevan por la audacia, las contrarias los perturban por la flaqueza. De cuyo número, a saber, el bienaventurado Job redarguye que son sus amigos, cuando al punto añade diciendo:

CAPÍTULO XXXIII.

VERS. 21.---Ahora habéis venido, y ahora viendo mi llaga teméis.

49. Dios debe ser temido incluso en la prosperidad. ---Como si dijera abiertamente: Yo temí a Dios entonces, cuando, apoyado en las cosas prósperas, no sentía los detrimentos de los azotes. Vosotros, en cambio, que no habéis temido a Dios por amor, le teméis por la sola percusión del látigo. Sigue:

CAPÍTULO XXXIV.

VERS. 22, 23.---¿Acaso dije: Traedme, y de vuestra sustancia dadme? ¿o: Libradme de la mano del enemigo, y de la mano de los robustos rescatadme?

50. La Iglesia no quiere oír de aquellos que afirman cosas perversas sobre la fe, lo que enseñan de verdadero sobre las costumbres. Los espíritus malignos fueron creados sin la flaqueza de la carne. ---Si estas palabras se referiran a la persona de la santa Iglesia, porque dijimos que los amigos del bienaventurado Job representan el tipo de los herejes, rectamente afirma ella no necesitar de su sustancia. Pues la sustancia de los herejes no se entiende inconvenientemente como la sabiduría carnal, con la cual, mientras se apoyan perversamente, se muestran como ricos en palabras; la cual la santa Iglesia no busca, por cuanto la trasciende con el intelecto espiritual.

Saepe vero haeretici, cum perversa de fide asserunt, nonnulla contra antiquum hostem subtilia de carnis tentationibus loquuntur. Nam nonnunquam eo in se quasi sana membra operationis ostendunt, quo in fide vulnerati serpentis morsu in capite tenentur. Sed sancta Ecclesia audire ab his subtilia de tentationibus non vult, qui dum vera quaedam de conversatione asserunt, ad falsa perfidiae perducunt. Unde recte nunc dicitur: Nunquid dixi: Afferte mihi, et de substantia vestra donate mihi? vel: Liberate me de manu hostis, et de manu robustorum eruite me? Manum quippe hostis Satanae fortitudinem vocat, et manum robustorum vires malignorum spirituum appellat. Quos idcirco robustos memorat, quia dum absque carnis infirmitate sunt conditi, pravis eorum adnisibus imbecillitas adjuncta non obviat. Hoc vero quod subditur:

[Vet. XXIV.] 55. Qui alios arguunt, seipsos non palpent. ---Ex aliis ergo sanctorum factis discimus quid de aliis pensare debeamus. Sancti enim viri, nec ex elatione sunt liberi, nec ex timore submissi; sed cum rectitudo eos ad libertatem vocis erigit, consideratio infirmitatis propriae in humilitate custodit. Culpas quippe delinquentium etsi ex alto increpantes feriunt, semetipsos tamen apud se subtilius judicantes, quasi in abjectis ponunt; et quo prava in aliis insequuntur, eo ad reprimendos se atrociores redeunt; rursusque quo sibimet meliora agentibus nequaquam parcunt, eo vigilantius aliena facta reprehendunt. Quid enim de humana potentia mirari exterius poterunt, qui semetipsos quoque despiciunt, etiam cum intimae pene jam arcem sublimitatis apprehendunt. Idcirco igitur bene foris dijudicant altitudinem terrenae celsitudinis, quia intus oculum non gravat pondus tumoris. Unde et beatus Job, cum in amicis dura loquentibus terrenam prudentiam, vires, substantiamque despiceret, dicens: Nunquid dixi: Afferte mihi, et de substantia vestra donate mihi? vel: Liberate me de manu hostis; et de manu robustorum eruite me? Docete me, et ego tacebo; et si quid forte ignoravi, instruite me; quid de semetipso sentiat, paulo inferius manifestat, dicens: Super pupillum irruitis (Vers. 27). Luce itaque clarius patet quantae se infirmitatis conspiciat, quem pupillum vocat. Sequitur:

Caput XXXVI

[Rec. XVI].

VERS. 25.---Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum e vobis nullus sit qui possit arguere?

Pero a menudo los herejes, mientras afirman cosas perversas sobre la fe, dicen algunas cosas sutiles contra el antiguo enemigo sobre las tentaciones de la carne. Pues a veces muestran en sí como miembros sanos de operación, en lo cual son retenidos en la cabeza por la mordedura de la serpiente, heridos en la fe. Pero la santa Iglesia no quiere oír de estos cosas sutiles sobre las tentaciones, quienes, mientras afirman ciertas cosas verdaderas sobre la conducta, conducen a las falsedades de la perfidia. Por lo cual rectamente se dice ahora: ¿Acaso dije: Traedme, y de vuestra sustancia dadme? ¿o: Libradme de la mano del enemigo, y de la mano de los robustos rescatadme? Pues llama mano del enemigo a la fortaleza de Satanás, y llama mano de los robustos a los poderes de los espíritus malignos. A los cuales menciona como robustos por esto, porque, al haber sido creados sin la flaqueza de la carne, no se les opone una imbecilidad adjunta a sus perversos esfuerzos. Pero esto que se añade:

[Vet. XXIV.] 55. Quienes reprenden a otros, no se acaricien a sí mismos. ---Por los demás hechos de los santos aprendemos qué debemos pensar de los otros. Pues los varones santos, ni son libres por la elación, ni sumisos por el temor; sino que cuando la rectitud los eleva a la libertad de la voz, la consideración de la propia flaqueza los custodia en la humildad. Pues aunque golpeen las culpas de los delincuentes increpándolos desde lo alto, sin embargo, juzgándose a sí mismos más sutilmente ante sí, se sitúan como entre los abyectos; y por cuanto persiguen las cosas perversas en otros, por tanto vuelven más atroces para reprimirse a sí mismos; y a su vez, por cuanto de ningún modo se perdonan a sí mismos cuando obran mejor, por tanto más vigilantemente reprenden los hechos ajenos. Pues, ¿qué podrán admirar exteriormente de la potencia humana, quienes también se desprecian a sí mismos, aun cuando ya casi aprehenden la ciudadela de la sublimidad íntima? Por tanto, juzgan bien por fuera la altura de la celsitud terrena, porque dentro no agrava el ojo el peso de la hinchazón. Por lo cual también el bienaventurado Job, cuando despreciaba en sus amigos que hablaban duramente la prudencia terrena, las fuerzas y la sustancia, diciendo: ¿Acaso dije: Traedme, y de vuestra sustancia dadme? ¿o: Libradme de la mano del enemigo; y de la mano de los robustos rescatadme? Enseñadme, y yo callaré; y si acaso ignoré algo, instruidme; lo que siente de sí mismo, lo manifiesta un poco más abajo, diciendo: Irrumpís sobre el pupilo (pupillum) (Vers. 27). Así pues, aparece más claro que la luz en cuánta flaqueza se contempla aquel a quien llama pupilo (pupillum). Sigue:

Capítulo XXXVI

[Rec. XVI].

VERS. 25.---¿Por qué habéis detractado de las palabras de la verdad, no habiendo entre vosotros quien pueda reprender?

56. Mundus esse debet qui alios vult corrigere.---Mundus ipse esse a vitiis debet qui curat aliena corrigere, ut terrena non cogitet, ut desideriis infimis non succumbat; quatenus tanto perspicacius aliis fugienda videat, quanto haec ipse per scientiam et vitam verius declinat, quia nequaquam pure maculam in membro considerat oculus quem pulvis gravat, et superjectas sordes tergere non valent manus quae lutum tenent. Quod, juxta antiquae translationis seriem, bene ad David erga exteriora bella laborantem per significationem divina vox innuit, cum dicit: Non tu aedificabis mihi templum, quia vir sanguinum es (II Reg. VII; XVI, 8; I Par. XXII, 8). Dei autem templum aedificat, qui corrigendis atque instituendis proximorum mentibus vacat. Templum quippe Dei nos sumus, qui ad veram vitam ex ejus inhabitatione construimur, Paulo attestante, qui ait: Templum Dei sanctum est, quod estis vos (I Cor. III, 17). Sed vir sanguinum templum Deo aedificare prohibetur, quia qui adhuc actis carnalibus incumbat necesse est ut instruere spiritaliter proximorum mentes erubescat. Bene ergo dicitur: Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum e vobis nullus sit qui possit arguere? Ac si aperte diceretur: Qua temeritate audita reprehenditis, qui, percussionis meae causas ignorantes, adhuc reprehensibilia profertis. Sequitur:

Caput XVII

[Rec. XVII].

VERS. 26.---Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, et in ventum verba profertis.

57. Locutionum duo genera hominibus noxia.---Duo sunt genera locutionum importuna valde et noxia generi humano, unum quod curat etiam perversa laudare, aliud quod studet semper etiam recta corripere. Illud deorsum cum fluvio ducitur, hoc vero contra fluenta veritatis obserare et alveum conatur. Illud metus premit, hoc elatio erigit. Illud gratiam ex favoribus captat, hoc ira ut ex certamine ostendatur exagitat. Illud in promptu subjacet, hoc semper e diverso tumet. Ex hujus ergo qualitate beatus Job amicos suos fuisse redarguit, cum dicit: Ad increpandum tantum eloquia concinnatis.

56. Debe estar limpio quien quiere corregir a otros. Limpio debe estar él mismo de los vicios quien se cuida de corregir los ajenos, para que no piense cosas terrenas, para que no sucumba a los deseos ínfimos; a fin de que tanto más perspicazmente vea lo que otros deben huir, cuanto más verdaderamente declina él mismo estas cosas por la ciencia y la vida, porque de ningún modo considera puramente una mancha en el miembro el ojo que el polvo agrava, y no pueden limpiar las suciedades sobrepuestas las manos que sostienen lodo. Lo cual, según la serie de la antigua traducción, bien insinúa la voz divina a David que trabajaba en guerras exteriores por medio de una significación, cuando dice: Tú no me edificarás un templo, porque eres varón de sangres (2 Sam. 7; 16, 8; 1 Par. 22, 8). Pues edifica el templo de Dios quien se dedica a corregir e instituir las mentes de los prójimos. Pues nosotros somos el templo de Dios, que somos construidos para la vida verdadera por su inhabitación, atestiguándolo Pablo, quien dice: El templo de Dios es santo, el cual sois vosotros (1 Cor. 3, 17). Pero al varón de sangres se le prohíbe edificar un templo a Dios, porque quien aún incumbe en actos carnales es necesario que se avergüence de instruir espiritualmente las mentes de los prójimos. Bien se dice, pues: ¿Por qué habéis detractado de las palabras de la verdad, no habiendo entre vosotros quien pueda reprender? Como si se dijera abiertamente: ¿Con qué temeridad reprendéis lo oído, vosotros que, ignorando las causas de mi percusión, aún proferís cosas reprensibles? Sigue:

Capítulo XVII

[Rec. XVII].

VERS. 26.---Para increpar solamente concertáis las elocuencias, y proferís palabras al viento.

57. Dos géneros de locuciones nocivos a los hombres. Dos son los géneros de locuciones muy inoportunos y nocivos al género humano, uno que cuida de alabar incluso las cosas perversas, otro que se esfuerza siempre en corregir incluso las rectas. Aquél es llevado hacia abajo con el río, pero éste intenta cerrar el paso contra las corrientes de la verdad y el cauce. A aquél lo oprime el temor, a éste lo eleva la elación. Aquél capta la gracia por los favores, a éste lo agita la ira para mostrarse como en un certamen. Aquél subyace pronto, éste siempre se hincha desde el lado opuesto. Por tanto, partiendo de la cualidad de éste, el bienaventurado Job refutó que sus amigos lo habían sido, cuando dice: Para increpar solamente concertáis las elocuencias.

Sed unde usque ad injustae increpationis audaciam pervenitur, protinus innotuit, cum subjunxit: Et in ventum verba profertis. In ventum enim verba proferre est otiosa dicere. Nam saepe dum ab otiosis verbis nequaquam lingua compescitur, ad temeritatem quoque stultae increpationis effrenatur. Quibusdam enim ruinae suae gradibus desidiosa mens in foveam lapsus impellitur. Nam dum otiosa verba cavere negligimus, ad noxia pervenimus, ut prius loqui aliena libeat, et postmodum detractionibus eorum vitam, de quibus loquitur, lingua mordeat, quandoque autem usque ad apertas contumelias erumpat. Hinc irarum seminantur stimuli, oriuntur rixae, accenduntur faces odiorum, pax tota exstinguitur cordium. Unde bene per Salomonem dicitur: Qui dimittit aquam caput est jurgiorum (Prov. XVII, 14). Aquam quippe dimitterere est linguam in fluxum eloquii relaxare. Quo contra et in bonam partem asserit, dicens: Aqua profunda, verba ex ore viri (Prov. XVIII, 4). Qui ergo dimittit aquam, caput est jurgiorum, quia qui linguam non refrenat, concordiam dissipat. Unde e diverso scriptum est: Qui imponit stulto silentium, iras mitigat (Prov. XXVI, 10).

[Vet. XXV.] 58. Multiloquii mala. Otiosum verbum. ---Quia autem multiloquio quisque serviens rectitudinem justitiae tenere non possit, testatur Propheta, quia ait: Vir linguosus non dirigetur super terram (Psal. CXXXIX, 12). Hinc Salomon iterum ait: In multiloquio peccatum non deerit (Prov. X, 19). Hinc Isaias dicit: Cultus justitiae silentium (Isai. XXXII, 17), videlicet indicans quia mentis justitia desolatur, quando ab immoderata locutione non parcitur. Hinc Jacobus dicit: Si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio (Jac. I, 26). Hinc rursum ait: Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum (Ibid., 19). Hinc iterum adjungit: Lingua inquietum malum, plena veneno mortifero (Jac. III, 8). Hinc per semetipsam nos Veritas admonet, dicens: Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii (Matth. XII, 36). Otiosum quippe verbum est quod aut ratione justae necessitatis, aut intentione piae utilitatis caret. Si ergo ratio de otioso sermone exigitur, pensandum valde est quae poena illud multiloquium sequatur, in quo etiam per superbiae verba peccatur.

Pero de dónde se llega hasta la audacia de la increpación injusta, se dio a conocer enseguida cuando añadió: Y proferís palabras al viento. Pues proferir palabras al viento es decir cosas ociosas. Pues a menudo, mientras de ningún modo se refrena la lengua de las palabras ociosas, se desboca también hacia la temeridad de la increpación estúpida. Pues por ciertos grados de su ruina la mente desidiosa es impulsada a la fosa de la caída. Pues mientras descuidamos evitar las palabras ociosas, llegamos a las nocivas, de modo que primero place hablar de lo ajeno, y después la lengua muerde con detracciones la vida de aquellos de quienes habla, y en algún momento estalla incluso hasta las contumelias abiertas. De aquí se siembran los aguijones de las iras, surgen las riñas, se encienden las antorchas de los odios, se extingue toda la paz de los corazones. Por lo cual bien se dice por Salomón: Quien suelta el agua es cabeza de los litigios (Prov. 17, 14). Pues soltar el agua es relajar la lengua en el flujo de la elocuencia. Contra lo cual también afirma en sentido bueno, diciendo: Agua profunda, las palabras de la boca del varón (Prov. 18, 4). Aquel, pues, que suelta el agua, es cabeza de los litigios, porque quien no refrena la lengua, disipa la concordia. Por lo cual, por el contrario, está escrito: Quien impone silencio al necio, mitiga las iras (Prov. 26, 10).

[Vet. XXV.] 58. Males del multiloquio. La palabra ociosa. Pero porque cualquiera que sirve al multiloquio no puede mantener la rectitud de la justicia, lo atestigua el Profeta, pues dice: El varón lenguaraz no será enderezado sobre la tierra (Sal. 139, 12). De aquí que Salomón diga de nuevo: En el multiloquio no faltará el pecado (Prov. 10, 19). De aquí que Isaías diga: El culto de la justicia es el silencio (Is. 32, 17), indicando ciertamente que la justicia de la mente es desolada cuando no se perdona de la locución inmoderada. De aquí que Santiago diga: Si alguno piensa que es religioso, no refrenando su lengua, sino seduciendo su corazón, la religión de éste es vana (Sant. 1, 26). De aquí que de nuevo diga: Sea, pues, todo hombre veloz para oír, pero tardo para hablar (Ibíd., 19). De aquí que de nuevo añada: La lengua es un mal inquieto, llena de veneno mortífero (Sant. 3, 8). De aquí que por sí misma la Verdad nos amonesta, diciendo: De toda palabra ociosa que hablaren los hombres, darán cuenta de ella en el día del juicio (Mat. 12, 36). Pues palabra ociosa es la que o carece de la razón de justa necesidad, o de la intención de piadosa utilidad. Si, pues, se exige razón del sermón ocioso, debe pesarse mucho qué pena sigue a aquel multiloquio en el cual también se peca por las palabras de soberbia.

59. Sine silentii censura mens tota patet hosti. ---Sciendum quoque est quod ab omni rectitudinis statu depereunt, qui per noxia verba dilabuntur. Humana etenim mens, aquae more, et circumclusa ad superiora colligitur, quia illud repetit unde descendit; et relaxata deperit, quia se per infima inutiliter spargit. Quot enim supervacuis verbis a silentii sui censura dissipatur, quasi tot rivis extra se ducitur. Unde et redire interius ad sui cognitionem non sufficit, quia per multiloquium exterius sparsa, vim intimae considerationis amittit. Totam se igitur insidiantis hostis vulneribus detegit, quia nulla se munitione custodiae circumcludit. Unde scriptum est: Sicut urbs patens, et absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum (Prov. XXV, 28). Quia enim murum silentii non habet, patet inimici jaculis civitas mentis; et cum se per verba extra semetipsam ejicit, apertam se adversario ostendit, quam tanto ille sine labore superat, quanto et haec eadem quae vincitur contra semetipsam per multiloquium pugnat.

60. Silentii immoderati incommoda.---Sed inter haec sciendum est quia cum pavore nimio a locutione restringimur, interdum plus quam necesse est intra claustra silentii coarctamur; et dum linguae vitia incaute fugimus, occulte deterioribus implicamur. Nam saepe dum ab eloquio immoderate compescimur, grave multiloquium in corde toleramus, ut eo plus cogitationes in mente ferveant, quo illas violenta custodia indiscreti silentii angustat; et plerumque tanto latius diffluunt, quanto se esse seciores aestimant, quia foris a reprehensoribus non videntur. Unde mens nonnunquam in superbiam tollitur, eosque quos loquentes audit quasi infirmos conspicit. Cumque os corporis claudit, quantum se vitiis superbiendo aperiat non agnoscit. Linguam etenim premit, cogitationem erigit; et cum se per negligentiam minime considerat, tanto apud se cunctos liberius, quanto et secretius accusat. [Vet. XXVI.] Plerumque autem nimis taciti cum nonnulla injusta patiuntur, eo in acriorem dolorem prodeunt, quo ea quae sustinent non loquuntur. Nam si illatas molestias lingua tranquille diceret, a conscientia dolor emanaret. Vulnera enim clausa plus cruciant, quia cum putredo, quae intrinsecus fervet, ejicitur, ad salutem dolor aperitur. Plerumque nimis taciti dum quorumdam mala respiciunt, et tamen in silentio linguam premunt, quasi conspectis vulneribus usum medicaminis subtrahunt. Eo enim mortis auctores fiunt, quo virus quod poterant ejicere loquendo noluerunt. Unde et immoderatum silentium si in culpa non esset, propheta non diceret: Vae mihi quia tacui (Isai. VI, 5).

59. Sin la censura del silencio toda la mente yace abierta al enemigo. Debe saberse también que caen de todo estado de rectitud quienes se deslizan por palabras nocivas. Pues la mente humana, a manera del agua, estando cerrada se recoge hacia las cosas superiores, porque busca de nuevo aquello de donde descendió; y relajada perece, porque se dispersa inútilmente por las cosas ínfimas. Pues por cuantas palabras superfluas es disipada de la censura de su silencio, por otros tantos arroyos, por así decirlo, es conducida fuera de sí. Por lo cual no es capaz de volver al interior para el conocimiento de sí misma, porque dispersa exteriormente por el multiloquio, pierde la fuerza de la íntima consideración. Se descubre, pues, toda ella a las heridas del enemigo que acecha, porque no se rodea de ninguna munición de custodia. Por lo cual está escrito: Como ciudad abierta, y sin recinto de muros, así es el varón que no puede contener su espíritu al hablar (Prov. 25, 28). Pues porque no tiene el muro del silencio, la ciudad de la mente está abierta a los dardos del enemigo; y cuando se arroja fuera de sí misma por las palabras, se muestra abierta al adversario, a quien éste vence sin trabajo tanto más cuanto ésta misma que es vencida lucha contra sí misma por el multiloquio.

60. Inconvenientes del silencio inmoderado. Pero entre estas cosas debe saberse que cuando somos restringidos de la locución por un temor excesivo, a veces somos coartados dentro de los claustros del silencio más de lo que es necesario; y mientras huimos incautamente de los vicios de la lengua, nos implicamos secretamente en otros peores. Pues a menudo, mientras somos reprimidos inmoderadamente de la elocuencia, toleramos un pesado multiloquio en el corazón, de modo que tanto más hierven los pensamientos en la mente cuanto la violenta custodia de un silencio indiscreto los angustia; y la mayoría de las veces fluyen tanto más ampliamente cuanto se estiman ser más seguros, porque fuera no son vistos por quienes los reprenderían. Por lo cual la mente a veces se eleva en soberbia, y contempla a aquellos a quienes oye hablar como si fueran débiles. Y cuando cierra la boca del cuerpo, no reconoce cuánto se abre a los vicios al ensoberbecerse. Pues oprime la lengua, eleva el pensamiento; y cuando por negligencia mínimamente se considera a sí misma, tanto más libremente acusa a todos ante sí cuanto más secretamente lo hace. [Vet. XXVI.] Pero la mayoría de las veces los muy silenciosos, cuando padecen algunas cosas injustas, prorrumpen en un dolor más agudo por cuanto no hablan las cosas que soportan. Pues si la lengua dijera tranquilamente las molestias inferidas, el dolor emanaría de la conciencia. Pues las heridas cerradas atormentan más, porque cuando se expulsa la podredumbre que hierve intrínsecamente, el dolor se abre para la salud. La mayoría de las veces los muy silenciosos, mientras observan los males de algunos y, sin embargo, en el silencio oprimen la lengua, sustraen como el uso de la medicina a las heridas vistas. Pues en tanto se hacen autores de muerte en cuanto no quisieron expulsar hablando el veneno que podían. Por lo cual también, si el silencio inmoderado no estuviera en culpa, el profeta no diría: ¡Ay de mí, porque callé! (Is. 6, 5).

61. Lingua per disciplinam retineatur, et ex necessitate laxetur. ---Quid ergo inter haec, nisi studiose lingua sub magni moderaminis libratione frenanda est, non insolubiliter obliganda, ne aut laxata in vitium defluat, aut restricta etiam ab utilitate torpescat? Hinc namque per quemdam dicitur: Sapiens tacebit usque ad tempus (Eccli. XX, 7), ut nimirum cum opportunum considerat, postposita censura silentii, loquendo quae congruunt, in usum se utilitatis impendat. Hinc Salomon ait: Tempus tacendi, et tempus loquendi (Eccle. III, 7). Discrete quippe vicissitudinum pensanda sunt tempora, ne aut cum restringi lingua debet, per verba se inutiliter solvat; aut cum loqui utiliter potest, semetipsam pigre restringat. Quod bene Psalmista considerans brevi postulatione complexus est dicens: Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiae labiis meis (Psal. CXLIX, 3). Ostium namque aperitur et clauditur. Qui ergo ori suo nequaquam poni obstaculum, sed ostium petiit, aperte docuit quod et per disciplinam retineri lingua debeat, et ex necessitate laxari, quatenus os discretum et congruo tempore vox aperiat, et rursum congruo taciturnitas claudat. Quod quia vel amici beati Job, vel omnes haeretici, quorum hi speciem tenent, servare nesciunt, in ventum verba proferre perhibentur, quia nimirum dicta quae discretionis pondus non solidat aura levitatis portat.

61. La lengua sea retenida por la disciplina, y relajada por la necesidad. ¿Qué hay, pues, entre estas cosas, sino que la lengua ha de ser refrenada estudiosamente bajo la libración de un gran moderamiento, no ligada indisolublemente, para que ni relajada fluya hacia el vicio, ni restringida se entorpezca incluso de la utilidad? Pues de aquí se dice por alguien: El sabio callará hasta el tiempo (Ecli. 20, 7), para que ciertamente cuando lo considere oportuno, pospuesta la censura del silencio, hablando lo que conviene, se emplee en el uso de la utilidad. De aquí que Salomón diga: Tiempo de callar, y tiempo de hablar (Ecl. 3, 7). Discretamente ciertamente han de pesarse los tiempos de las vicisitudes, para que ni cuando la lengua deba ser restringida, se suelte inútilmente por las palabras; ni cuando pueda hablar útilmente, se restrinja a sí misma perezosamente. Lo cual, considerándolo bien el Salmista, lo comprendió en una breve postulación diciendo: Pon, Señor, guardia a mi boca, y puerta de circunstancia a mis labios (Sal. 140, 3). Pues la puerta se abre y se cierra. Aquel, pues, que pidió no que se pusiera un obstáculo a su boca, sino una puerta, enseñó claramente que la lengua debe ser retenida por la disciplina, y relajada por la necesidad, a fin de que la voz abra la boca discreta en tiempo congruo, y a su vez la taciturnidad la cierre en tiempo congruo. Lo cual, porque o los amigos del bienaventurado Job, o todos los herejes, cuyo tipo éstos representan, no saben observar, se dice que proferen palabras al viento, porque ciertamente el aura de la levedad arrebata los dichos que el peso de la discreción no solidifica.

LIBER OCTAVUS.

Postremam capitis sexti partem, a 27 versu, et cum septimo totum octavum, enarrat. In hac porro enarratione a versu 11 capitis octavi ad finem usque, de hypocrisis vitio copiose edisserit.

CAPUT PRIMUM.

241 1. Job humilitas et amor in persecutores. Quo Ecclesiae charitas erga haereticos adumbratur.---Praecedenti jam libello tractavimus, quod beatus Job vim nobis humilitatis suae innotescit, dicens:

CAP. VI, VERS. 27.---Super pupillum irruitis, et subvertere nitimini amicum vestrum.

Quantae namque infirmitatis se perpendat insinuat, quem pupillum vocat; quia vero ab amore recedere etiam laesa charitas nescit, et subverti velle se queritur, et tamen amicum se esse testatur. Cujus verba, ut saepe jam diximus, sic eidem specialiter congruunt, ut tamen per haec ex prophetico spiritu etiam sententia fidelis populi, ex voce Ecclesiae universalis, exprimatur, qui haereticorum contrarietatem tolerans, et infirmum se per humilitatem conspicit, et tamen a servandae dilectionis magnitudine non recedit. Sanctae quippe Ecclesiae populus, quia mortui patris est filius, pupillus non incongrue dicitur; cujus resurgentis vitam jam quidem per fidem sequitur, sed necdum per speciem contemplatur. Super pupillum vero haeretici irruunt, cum humilitatem fidelis populi importunis falsisque allegationibus affligunt. Et tamen amicus est quem nituntur evertere, quia fidelis Dei populus ipsos quoque quos persequentes tolerat amando non desinit ad veritatem vocare. Sed inter haec sciendum est quia sancti viri nec sustinere falsa per infirmitatem metuunt, nec laesi unquam a veritate conticescunt. Unde subditur:

CAPUT II.

VERS. 28.---Verumtamen quod coepistis explete; praebete aurem et videte an mentiar.

LIBRO OCTAVO.

Explica la última parte del capítulo sexto, desde el versículo 27, y con el séptimo todo el octavo. Además, en esta explicación desde el versículo 11 del capítulo octavo hasta el final, diserta copiosamente sobre el vicio de la hipocresía.

CAPÍTULO I.

1. Humildad y amor de Job hacia los perseguidores. Con lo cual se adumbra la caridad de la Iglesia hacia los herejes. En el libro precedente ya tratamos que el bienaventurado Job nos da a conocer la fuerza de su humildad, diciendo:

CAP. VI, VERS. 27.---Irrumpís sobre el pupilo (pupillum), e intentáis subvertir a vuestro amigo.

Pues insinúa en cuánta flaqueza se considera aquel a quien llama pupilo (pupillum); pero porque la caridad herida no sabe apartarse del amor, tanto se queja de querer ser subvertido, como sin embargo testifica que es un amigo. Cuyas palabras, como ya dijimos a menudo, de tal modo le convienen a él especialmente, que sin embargo a través de ellas, por el espíritu profético, se expresa también la sentencia del pueblo fiel, por la voz de la Iglesia universal, la cual, tolerando la contrariedad de los herejes, tanto se contempla a sí misma como débil por la humildad, como sin embargo no se aparta de la magnitud del amor que ha de conservarse. Pues el pueblo de la santa Iglesia, porque es el hijo de un padre muerto, no incongruentemente es llamado pupilo (pupillum); cuya vida de resucitado ya sigue ciertamente por la fe, pero todavía no contempla por la visión (speciem). Pero los herejes irrumpen sobre el pupilo (pupillum), cuando afligen la humildad del pueblo fiel con importunas y falsas alegaciones. Y sin embargo es amigo aquel a quien intentan derribar, porque el pueblo fiel de Dios no cesa amando de llamar a la verdad incluso a aquellos mismos a quienes tolera persiguiéndolo. Pero entre estas cosas debe saberse que los varones santos ni temen por flaqueza sostener cosas falsas, ni heridos callan jamás de la verdad. Por lo cual se añade:

CAPÍTULO II.

VERS. 28.---Sin embargo, lo que empezasteis, cumplidlo; prestad oído y ved si miento.

2. Charitati verae contra adversarios adesse debent patientia et benignitas.---Quia enim adversa perpeti non timet, dicat: Verumtamen quod coepistis, explete. Quia vero ipsis suis persecutoribus veritatis praedicamenta non subtrahit, adjungat: Praebete aurem, et videte an mentiar. Ac si aperte diceret: Nec ante illatas molestias trepido, nec ingratis auditoribus correptionis adjutoria abscondo, quia et malis pressus exerceor, et ipsis meis persecutoribus benigne impensus cresco. Mens quippe sanctorum in hoc tentationum praelio et munita patientiae clypeo, et gladiis amoris accincta, ad perferenda mala sumit fortitudinem, et ad rependenda bona exerit benignitatem, quatenus et odiorum tela potenter excipiat, et amoris jacula valenter reddat. Nequaquam quippe ad bella armatus pergit qui aut clypeum sumens, gladiis non utitur, aut utens gladiis clypeo non munitur. Unde et miles Dei, adversitatis bello deprehensus, et scutum patientiae debet anteferre, ne pereat; et ad praedicandum promptus amoris inferre jacula, ut vincat. Cujus armaturae summam Paulus breviter insinuat, dicens: Charitas patiens est, benigna est (I Cor. XIII, 4). Cum vero unum ex utroque defuerit, charitas non est, si, videlicet, malos aut absque benignitate tolerans, non amat, aut rursum, sese sine patientia exhibens, negligit tolerare quos amat. Ut ergo a nobis charitas vera teneatur, necesse est quatenus et benignitati patientia, et rursum patientiae benignitas suffragetur, ut magnum quoddam in corde nostro aedificium construens, et benignitatis arcem patientia solidet, et patientiae fundata aedificia benignitas exornet. Beatus igitur Job promptus ad patientiam dicat: Verumtamen quod coepistis, explete; benignitate praeditus adjungat: Praebete aurem, et videte an mentiar.

3. Ecclesia errantes studet rationibus revocare.---Quia vero sancta Ecclesia ex magisterio humilitatis instituta, recta quae errantibus dicit, non quasi ex auctoritate praecipit, sed ex ratione persuadet, bene nunc dicitur: Videte, an mentiar. Ac si aperte dicat: Ea quae assero nequaquam mihi ex auctoritate credite, sed an vera sint ex ratione pensate. Quae et si quando dicit quod ratione comprehendi non valet, ne de occultis humana ratio quaeri debeat, rationabiliter suadet. Sed saepe haeretici, dum occasionem ratiocinationis accipiunt, ad jurgia contentionis effrenantur. Unde et apte mox subditur:

CAPUT III.

VERS. 29.---243 Respondete, quaeso, absque contentione.

2. A la caridad verdadera contra los adversarios deben asistirle la paciencia y la benignidad. Pues porque no teme padecer cosas adversas, diga: Sin embargo, lo que empezasteis, cumplidlo. Pero porque no sustrae a sus mismos perseguidores los predicamentos de la verdad, añada: Prestad oído, y ved si miento. Como si dijera abiertamente: Ni tiemblo ante las molestias inferidas, ni escondo a los oyentes ingratos los auxilios de la corrección, porque tanto presionado por los males soy ejercitado, como benignamente entregado a mis mismos perseguidores crezco. Pues la mente de los santos en este campo de batalla de las tentaciones, tanto está protegida por el escudo (clypeo) de la paciencia como ceñida con las espadas del amor; toma fortaleza para soportar los males, y ejerce la benignidad para devolver bienes, a fin de que tanto reciba poderosamente los dardos de los odios, como devuelva valientemente los dardos del amor. De ningún modo ciertamente va armado a las guerras el que, o tomando el escudo no usa las espadas, o usando las espadas no se protege con el escudo. Por lo cual también el soldado de Dios, sorprendido en la guerra de la adversidad, tanto debe anteponer el escudo de la paciencia para no perecer, como estar pronto para inferir los dardos del amor para predicar y vencer. De cuya armadura Pablo insinúa brevemente la suma, diciendo: La caridad es paciente, es benigna (1 Cor. 13, 4). Pero cuando falta uno de los dos, no es caridad, si, a saber, o tolerando a los malos sin benignidad no ama, o a su vez, mostrándose sin paciencia, descuida tolerar a quienes ama. Para que, pues, la caridad verdadera sea mantenida por nosotros, es necesario que tanto la paciencia sufrague a la benignidad, como a su vez la benignidad a la paciencia; para que, construyendo un cierto gran edificio en nuestro corazón, tanto solidifique la paciencia la alcázar de la benignidad, como adorne la benignidad los edificios fundados en la paciencia. Diga, pues, el bienaventurado Job, pronto para la paciencia: Sin embargo, lo que empezasteis, cumplidlo; dotado de benignidad, añada: Prestad oído, y ved si miento.

3. La Iglesia se esfuerza en revocar a los errantes mediante razones. Pero porque la santa Iglesia, instituida desde el magisterio de la humildad, las cosas rectas que dice a los errantes no las manda como por autoridad, sino que las persuade por la razón, bien se dice ahora: Ved si miento. Como si dijera abiertamente: De ningún modo me creáis por autoridad las cosas que afirmo, sino pesad por la razón si son verdaderas. La cual, incluso si dice alguna vez lo que no puede ser comprendido por la razón, persuade razonablemente que no debe buscarse la razón humana sobre las cosas ocultas. Pero a menudo los herejes, mientras reciben la ocasión del raciocinio, se desbocan hacia los litigios de la contienda. Por lo cual también aptamente se añade pronto:

CAPÍTULO III.

VERS. 29.---Responded, os ruego, sin contención.

4. Haeretici rixas, not rationes exquirunt.---Neque enim haeretici inquisitionibus suis veritatem conantur assequi, sed victores videri. Cumque foris ostendi sapientes appetunt, intus per stultitiam elationis suae vinculis ligantur. Unde fit ut contentionum certamina exquirunt, et de Deo, qui pax nostra est, loqui pacfice nesciant, atque ex pacis negotio rixae inventores fiant. Quibus bene per Paulum dicitur: Si quis autem videtur esse contentiosus, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei (I Cor. XI, 16). Recte autem subditur:

CAPUT IV.

IBID.---Et loquentes id quod justum est, judicate.

5. Nil inconsulte loquendum.---Is namque qui loquitur, dum de verbis suis auditoris sententiam exspectat, quasi ejus judicio supponitur a quo auditur. Qui igitur in dictis suis reprobari metuit, ipse prius debet examinare quod dicit, quatenus inter cor et linguam aequus quidam discretusque arbiter sedeat, subtiliter pensans, si recta verba cor offerat, quae, utiliter suscipiens, ad auditorum judicium lingua perducat. Beatus igitur Job sua contra amicos agens, sed contra haereticos nostra denuntians, praecipitationem loquentium reprehendat, atque ad eorum mentem verba colligat, dicens: Loquentes id quod justum est, judicate. Ac si aperte diceret: Si in eo quod ad nos egressum locutionis exitis, reprehendi non vultis, intus justitiae libram tenete, ut tanto foris quod dicitur ex veritatis pondere placeat, quanto hoc interius trutina discretionis pensat. Et quia hi erga aliena dicta rectum judicium exerunt, qui judicare prius propria sciunt, postquam dixit, Loquentes id quod justum est, judicate, apte mox subdit:

CAPUT V.

VERS. 30.---Et non invenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit.

6. Dictorum suorum censor rectius judicat de alienis. Prius falsa refellenda, quam vera doceantur. Ac si aperte diceret: Si subtilius vestra perpenditis, verius aliena pensatis, et cum rectum coeperit esse quod dicitis, justum cognoscetis quod auditis. Nequaquam quippe mea vobis lingua stultitiam resonat, si a vestra conscientia non procedat. Sic sancta Ecclesia studet prius assertiones hostium falsas ostendere, et tunc praedicamenta veritatis aperire, quia cum recta se tenere aestimant, recta quae audiunt contumaciter impugnant.

4. Los herejes buscan riñas, no razones. Pues los herejes no intentan alcanzar la verdad con sus inquisiciones, sino parecer vencedores. Y mientras desean ser mostrados sabios por fuera, son ligados por dentro por los vínculos de su elación a través de la estulticia. De donde resulta que buscan los certámenes de las contiendas, y no saben hablar pacíficamente de Dios, que es nuestra paz, y del negocio de la paz se hacen inventores de riña. A quienes bien se dice por Pablo: Pero si alguno parece ser contencioso, nosotros no tenemos tal costumbre, ni la Iglesia de Dios (1 Cor. 11, 16). Pero rectamente se añade:

CAPÍTULO IV.

IBID.---Y hablando lo que es justo, juzgad.

5. Nada ha de decirse inconsideradamente. Pues aquel que habla, mientras espera la sentencia del oyente sobre sus palabras, está como sometido al juicio de aquel por quien es oído. Aquel, pues, que teme ser reprobado en sus dichos, él mismo debe primero examinar lo que dice, a fin de que entre el corazón y la lengua se siente un cierto árbitro justo y discreto, pesando sutilmente si el corazón ofrece palabras rectas, las cuales la lengua, recibiéndolas útilmente, conduzca al juicio de los oyentes. El bienaventurado Job, pues, tratando lo suyo contra sus amigos, pero denunciando lo nuestro contra los herejes, reprenda la precipitación de los que hablan, y recoja las palabras para su mente, diciendo: Y hablando lo que es justo, juzgad. Como si dijera abiertamente: Si en aquello en que salís al egreso de la locución no queréis ser reprendidos, tened dentro la balanza de la justicia, para que tanto plazca fuera lo que se dice por el peso de la verdad, cuanto esto pesa dentro la balanza de la discreción. Y porque éstos ejercen un juicio recto hacia los dichos ajenos, quienes saben primero juzgar los propios, después de que dijo: Hablando lo que es justo, juzgad, aptamente añade pronto:

CAPÍTULO V.

VERS. 30.---Y no hallaréis en mi lengua iniquidad, ni en mis fauces resonará la necedad.

6. El censor de sus propios dichos juzga más rectamente los ajenos. Primero han de refutarse las falsedades, antes de que se enseñen las verdades. Como si dijera abiertamente: Si pesáis más sutilmente lo vuestro, ponderaréis con más verdad lo ajeno, y cuando lo que decís empiece a ser recto, conoceréis como justo lo que oís. Pues de ningún modo mi lengua os resuena necedad, si no procede de vuestra conciencia. Así la santa Iglesia se esmera primero en mostrar falsas las aserciones de los enemigos, y entonces abrir los predicamentos de la verdad, porque cuando estiman que ellos mantienen lo recto, impugnan contumazmente las cosas rectas que oyen.

Ante ergo necesse est ut errorem suum haeretici sentiant, ne auditae veritati contradicant, quia et camporum sentes si arator vomeris scissione non eruit, terra accepta semina in segetem non producit; et cum putredinem medicus vulneris apertione non ejicit, nequaquam in loco putredinis sana caro coalescit. Prius ergo perversa destruens, dicat: Loquentes id quod justum est judicate; post autem recta insinuans, adjungat: Et non invenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit. Solent autem haeretici alia aperte dicere, alia in occultis tenere. Per linguam quippe aperta locutio, per fauces vero occulta tractatio designatur.

7. Ecclesia non alia aperte profert, alia celat, haereticorum more. Sanctae ergo Ecclesiae nec in lingua iniquitas, nec stultitia in faucibus resonat, quia ea quae per publicam locutionem praedicat, etiam per intimam fidem servat; nec in aperto aliud docet, atque in occultis aliud retinet, sed et quod sentit loquendo ejicit, et quod loquitur vivendo custodit; ac de sapientiae supernae convivio quidquid per linguam praedicationis emanat, hoc per fauces tacitae exspectationis degustat. Sed beatus Job unum scilicet membrum universalis Ecclesiae, sua insinuans, atque electorum omnium corda manifestans, omne quod sentit aperiat, ut mentis ejus rectitudinem attestatio locutionis innotescat. Sequitur:

Caput VI

[Vet. IV, Rec. III].

CAP. VII, VERS. 1.---Militia est vita hominis super terram.

8. Vita nostra, et militia et tentatio eodem sensu. Ipsa sibi tentatio est. Hoc in loco translatione veteri nequaquam militia vita hominis, sed tentatio vocatur. Sed si utriusque verbi sensus aspicitur, diversum quidem est quod exterius resonat, sed unum eumdemque concorditer intellectum format. Quid enim nisi pugna contra malignos spiritus, nomine tentationis exprimitur? Et quid appellatione militiae, nisi contra hostes exercitium designatur? Tentatio itaque ipsa militia est, quia dum contra malignorum spirituum insidias vigilat, in bellorum procinctu procul dubio exsudat.

Antes, pues, es necesario que los herejes sientan su error, para que no contradigan la verdad oída, porque también si el arador no arranca las zarzas de los campos con la incisión de la reja, la tierra no produce en mies las semillas recibidas; y cuando el médico no expulsa la podredumbre con la apertura de la herida, de ningún modo en el lugar de la podredumbre se une la carne sana. Primero, pues, destruyendo lo perverso, diga: Hablando lo que es justo, juzgad; pero después insinuando lo recto, añada: Y no hallaréis en mi lengua iniquidad, ni en mis fauces resonará la necedad. Suelen, pues, los herejes decir unas cosas abiertamente, y tener otras en oculto. Por la lengua, ciertamente, se designa la locución abierta, pero por las fauces el tratado oculto.

7. La Iglesia no profiere unas cosas abiertamente y oculta otras, al modo de los herejes. En la santa Iglesia, pues, ni en la lengua resuena la iniquidad, ni en las fauces la necedad, porque aquellas cosas que predica por la locución pública, también las guarda por la fe íntima; ni en lo abierto enseña una cosa, y en lo oculto retiene otra, sino que lo que siente lo expulsa hablando, y lo que habla lo custodia viviendo; y del convite de la sabiduría suprema, lo que emana por la lengua de la predicación, eso lo degusta por las fauces de la tácita expectación. Pero el bienaventurado Job, un miembro ciertamente de la Iglesia universal, insinuando lo suyo, y manifestando los corazones de todos los elegidos, abra todo lo que siente, para que la atestación de la locución dé a conocer la rectitud de su mente. Sigue:

Capítulo VI

[Vet. IV, Rec. III].

CAP. VII, VERS. 1.---Milicia es la vida del hombre sobre la tierra.

8. Nuestra vida es a la vez milicia y tentación en el mismo sentido. Ella misma es tentación para sí. En este lugar, en la traslación antigua, de ningún modo se llama milicia a la vida del hombre, sino tentación. Pero si se mira el sentido de ambas palabras, es diverso ciertamente lo que resuena exteriormente, pero forma concordemente uno y el mismo entendimiento. ¿Pues qué se expresa con el nombre de tentación sino la lucha contra los espíritus malignos? ¿Y qué con la apelación de milicia sino el ejercicio contra los enemigos? La tentación, por tanto, es la milicia misma, porque mientras vigila contra las insidias de los espíritus malignos, suda sin duda en el apresto de las guerras.

Notandum vero, quod haec eadem vita hominis non tentationem habere dicitur, sed ipsa tentatio esse perhibetur. Sponte quippe a statu conditionis lapsa, et corruptionis suae putredini subdita, dum sibi ex semetipsa molestias gignit, hoc est jam facta quod tolerat. Quia enim statum mentis inclinata deseruit, quid in se nisi motum varietatis invenit? Unde nunc etsi ad summa appetenda se erigit, mutabilitatis lubricae impulsu protinus ad semetipsam cadit. Vult in contemplatione stare, sed non valet. Cogitationis gressum figere nititur, sed infirmitatis suae lapsibus enervatur. Quae nimirum mutabilitatis suae onera quia volens expetiit, nolens portat. Quietus homo possidere carnem potuit, si bene ab auctore conditus, possideri voluisset. Cumque se erigere contra conditorem studuit, in semetipso protinus carnis contumeliam invenit. Sed quia cum culpa simul ab origine etiam poena propagatur, inserto infirmitatis vitio nascimur, et quasi nobiscum hostem deducimus, quem cum labore superamus. Ipsa ergo hominis vita tentatio est, cui ex semetipsa nascitur unde perimatur. Quae etsi semper ex virtute succidit, quod ex infirmitate generat, semper tamen ex infirmitate generat, quod ex virtute succidat.

9. Quot modis tentemur; qui tentationi uni succedat altera. Sic itaque humana vita tentatio est, ut etsi jam ab iniquitatis perpetratione compescitur, in ipsis tamen bonis operibus, modo malorum memoria, modo seductionis caligine, modo intentionis suae interruptione fuscetur. Alius namque a luxuria carnem jam refrenat, sed tamen adhuc luxuriae phantasmata tolerat, quia quae volens fecit, horum invitus meminit, et poenam sustinet, quod voluptatem putavit. Quia vero ad devictam culpam retrahi metuit, ventrem mirae abstinentiae vigore restringit, vultusque ex abstinentia pallescit; cumque in facie pallor aspicitur, reverenda ab hominibus vita laudatur; moxque inanis gloria ad abstinentis animum cum verbis favoris venit, quam concussa mens dum subjicere non valet, eum per quem venerat tergere a facie pallorem quaerit; sicque fit ut, infirmitatis nexibus ligata, aut pallorem abstinentiae fugiens, iterum per alimenta subdi luxuriae metuat, aut, impulsum luxuriae per abstinentiam superans, pallorem suum inani gloriae militare pertimescat.

Pero ha de notarse que no se dice que esta misma vida del hombre tenga tentación, sino que se afirma que ella misma es tentación. Pues habiendo caído espontáneamente del estado de su condición, y sometida a la podredumbre de su corrupción, mientras se engendra a sí misma molestias de sí misma, ya se ha convertido en aquello mismo que tolera. Porque habiendo desertado inclinada del estado de la mente, ¿qué encontró en sí sino el movimiento de la variedad? De donde ahora, aunque se erija para apetecer lo sumo, por el impulso de la mutabilidad lúbrica cae inmediatamente hacia sí misma. Quiere estar en contemplación, pero no puede. Se esfuerza por fijar el paso del pensamiento, pero se enerva por los lapsos de su propia enfermedad. Cargas éstas de su mutabilidad que, porque las buscó queriendo, las porta sin querer. El hombre hubiera podido poseer la carne en quietud si, bien formado por el autor, hubiera querido ser poseído. Y cuando se afanó por erigirse contra el creador, inmediatamente encontró en sí mismo la contumelia de la carne. Pero porque junto con la culpa desde el origen también se propaga la pena, nacemos con el vicio de la enfermedad inserto, y como si lleváramos con nosotros al enemigo, al cual superamos con trabajo. La vida misma del hombre, pues, es tentación, para la cual de sí misma nace de donde perezca. La cual, aunque siempre corta por la virtud lo que genera por la enfermedad, siempre sin embargo genera por la enfermedad lo que corte por la virtud.

9. De cuántos modos somos tentados; cómo a una tentación le sucede otra. Así pues, la vida humana es tentación, de tal modo que aunque ya se vea refrenada de la perpetración de la iniquidad, sin embargo en las mismas buenas obras se ve oscurecida, ya por la memoria de los males, ya por la calina de la seducción, ya por la interrupción de su intención. Pues uno ya refrena la carne de la lujuria, pero sin embargo todavía tolera los fantasmas de la lujuria, porque de aquellas cosas que hizo queriendo, se acuerda sin querer, y sostiene como pena lo que reputó como voluptuosidad. Pero porque teme ser retraído hacia la culpa vencida, restringe el vientre con el vigor de una admirable abstinencia, y el rostro palidece por la abstinencia; y cuando se mira la palidez en la faz, la vida es alabada por los hombres como reverenda; y pronto viene la vanagloria al ánimo del que se abstiene con palabras de favor, la cual el alma sacudida, mientras no puede sujetarla, busca borrar de la faz la palidez por la que aquélla había venido; y así sucede que, ligada por los nexos de la enfermedad, o huyendo de la palidez de la abstinencia, teme de nuevo ser sometida a la lujuria por los alimentos, o, superando el impulso de la lujuria por la abstinencia, teme mucho que su palidez milite para la vanagloria.

Alius, lapsum superbiae superans, toto jam desiderio statum humilitatis apprehendit; cumque superbientes quosdam usque ad oppressionem innocentium erumpere conspicit, zeli excitatione succensus, postponere aliquatenus cogitur quod decrevit, vim rectitudinis exerit, pravisque non mansuetudine, sed auctoritate contradicit. Unde plerumque fit ut aut humilitatis studio zelum rectitudinis deserat, aut rursum zelo rectitudinis turbet humilitatis studium quod tenebat. Cumque servari simul et zeli auctoritas, et propositionis humilitas vix possit, sibimetipsi homo ex perturbatione incognitus redditur, ita ut vehementer ambigat, ne apud seductum animum aut superbia se auctoritatem zeli insinuet, aut torpor pavidus humilitatem fingat. Alius, quanta sit fallaciae culpa considerans, munire se arce veritatis decernit, ut ex ore jam falsus sermo non prodeat, seseque funditus a mendacii transgressione disjungat. Sed fit plerumque ut cum verum dicitur, vita proximi gravetur; cumque ingerere alteri laesionem metuit, ad hoc quod dudum presserat fallaciae vitium, quasi ex studio pietatis redit; sicque fit ut etsi malitia mentem non teneat, in ea tamen veritatis radium umbra mendacii obscuret. Unde et saepe quia percontatus quisque conticescere non valet, aut, falsum dicens, suam mentem trucidat, aut, vera loquens, proximi vitam gravat. Alius, amore conditoris sui excitatus, a terrenis cogitationibus mentem curat assidua oratione suspendere, atque hanc in secreta quietis intimae securitate collocare; sed in ipso suae orationis ascensu, dum clevari ab infimis nititur, infimorum phantasmate reverberatur; atque ad intuendam lucem mentis oculus tenditur, sed ex corporeo usu, surgentibus rerum terrenarum imaginibus, obscuratur. Unde fit plerumque ut intendentis animus, ipsa sua infirmitate fatigatus, aut, orationem deserens, desidia torpeat, aut, si diu in oratione permanserit, ante oculos ejus obortarum imaginum caligo densescat.

[Vet. V.] 10. Ex occasione virtutum deterius aliquando ruimus. Bene ergo dicitur: Tentatio est vita hominis super terram, quando ibi quoque reatum descensionis invenit, ubi se provectum comprehendere ascensionis putavit; et inde mens confunditur, unde surgere a confusione nitebatur, ut per hoc ad semetipsam diverberata redeat, per quod semetipsam jam collecta et coadunata transibat. Iste, ab eruditione divinae legis alienus, ignorantia sua deprimitur, ne quid obtinendae salutis operetur.

Otro, superando el lapso de la soberbia, aprehende ya con todo el deseo el estado de la humildad; y cuando ve que algunos soberbios prorrumpen hasta la opresión de los inocentes, encendido por la excitación del celo, se ve obligado a posponer en alguna medida lo que decretó, ejerce la fuerza de la rectitud, y contradice a los depravados no con mansedumbre, sino con autoridad. De donde frecuentemente sucede que, o por el estudio de la humildad deserta del celo de la rectitud, o de nuevo por el celo de la rectitud turba el estudio de la humildad que mantenía. Y como apenas puede conservarse a la vez la autoridad del celo y la humildad del propósito, el hombre se vuelve para sí mismo desconocido por la perturbación, de modo que duda vehementemente, no sea que en el ánimo seducido o la soberbia se insinúe bajo la autoridad del celo, o el torpor pávido finja la humildad. Otro, considerando cuán grande sea la culpa de la falacia, decide amurallarse en la fortaleza de la verdad, para que de su boca ya no salga sermón falso, y se disocie fundadamente de la transgresión de la mentira. Pero sucede frecuentemente que cuando se dice lo verdadero, se grava la vida del prójimo; y cuando teme inferir lesión a otro, vuelve como por estudio de piedad a aquel vicio de la falacia que hace poco había reprimido; y así sucede que aunque la malicia no posea la mente, sin embargo en ella la sombra de la mentira oscurece el rayo de la verdad. De donde a menudo, porque cada uno al ser preguntado no puede callar, o, diciendo lo falso, tritura su propia mente, o, hablando verdades, grava la vida del prójimo. Otro, excitado por el amor de su creador, procura suspender la mente de los pensamientos terrenos con la asidua oración, y colocarla en la seguridad secreta de la quietud íntima; pero en el mismo ascenso de su oración, mientras se esfuerza por elevarse de lo ínfimo, es rechazado por el fantasma de lo ínfimo; y el ojo de la mente se tiende a intur la luz, pero por el uso corpóreo se oscurece por las imágenes de las cosas terrenas que surgen. De donde sucede frecuentemente que el ánimo del que intenta, fatigado por su misma enfermedad, o, desertando de la oración, se entorpece por la desidia, o, si permaneciera largo tiempo en la oración, se espesa ante sus ojos la calina de las imágenes surgidas.

[Vet. V.] 10. Por ocasión de las virtudes caemos a veces más gravemente. Bien se dice, pues: Tentación es la vida del hombre sobre la tierra, cuando allí también encuentra el reato del descenso, donde pensó haber aprehendido el provecho de la ascensión; y de allí se confunde la mente, de donde se esforzaba por surgir de la confusión, para que por aquello vuelva azotada hacia sí misma, por lo cual ya recogida y coadunada se trascendía a sí misma. Éste, ajeno a la erudición de la ley divina, se ve deprimido por su ignorancia, para que nada opere para obtener la salvación.

Ille divinae legis scientia praeditus, dum sibi prae caeteris gaudet intellectum suppetere, quia privato gaudio exsultat, percepti intellectus in se munera dissipat; et inde in judicio caeteris deterior exhibetur, unde clarior caeteris ad tempus ostenditur. Hunc quia virtutum dona non sublevant, etiam viam simplicem rectitudinis declinat; et velut extraneum se a coelesti munere deputans, quasi eo securius prava agit, quo superni doni sublimia munera non percepit. Illum prophetiae spiritus replet, ad praescientiam sublevat, eique ventura quaeque jam praesentia ostentat. Sed dum saepe et in multis super semetipsum tollitur, ut futura veraciter contempletur, mens, in sui confidentiam deducta, eum qui haberi semper non potest semper sibi adesse prophetiae spiritum aestimat; cumque omne quod senserit prophetiam putat, quia sibi hanc et cum non habet tribuit, et in quantum habere potuit amittit. Sicque fit ut inde post aliorum merita tristis redeat, unde aestimatione omnium laetus praeibat. Tentatio est ergo vita hominis super terram, quae aut aliena a virtutibus ad coeleste praemium surgere non valet, aut ditata donis spiritalibus aliquando deterius ex occasione virtutum ruit.

[Vet. VI.] 11. Vita nostra militia, quia ut haec, crescendo decrescit ac finitur. Quia autem paulo superius hoc esse tentationem quod militiam diximus, sciendum summopere est quod quiddam nobis appellatione militiae amplius quam nomine tentationis innuitur. Hoc namque nostro intellectui expressione militiae augetur, quod nimirum per militiam ad finem quotidie tenditur; cumque per ordinem militiae locus crescit, tota simul hominum militia deficit. Militia ergo est vita hominis super terram, quia et, sicut superius diximus (Lib. VII, n. 31), unusquisque dum quotidie ad vitae terminum per temporum augmenta tendit, augendo vitam, vivere desinit. Dies quippe exspectat ut veniant; sed cum ad augmentum vitae veniunt, jam ab augmento vitae subtrahuntur, quia et itinerantis gressus dum in anteriora proficit, quod restat iter decrescit. Vita ergo nostra militia est, quae quo ad augmentum ducitur, eo ut non sit finitur. Bene igitur dicitur: Militia est vita hominis super terram, quia dum per spatia temporum crescere appetit, ab eodem spatio, quod perdendo colligit, crescendo pertransit. Unde apte quoque ipse militiae cursus exprimitur, cum protinus subinfertur:

CAPUT VII.

IBID.---Et sicut dies mercenarii dies ejus.

Aquél, dotado de la ciencia de la ley divina, mientras se goza de que le sobra el entendimiento por encima de los demás, porque exulta en un gozo privado, disipa en sí los dones del entendimiento percibido; y de ahí se muestra en el juicio peor que los demás, de donde por un tiempo se mostraba más claro que los demás. A éste, porque los dones de las virtudes no lo elevan, declina incluso de la vía simple de la rectitud; y reputándose como extraño al don celestial, tanto más seguramente hace cosas depravadas cuanto no percibió los sublimes dones del don superno. A aquél lo llena el espíritu de profecía, lo eleva a la presciencia, y le muestra como ya presentes todas las cosas venideras. Pero mientras a menudo y en muchas cosas es levantado por encima de sí mismo, para contemplar verazmente lo futuro, la mente, conducida a la confianza en sí misma, estima que el espíritu de profecía, que no puede tenerse siempre, le asiste siempre; y cuando piensa que todo lo que siente es profecía, porque se la atribuye a sí mismo incluso cuando no la tiene, pierde aquello que pudo tener. Y así sucede que de allí vuelve triste tras los méritos de los otros, de donde por la estimación de todos precedía alegre. Tentación es, pues, la vida del hombre sobre la tierra, la cual o ajena a las virtudes no puede surgir al premio celestial, o dotada de dones espirituales cae a veces más gravemente por ocasión de las virtudes.

[Vet. VI.] 11. Nuestra vida es milicia, porque al igual que ésta, creciendo decrece y se acaba. Pero porque poco antes dijimos que esto mismo es la tentación que la milicia, ha de saberse sumamente que algo más se nos insinúa con la apelación de milicia que con el nombre de tentación. Pues esto se añade a nuestro entendimiento por la expresión de milicia, que ciertamente por la milicia se tiende diariamente al fin; y cuando por el orden de la milicia crece el lugar, toda la milicia de los hombres desfallece a la vez. Milicia, pues, es la vida del hombre sobre la tierra, porque también, como arriba dijimos (Lib. VII, n. 31), cada uno mientras diariamente tiende al término de la vida por los aumentos de los tiempos, aumentando la vida, deja de vivir. Esperaba ciertamente que vinieran los días; pero cuando vienen para el aumento de la vida, ya se sustraen del aumento de la vida, porque también el paso del que camina mientras progresa hacia adelante, decrece el camino que resta. Nuestra vida, pues, es milicia, la cual por lo mismo que es conducida al aumento, por eso se acaba para no ser. Bien se dice, por tanto: Milicia es la vida del hombre sobre la tierra, porque mientras apetece crecer por los espacios de los tiempos, por ese mismo espacio, que recoge perdiendo, transita creciendo. De donde aptamente también se expresa el curso mismo de la milicia, cuando se añade a continuación:

CAPÍTULO VII.

IBID.---Y como los días de un mercenario son sus días.

12. Electus, mercenarii instar, dies suos cito evolvi optat. In alieno laborat. Curat ne ullus dies vacuus labatur ab opere. Dies suos mercenarius evolvi citius exoptat, ut ad laboris sui praemium sine tarditate perveniat. Dies itaque hominis vera et aeterna sapientis recte mercenarii diebus comparantur, quia praesentem vitam, viam non patriam, militiam non palmam deputat; et eo se abesse longius a praemio conspicit, quo tardius ad finem venit. Considerandum quoque est quod mercenarius in alienis laboribus exsudat, sed tamen sibi praemium proprium praeparat. Voce autem Redemptoris nostri dicitur: Regnum meum non est de hoc mundo (Joan. XVIII, 36). Omnes ergo qui, spe coelestium praediti, exercitio vitae praesentis atterimur, in alieno laboramus. Nam saepe et reprobis servire cogimur, mundo quae mundi sunt reddere coarctamur; et alieno quidem labore fatigamur, sed tamen praemia nostra percipimus; et per hoc pervenimus ad propria, quod pure ministramus aliena. Quo contra quibusdam Veritas dicit: Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis (Luc. XVI, 12)? Sciendum quoque est quod mercenarius sollicite curat inspicere ne unquam dies vacuus labatur ab opere, et exspectatus finis temporis ne inanis veniat ad remunerationem. In laboris namque studio conspicit quid percipere in tempore remunerationis possit. Nam cum opus crescit, praemii fiducia proficit; cum vero opus torpuerit, spes a remuneratione lassescit. Unde et electus quisque vitam suam quasi mercenarii dies pensans, tanto fidentius spe tendit ad praemium, quanto nunc robustius perdurat ad laboris incrementum; qui sit decursus praesentis temporis pensat, dies cum operibus numerat, ne a labore vacua transeant vitae momenta formidat; adversis gaudet, passione reficitur, moerore refovetur, quia subsequentis vitae praemiis tanto se remunerari largius conspicit, quanto pro amore illius quotidianis se mortibus verius impendit. Hinc namque est quod cives supernae patriae conditori ejus Psalmistae vocibus dicunt: Propter te morte afficimur tota die (Psal. XLIII, 22). Hinc Paulus ait: Quotidie morior propter vestram gloriam, fratres (I Cor. XVI, 31). Hinc iterum dicit: Ob quam causam haec patior, sed non confundor; scio enim cui credidi, et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem (II Tim. I, 12). Sancti igitur viri quot labores nunc veritati commendantes exhibent, tot jam remunerationis suae pignora intra spei cubiculum clausa tenent. Sed gravis nunc sentitur aestus in opere, ut quandoque refrigerium percipiatur ex quiete. Unde et apte mox subditur:

Caput VIII

[Rec. IV.].

12. El elegido, a semejanza del mercenario, desea que sus días se pasen pronto. Trabaja en lo ajeno. Cuida que ningún día pase vacío de obra. El mercenario desea que sus días se pasen más pronto, para llegar sin tardanza al premio de su trabajo. Los días del hombre que es sabio con la sabiduría verdadera y eterna rectamente se comparan a los días del mercenario, porque considera la vida presente como camino y no como patria, como milicia y no como palma; y se ve tanto más lejos del premio, cuanto más tarde llega al fin. Ha de considerarse también que el mercenario suda en trabajos ajenos, pero sin embargo prepara para sí el premio propio. Por la voz de nuestro Redentor se dice: Mi reino no es de este mundo (Jn. 18, 36). Todos nosotros, pues, que, dotados de la esperanza de lo celestial, somos desgastados por el ejercicio de la vida presente, trabajamos en lo ajeno. Pues a menudo nos vemos obligados a servir incluso a los réprobos, somos compelidos a dar al mundo lo que es del mundo; y ciertamente nos fatigamos con trabajo ajeno, pero sin embargo percibimos nuestros premios; y por esto llegamos a lo propio, porque administramos puramente lo ajeno. Por el contrario, a algunos dice la Verdad: Si en lo ajeno no fuisteis fieles, ¿quién os dará lo que es vuestro? (Lc. 16, 12). Ha de saberse también que el mercenario cuida solícitamente de inspeccionar que nunca pase un día vacío de obra, y que el esperado fin del tiempo no llegue inútil para la remuneración. Pues en el estudio del trabajo ve lo que puede percibir en el tiempo de la remuneración. Porque cuando la obra crece, progresa la confianza del premio; pero cuando la obra se entorpece, la esperanza de la remuneración languidece. De donde cada elegido, ponderando su vida casi como los días de un mercenario, tanto más fidentemente tiende por la esperanza al premio, cuanto ahora más robustamente perdura en el incremento del trabajo; pondera cuál sea el decurso del tiempo presente, cuenta los días con las obras, teme que pasen vacíos de trabajo los momentos de la vida; se goza en las adversidades, se rehace en la pasión, se reconforta en el dolor, porque se ve remunerado tanto más largamente con los premios de la vida subsiguiente, cuanto por amor de Él más verdaderamente se entrega a muertes cotidianas. De aquí es que los ciudadanos de la patria superna dicen a su creador con las voces del Salmista: Por ti somos entregados a la muerte todo el día (Sal. 43, 22). De aquí dice Pablo: Cada día muero por vuestra gloria, hermanos (1 Cor. 15, 31). De aquí dice otra vez: Por cuya causa padezco estas cosas, pero no me avergüenzo; pues sé a quién he creído, y estoy cierto de que es poderoso para guardar mi depósito para aquel día (2 Tim. 1, 12). Los varones santos, por tanto, cuantos trabajos exhiben ahora encomendándolos a la verdad, otras tantas prendas de su remuneración tienen ya cerradas dentro de la alcoba de la esperanza. Pero ahora se siente un grave calor en la obra, para que en algún momento se perciba el refrigerio de la quietud. De donde también aptamente se añade pronto:

Capítulo VIII

[Rec. IV.].

VERS. 2, 3.---Sicut servus desiderat umbram, et sicut mercenarius praestolatur finem operis sui, sic et ego habui menses vacuos, et noctes laboriosas enumeravi mihi.

13. Requiem aeternam desiderat. Servus est, non liber, quoad corruptioni subjacet. Umbram quippe servo desiderare est post tentationis aestum, sudoremque operis, aeterni refrigerii requiem quaerere. Hanc namque umbram servus ille desideraverat qui dicebat: Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam, et parebo ante faciem Dei (Psal. XLI, 3)? Et rursum: Heu me! quod incolatus meus prolongatus est (Psal. CXIX, 5). Qui quasi a labore acri aestum fugiens, atque ad obtinendam requiem refrigerii tegmen quaerens, iterum dicit: Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei (Psal. XLI, 5). Hanc umbram comprehendere Paulus anhelabat, desiderium habens dissolvi, et cum Christo esse (Philip. I, 23). Ad hanc umbram ex desiderii jam perfectione pervenerant qui dicebant: Nos qui portavimus pondus diei et aestus (Matth. XX, 12). Bene autem qui desiderare umbram dicitur, servus vocatur, quia electus quisque quousque infirmitatis conditione constringitur, sub dominantis corruptionis jugo, quasi sub aestus anxietate retinetur. Qui nimirum cum corruptione exutus fuerit, tunc sibimetipsi liber et tranquillus innotescit. Unde et recte etiam per Paulum dicitur: Ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriae filiorum Dei (Rom. VIII, 21). Electos enim nunc poena corruptionis aggravat, sed tunc incorruptionis gloria exaltat; et quantum ad praesentis necessitatis pondera nunc in Dei filiis de libertate nihil ostenditur, tantum vero ad subsequentis libertatis gloriam, tunc in Dei famulis de servitute nihil apparebit. Creatura ergo, servitute corruptionis exuta, et dignitate libertatis accepta, in filiorum Dei gloriam vertitur, quia, unita Deo per spiritum, quasi hoc ipsum quod creatura est transisse ac subegisse declaratur. Sed qui adhuc umbram desiderat servus est, quia quousque aestum tentationum tolerat, jugum miserae conditionis portat. Ubi apte subditur: Et sicut mercenarius praestolatur finem operis sui.

[Rec. V.] 14. Electorum labor intuitu mercedis levatur. Mercenarius etenim cum facienda opera conspicit, mentem protinus ex longinquitate et pondere laboris addicit; cum vero lassescentem animum ad considerandum operis praemium revocat, vigorem mox animi ad exercitium laboris reformat, et quod grave perpendit ex opere, leve existimat ex remuneratione.

VERS. 2, 3.---Como el siervo desea la sombra, y como el mercenario espera el fin de su obra, así también yo tuve meses vacíos, y noches laboriosas me conté.

13. Desea el descanso eterno. Es siervo, no libre, en cuanto está sujeto a la corrupción. Desear la sombra para el siervo es, ciertamente, buscar el descanso del refrigerio eterno después del calor de la tentación y el sudor de la obra. Pues esta sombra había deseado aquel siervo que decía: Mi alma tuvo sed del Dios vivo; ¿cuándo vendré y apareceré ante la faz de Dios? (Sal. 41, 3). Y de nuevo: ¡Ay de mí, que mi morada se ha prolongado! (Sal. 119, 5). El cual, como huyendo del calor de un trabajo acre, y buscando el tegumento del refrigerio para obtener el descanso, dice otra vez: Entraré en el lugar del tabernáculo admirable, hasta la casa de Dios (Sal. 41, 5). Esta sombra anhelaba aprehender Pablo, teniendo deseo de ser disuelto y estar con Cristo (Flp. 1, 23). A esta sombra habían llegado por la perfección del deseo aquellos que decían: Nosotros que hemos llevado el peso del día y del calor (Mt. 20, 12). Bien se llama siervo al que se dice que desea la sombra, porque cada elegido, mientras se ve constreñido por la condición de la enfermedad, se mantiene bajo el yugo de la corrupción dominante, como bajo la ansiedad del calor. El cual, sin duda, cuando haya sido despojado de la corrupción, entonces se dará a conocer a sí mismo libre y tranquilo. De donde también rectamente se dice por Pablo: La misma criatura será liberada de la servidumbre de la corrupción, para la libertad de la gloria de los hijos de Dios (Rom. 8, 21). Pues ahora la pena de la corrupción agrava a los elegidos, pero entonces la gloria de la incorrupción los exalta; y cuanto respecto a los pesos de la necesidad presente nada se muestra ahora de libertad en los hijos de Dios, tanto respecto a la gloria de la libertad subsiguiente nada aparecerá entonces de servidumbre en los siervos de Dios. La criatura, pues, despojada de la servidumbre de la corrupción y aceptada la dignidad de la libertad, se convierte en la gloria de los hijos de Dios, porque, unida a Dios por el espíritu, se declara haber transitado y sometido aquello mismo que es criatura. Pero el que todavía desea la sombra es siervo, porque mientras tolera el calor de las tentaciones, porta el yugo de la mísera condición. Donde aptamente se añade: Y como el mercenario espera el fin de su obra.

[Rec. V.] 14. El trabajo de los elegidos se alivia por la consideración del premio. Pues el mercenario, cuando ve las obras que ha de hacer, abate inmediatamente su mente por la largura y el peso del trabajo; pero cuando revoca el ánimo languideciente a la consideración del premio de la obra, reforma pronto el vigor del ánimo para el ejercicio del trabajo, y lo que ponderó como grave por la obra, lo estima leve por la remuneración.

Sic sic electi quique cum mundi hujus adversa patiuntur, cum honestatis contumelias, rerum damna, cruciatus corporis tolerant, esse gravia quibus exercentur pensant, sed cum mentis oculos ad aeternae patriae considerationem tendunt, ex comparatione praemii, quam sit leve quod patiuntur inveniunt. Quod enim valde esse importabile ex dolore ostenditur, consideratione provida ex remuneratione levigatur. Hinc est quod Paulus semper se ipso robustior contra adversa erigitur, quia nimirum finem sui operis sicut mercenarius praestolatur. Grave namque quod sustinet aestimat, sed leve hoc per praemii considerationem pensat. Ipse quippe quam sit grave quod patitur indicat (II Cor. XI, 23), qui in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter se fuisse testatur; qui a Judaeis quinquies quadragenas una minus accepit, qui ter virgis caesus, semel lapidatus est, ter naufragium passus, nocte et die in profundo maris fuit; qui pericula fluminum, latronum, ex genere, ex gentibus, in civitate, in solitudine, in mari, in falsis fratribus pertulit; qui in labore et aerumna, in jejuniis multis, in fame et siti, in frigore et nuditate laboravit; qui foris pugnas, intus timores sustinuit; qui ultra vires gravatum se asserit, dicens: Supra modum gravati sumus, supra virtutem, ita ut taederet nos etiam vivere (II Cor. I, 8). Sed quomodo remunerationis linteo sudores tanti laboris tergat, ipse denuntiat, dicens: Non sunt condignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis (Rom. VIII, 18). Finem itaque operis quasi mercenarius praestolatur qui, dum provectum remunerationis considerat, vile existimat quod pene deficiens laborat. Apte autem subditur: Si et ego habui menses vacuos, et noctes laboriosas enumeravi mihi.

15. Electis sunt menses vacui, et noctes laboriosae, patientibus inopiam et adversa, ac praemium necdum tenentibus. Electi quippe conditori rerum serviunt, et saepe rerum inopia coangustantur; per amorem Deo inhaerent, et tamen vitae praesentis subsidiis egent. Qui igitur per actiones suas praesentia non quaerunt, a mundi compendiis menses vacuos ducunt. Noctes quoque laboriosas tolerant, quia adversitatum tenebras non solum usque ad inopiam, sed saepe usque ad corporis cruciatum portant.

Así, así todos los elegidos, cuando padecen las adversidades de este mundo, cuando toleran las contumelias de la honestidad, los daños de las cosas, los suplicios del cuerpo, consideran que son graves las cosas con que son ejercitados, pero cuando tienden los ojos de la mente a la consideración de la patria eterna, encuentran, por la comparación del premio, cuán leve es lo que padecen. Pues lo que por el dolor se muestra como muy insoportable, por la consideración provida se aligera por la remuneración. De aquí es que Pablo se erige siempre más robusto que sí mismo contra las adversidades, porque sin duda espera el fin de su obra como un mercenario. Pues estima como grave lo que sostiene, pero pondera esto como leve por la consideración del premio. Él mismo, ciertamente, indica cuán grave es lo que padece (2 Cor. 11, 23), quien atestigua haber estado en cárceles más abundantemente, en azotes sobremanera, en muertes frecuentemente; quien de los judíos recibió cinco veces cuarenta azotes menos uno, quien tres veces fue azotado con varas, una vez apedreado, tres veces padeció naufragio, noche y día estuvo en lo profundo del mar; quien sufrió peligros de ríos, de ladrones, de su linaje, de las gentes, en la ciudad, en la soledad, en el mar, entre falsos hermanos; quien trabajó en labor y miseria, en muchos ayunos, en hambre y sed, en frío y desnudez; quien sostuvo fuera combates, dentro temores; quien se afirma gravado sobre sus fuerzas, diciendo: Fuimos gravados sobremanera, sobre nuestra virtud, de tal modo que nos cansamos incluso de vivir (2 Cor. 1, 8). Pero cómo limpie los sudores de tanto trabajo con el lienzo de la remuneración, él mismo lo denuncia diciendo: No son condignas las pasiones de este tiempo para la gloria futura que se revelará en nosotros (Rom. 8, 18). Espera, pues, el fin de la obra casi como un mercenario quien, mientras considera el provecho de la remuneración, estima como vil aquello en que trabaja casi desfalleciendo. Y aptamente se añade: Si también yo tuve meses vacíos, y noches laboriosas me conté.

15. Para los elegidos hay meses vacíos y noches laboriosas, al padecer penuria y adversidades, y no poseer todavía el premio. Pues los elegidos sirven al creador de las cosas, y a menudo se ven angustiados por la penuria de las cosas; por amor se adhieren a Dios, y sin embargo carecen de los subsidios de la vida presente. Los que, por tanto, por sus acciones no buscan las cosas presentes, pasan meses vacíos de los lucros del mundo. Toleran también noches laboriosas, porque portan las tinieblas de las adversidades no sólo hasta la penuria, sino a menudo hasta el suplicio del cuerpo.

Despectum namque egestatemque perpeti laboriosum bonis mentibus non est; sed cum usque ad afflictionem carnis adversitas vertitur, labor procul dubio ex dolore sentitur. [Vet. VIII] Potest etiam non inconvenienter intelligi quod sanctus quisque menses vacuos sicut mercenarius ducit, quia laborem jam sustinet, sed praemium necdum tenet; hoc tolerat, illud exspectat. Noctes vero laboriosas enumerat, quia adversitates sibi praesentis temporis sese in virtutibus exercendo coacervat. Nam si proficere in mente non appetit, minus fortasse aspera quae mundi sunt sentit.

16. Ecclesia in membris infirmis menses vacuos, in fortibus noctes laboriosas habet. Labor pro saeculo inanis ex fine dignoscitur. Quae tamen sententia si ad vocem sanctae Ecclesiae ducitur, intellectus eius paulo subtilius indagatur. Ipsa quippe vacuos menses habet, quae in infirmis suis membris terrenas actiones absque vitae praemio defluentes sustinet. Ipsa noctes laboriosas enumerat, quae in membris fortibus multiplices tribulationes portat. In hac etenim vita quaedam laboriosa sunt, quaedam vacua, quaedam vero vacua simul et laboriosa. Amore quippe conditoris praesentis vitae tribulationibus exerceri laboriosum quidem est, sed vacuum non est. Amore autem saeculi voluptatibus solvi vacuum quidem est, sed non laboriosum. Amore vero ejusdem saeculi adversa aliqua perpeti et vacuum simul est et laboriosum, quia et ex adversitate mens afficitur, et remunerationis praemio non repletur. In his itaque sancta Ecclesia qui in ea jam positi adhuc voluptatibus defluunt, et proinde fructu boni operis non ditantur, menses vacuos ducit, quia vitae tempora sine retributionis munere expendit. In vero qui, aeternis desideriis dediti mundi hujus adversa patiuntur, laboriosas noctes enumerat, quia tribulationum tenebras quasi in caligine vitae praesentis portat. In his autem qui et transeuntem mundum diligunt, et tamen ejus contrarietate fatigantur, simul menses vacuos et noctes laboriosas tolerat, quia eorum vitam et retributio subsequens nulla remunerat, et praesens tribulatio angustat. Recte autem nequaquam dies, sed in eis menses vacuos habere se perhibet. Mensium quippe nomine dierum collectio et summa signatur. Per diem ergo unaquaeque actio exprimitur, per menses autem actionum finis innuitur. Et saepe cum in hoc mundo aliquid agimus, intenta spei alacritate suspensi, hoc ipsum quod agimus vacuum non putamus; sed postquam ad actionum terminum pervenimus, non obtinentes quae appetimus, laborasse nos in vacuum dolemus. Non solum igitur dies, sed et menses vacuos ducimus, cum nos in terrenis actionibus sine fructu laborasse, non ex actionum principio, sed fine pensamus. Cum enim labores nostros adversitas sequitur, quasi vitae nostrae vacui menses arguuntur, quia ex completione actionum agnoscitur quam frustra in actionibus sudabatur.

Pues padecer el desprecio y la indigencia no es laborioso para las buenas mentes; pero cuando la adversidad se vuelve hasta la aflicción de la carne, el trabajo se siente sin duda por el dolor. [Vet. VIII] Puede también entenderse no inconvenientemente que cada santo pasa meses vacíos como el mercenario, porque ya sostiene el trabajo, pero todavía no tiene el premio; tolera esto, espera aquél. Y cuenta noches laboriosas, porque se acumula las adversidades del tiempo presente ejercitándose en las virtudes. Pues si no apeteciera progresar en la mente, quizás sentiría menos ásperas las cosas que son del mundo.

16. La Iglesia tiene meses vacíos en los miembros débiles, y noches laboriosas en los fuertes. El trabajo por el siglo se reconoce como inútil por el fin. Sentencia ésta que, si se lleva a la voz de la santa Iglesia, se indaga su entendimiento un poco más sutilmente. Pues ella misma tiene meses vacíos, la cual sostiene en sus miembros débiles las acciones terrenas que fluyen sin el premio de la vida. Ella misma cuenta noches laboriosas, la cual porta en sus miembros fuertes múltiples tribulaciones. Pues en esta vida unas cosas son laboriosas, otras vacías, y otras ciertamente vacías y laboriosas a la vez. Por amor del creador, ejercitarse en las tribulaciones de la vida presente es ciertamente laborioso, pero no vacío. Pero por amor del siglo, disolverse en las voluptuosidades es ciertamente vacío, pero no laborioso. Por amor, empero, de ese mismo siglo, padecer algunas adversidades es a la vez vacío y laborioso, porque la mente se ve afectada por la adversidad, y no se llena con el premio de la remuneración. Así pues, en aquellos que, ya puestos en ella, todavía fluyen en las voluptuosidades y, por ende, no se enriquecen con el fruto de la buena obra, la santa Iglesia pasa meses vacíos, porque expende los tiempos de la vida sin el don de la retribución. Pero en aquellos que, entregados a deseos eternos, padecen las adversidades de este mundo, cuenta noches laboriosas, porque porta las tinieblas de las adversidades como en la calina de la vida presente. Y en aquellos que aman el mundo transitorio y, sin embargo, se fatigan por su contrariedad, tolera a la vez meses vacíos y noches laboriosas, porque ninguna retribución subsiguiente remunera su vida, y la tribulación presente los angustia. Rectamente, por lo demás, afirma tener no días, sino meses vacíos en ellos. Pues con el nombre de meses se significa la colección y suma de los días. Por el día, por tanto, se expresa cada acción; por los meses, empero, se insinúa el fin de las acciones. Y a menudo, cuando hacemos algo en este mundo, suspensos por una intensa alacridad de esperanza, no pensamos que sea vacío esto mismo que hacemos; pero después de que llegamos al término de las acciones, al no obtener lo que apetecemos, nos dolemos de haber trabajado en vano. No sólo, por tanto, pasamos días, sino también meses vacíos, cuando ponderamos haber trabajado sin fruto en las acciones terrenas, no por el principio de las acciones, sino por el fin. Pues cuando la adversidad sigue a nuestros trabajos, se arguyen como meses vacíos de nuestra vida, porque por la compleción de las acciones se reconoce cuán en vano se sudaba en las acciones.

17. De inani hoc labore Ecclesia ingemiscit. Sed quia in sacro eloquio nonnunquam nox pro ignorantia ponitur, Paulo attestante, qui venturam vitam scientibus discipulis dicit: Omnes vos filii lucis estis, et filii diei; non sumus noctis neque tenebrarum (I Thess. V, 5); quibus praemisit: Vos autem, fratres, non estis in tenebris, ut vos dies illa tanquam fur comprehendat (Ibid., 4); potest hoc in loco ex eorum persona vox sanctae Ecclesiae accipi, qui post ignorantiae suae caliginem ad amorem rectitudinis redeunt, et, veritatis radiis illustrati, fletibus diluunt quod erraverunt. Illuminatus etenim quisque respicit quam turpe fuerit quod praesentis vitae amore laboravit. [Vet. IX.]. In eis ergo sancta Ecclesia, in quibus ad vitam revertitur laborem suum aestuanti servo et desideranti finem mercenario comparat, dicens: Sicut servus desiderat umbram et sicut mercenarius praestolatur finem operis sui: sic et ego habui menses vacuos, et noctes laboriosas enumeravi mihi. In comparatione etenim duo sunt quae praemisit; in expressione etiam fatigationis duo protinus subdidit. Ad aestuantem quippe menses vacuos reddidit, quia quo magis aeternum refrigerium quaeretur, eo magis conspicitur quam vacue pro vita ista laboratur. Ad praestolantem vero laboriosas noctes subintulit, quia quo magis ex termino operis praemium quod assequamur inspicimus, eo magis ingemiscimus diu nos nescisse quod quaerimus. Unde et ipsa poenitentis cura vigilanter exprimitur, ut laboriosas noctes enumerasse diceretur, quia quanto verius ad Deum revertimur, tanto subtilius labores, quos per ignorantiam in hoc mundo pertulimus, dolendo pensamus. Nam quo unicuique plus dulce fit quod de aeternis desiderat, eo ei magis grave ostenditur quod pro praesentium amore tolerabat. Si vero ad solam historiam sequentia verba pensantur, per haec procul dubio animus dolentis exprimitur qualiter per diversos motus desiderii, moestitia impellente, variatur. Nam subditur.

CAPUT IX.

VERS. 4.---Si dormiero, dicam: Quando surgam? et rursum exspectabo vesperam.

18. Dolens praesentia despicit, exspectat futura. In nocte quippe dies quaeritur, in die vespera desideratur, quia nimirum dolor non permittit placere quae adsunt; cumque mentem per experimentum praesentium afficit, semper hanc quasi consolante desiderio ad alia per exspectationem tendit. Sed quia et afflicta mens per appetitum ducitur, et tamen dolor ejus etiam seductus desideriis non finitur, recte subjungitur,---IBID.:---Replebor doloribus usque ad tenebras. Causa autem ejusdem doloris exprimitur, cum protinus subinfertur:

17. La Iglesia gime por este trabajo inútil. Pero porque en el sagrado elocuio a veces se pone la noche por la ignorancia, atestiguándolo Pablo, quien dice a los discípulos conocedores de la vida venidera: Todos vosotros sois hijos de la luz, e hijos del día; no somos de la noche ni de las tinieblas (1 Tes. 5, 5); a los cuales premisó: Mas vosotros, hermanos, no estáis en tinieblas, para que aquel día os comprenda como ladrón (Ibíd., 4); puede en este lugar recibirse la voz de la santa Iglesia en la persona de aquellos que, tras la calina de su ignorancia, vuelven al amor de la rectitud, e ilustrados por los rayos de la verdad, diluyen con llantos lo que erraron. Pues cada iluminado respeta cuán torpe fue el haber trabajado por amor de la vida presente. [Vet. IX.]. En ellos, pues, la santa Iglesia, en los cuales vuelve a la vida, compara su trabajo al siervo que arde de calor y al mercenario que desea el fin, diciendo: Como el siervo desea la sombra y como el mercenario espera el fin de su obra: así también yo tuve meses vacíos, y noches laboriosas me conté. Pues en la comparación son dos las cosas que premisó; en la expresión también de la fatiga, dos añadió inmediatamente. Al que arde de calor, ciertamente, le aplicó los meses vacíos, porque cuanto más se busca el refrigerio eterno, tanto más se ve cuán vacíamente se trabaja por esta vida. Al que espera, empero, le añadió las noches laboriosas, porque cuanto más inspeccionamos por el término de la obra el premio que alcanzamos, tanto más gemimos por haber ignorado tanto tiempo lo que buscamos. De donde también se expresa vigilantemente la misma cura del penitente, para que se dijera que había contado las noches laboriosas, porque cuanto más verdaderamente volvemos a Dios, tanto más sutilmente ponderamos doliéndonos los trabajos que por ignorancia padecimos en este mundo. Pues cuanto a cada uno se le hace más dulce lo que de lo eterno desea, tanto más grave se le muestra lo que por amor de lo presente toleraba. Pero si las siguientes palabras se ponderan sólo según la historia, por ellas se expresa sin duda el ánimo del que se duele, cómo por diversos movimientos del deseo, impulsándolo la tristeza, varía. Pues se añade.

CAPÍTULO IX.

VERS. 4.---Si durmiera, diré: ¿Cuándo me levantaré? y de nuevo esperaré la tarde.

18. El que se duele desprecia lo presente, espera lo futuro. En la noche, ciertamente, se busca el día; en el día, se desea la tarde, porque sin duda el dolor no permite que plazcan las cosas que están presentes; y como afecta a la mente por el experimento de lo presente, siempre la tiende hacia otras cosas por la expectación, como por un deseo consolador. Pero porque el alma afligida es conducida por el apetito, y sin embargo su dolor, aun seducido por los deseos, no se acaba, rectamente se subraya,---IBID.:---Me llenaré de dolores hasta las tinieblas. Y la causa de ese mismo dolor se expresa cuando se añade inmediatamente:

Caput X

[Rec. VI].

VERS. 5.---Induta est caro mea putredine, et sordibus pulveris, cutis mea aruit, et contracta est.

19. Hominis lapsi instabilitas.---Sed haec subtilius congruentiusque disserimus, si ad praemissae expositionis ordinem redeamus. Somno namque torpor otii, surrectione autem exercitatio actionis exprimitur. Vesperae quoque nomine, quia somno congruit, rursus otii desiderium figuratur. Sancta vero Ecclesia quousque vitam corruptionis ducit, flere mutabilitatis suae damna non desinit. Ad hoc namque homo conditus fuerat, ut, stante mente, in arcem se contemplationis erigeret, et nulla hunc corruptio a conditoris sui amore declinaret. Sed in eo quod ab ingenita standi soliditate voluntatis pedem ad culpam movit, a dilectione conditoris in semetipsum protinus cecidit. Amorem vero Dei, veram scilicet stationis arcem deserens, nec in se consistere potuit, quia, lubricae mutabilitatis impulsu, infra se per corruptionem proruens, etiam a semetipso dissensit. Qui nunc, quia conditionis suae soliditate non figitur, alternantis semper desiderii motu variatur, ut et quietus actionem desideret, et occupatus ad otium anhelet. Quia enim fixa mens stare cum potuit noluit, stare jam non valet etiam cum volet. Conditoris quippe sui contemplationem deserens, salutis suae fortitudinem perdidit, et quolibet posita, semper aegra alium locum quaerit. Varietatem ergo humanae mentis exprimens, dicat: Si dormiero, dicam: Quando surgam? et rursum exspectabo vesperam. Ac si aperte diceret: Nihil perceptum menti sufficit, quia ipsum qui vere sufficere potuit amisit. In somno namque surrectionem desidero, in surrectione vesperam exspecto, quia et quietus exercitium actionis appeto, et exercitatus otium quietis quaero.

20. Justo etiam quaerendum a peccato surgere. Ne extollatur, adversis muniri cupit. ---Quod tamen intelligi et aliter potest. Dormire namque est in peccatis jacere. Si enim somni appellatio culpa non esset, nequaquam Paulus discipulis diceret: Evigilate, justi, et nolite peccare (I Cor. XV, 34). Unde et auditorem suum admonet, dicens: Surge qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus (Ephes. V, 14). Et rursum: Hora est jam nos de somno surgere (Rom. XIII, 11). Unde et Salomon peccantem increpat, dicens: Usquequo, piger, dormis (Prov. VI, 9)?

Capítulo X

[Rec. VI].

VERS. 5.---Mi carne está vestida de podredumbre y de suciedad de polvo; mi piel se ha secado y se ha contraído.

19. La inestabilidad del hombre caído.---Pero discutiremos estas cosas con más sutileza y propiedad si volvemos al orden de la exposición anterior. Pues por el sueño se expresa el torpor del ocio, y por el levantarse, el ejercicio de la acción. También con el nombre de tarde, porque es apto para el sueño, se figura de nuevo el deseo del ocio. Pero la Santa Iglesia, mientras lleva una vida de corrupción, no cesa de llorar los daños de su mutabilidad. Pues para esto había sido creado el hombre: para que, permaneciendo firme su mente, se elevara a la alcázar de la contemplación, y ninguna corrupción lo apartara del amor de su Creador. Pero en aquello en que movió el pie de su voluntad desde la solidez innata de estar en pie hacia la culpa, cayó inmediatamente del amor del Creador hacia sí mismo. Abandonando el amor de Dios, a saber, la verdadera alcázar de la estancia, ni siquiera pudo consistir en sí mismo, porque, por el impulso de la resbaladiza mutabilidad, cayendo bajo sí mismo por la corrupción, incluso disintió de sí mismo. El cual ahora, porque no se fija por la solidez de su condición, siempre varía por el movimiento del deseo alternante, de modo que estando quieto desea la acción, y estando ocupado anhela el descanso. Porque la mente fija, cuando pudo estar en pie no quiso, ya no vale para estar en pie incluso cuando quiera. Ciertamente, abandonando la contemplación de su Creador, perdió la fortaleza de su salvación, y puesta en cualquier lugar, siempre enferma busca otro lugar. Expresando, pues, la variedad de la mente humana, diga: Si durmiere, diré: ¿Cuándo me levantaré? y de nuevo esperaré la tarde. Como si dijera abiertamente: Nada de lo percibido basta a la mente, porque perdió a Aquel que verdaderamente pudo bastar. Pues en el sueño deseo el levantamiento, en el levantamiento espero la tarde, porque incluso quieto apetezco el ejercicio de la acción, y ejercitado busco el descanso de la quietud.

20. El justo también debe buscar levantarse del pecado. Para no ensoberbecerse, desea ser fortalecido por las adversidades. ---Lo cual, sin embargo, puede entenderse también de otro modo. Pues dormir es yacer en los pecados. Pues si la apelación de sueño no fuera culpa, de ningún modo Pablo diría a sus discípulos: Vigilad, justos, y no pequéis (1 Cor. 15, 34). De donde también amonesta a su oyente, diciendo: Levántate, tú que duermes, y levántate de entre los muertos, y te iluminará Cristo (Ef. 5, 14). Y de nuevo: Ya es hora de que nos levantemos del sueño (Rom. 13, 11). De donde también Salomón increpa al pecador, diciendo: ¿Hasta cuándo, perezoso, dormirás? (Prov. 6, 9).

Electus igitur quisque cum peccati somno premitur, ad justitiae vigilias exsurgere conatur. Sed saepe cum surrexerit, ipsa se extolli magnitudine virtutum sentit. Unde et tentari se praesentis vitae adversitatibus post virtutes desiderat, ne pejus ex confidentia virtutum cadat. Si enim servari se melius per tentationem non cognosceret, nequaquam Psalmista diceret: Proba me, Domine, et tenta me (Psal. XXV, 2). Bene ergo nunc dicitur: Si dormiero, dicam: Quando surgam? et rursum exspectabo vesperam, quia et in peccati somno lumen justitiae quaeritur; et cum virtutum prospera mentem elevant, adjutrix adversitas desideratur, ut profecto animus, cum virtutum suarum gaudio plus quam debet attollitur, per contrarietatem praesentis vitae edito moerore solidetur. Unde et nequaquam Formidabo vesperam dicitur, sed Exspectabo. Exspectamus etenim prospera, formidamus adversa. Vir igitur justus vesperam exspectat, quia cum exerceri hunc tribulatione necesse est, ipsa ei fit adversitas prospera.

21. Tentationi peccati nunquam hic non est obnoxius. Tentationes non timet, sed contra eas se parat. ---Potest, vesperae nomine, etiam peccati tentatio designari, quae saepe tanto acrius mentem lacessit, quanto et eamdem mentem spiritus ad superna altius evehit. Nequaquam enim sic in hac vita per exercitationem justitiae peccatum deseritur, ut in eadem justitia inconcusse maneatur, quia etsi jam a cordis habitaculo culpam rectitudo eliminat, ipsa tamen culpa quae repellitur, cogitationis nostrae foribus assidens, ut sibi aperiatur pulsat. Quod Moyses quoque spiritaliter innuit, cum facta corporaliter temporum momenta narravit, dicens: Facta est lux; atque paulo post subjiciens: Factum est vespere (Genes. I, 3, 5). Creator quippe omnium, humanae culpae praescius, tunc expressit in tempore quod nunc versatur in mente. Lux quippe ad vesperum ducitur, quia nimirum lumen rectitudinis umbra sequitur tentationis. Sed quia electorum lux tentatione non exstinguitur, nequaquam nox, sed vespera facta perhibetur, quia nimirum saepe tentatio in corde rectorum lumen justitiae abscondit, sed non interimit; quasi ad pallorem trepidationis pertrahit, sed funditus non exstinguit. Electi ergo post somnum surrectionem appetunt, post surrectionem vesperam praestolantur, quia et de peccato ad justitiae lumen evigilant, et in ipso justitiae lumine positi, semper se contra illecebras tentationum parant. Quas nimirum non timent, sed exspectant, quia utilitati suae rectitudinis etiam tentamenta proficere non ignorant.

Cada elegido, por tanto, cuando es oprimido por el sueño del pecado, intenta levantarse a las vigilias de la justicia. Pero a menudo, cuando se ha levantado, siente que él mismo se ensalza por la magnitud de las virtudes. De donde también desea ser tentado por las adversidades de la vida presente después de las virtudes, para que no caiga peor por la confianza en las virtudes. Pues si no conociera que es mejor preservado por la tentación, de ningún modo el Salmista diría: Pruébame, Señor, y tiéntame (Sal. 25, 2). Bien, pues, se dice ahora: Si durmiere, diré: ¿Cuándo me levantaré? y de nuevo esperaré la tarde, porque incluso en el sueño del pecado se busca la luz de la justicia; y cuando las cosas prósperas de las virtudes elevan la mente, se desea la adversidad auxiliadora, para que ciertamente el ánimo, cuando se ensalza con el gozo de sus virtudes más de lo que debe, se solidifique por la contrariedad mediante el dolor producido por la vida presente. De donde también de ningún modo se dice: Temeré la tarde, sino: La esperaré. Pues esperamos las cosas prósperas, tememos las adversas. El varón justo, por tanto, espera la tarde, porque cuando es necesario que sea ejercitado por la tribulación, esa misma adversidad se le vuelve próspera.

21. Nunca deja de estar sujeto aquí a la tentación del pecado. No teme las tentaciones, sino que se prepara contra ellas. ---Por el nombre de tarde, también puede designarse la tentación del pecado, que a menudo acomete la mente tanto más agudamente cuanto más alto el espíritu eleva esa misma mente hacia lo celestial. De ningún modo, pues, en esta vida se abandona el pecado por el ejercicio de la justicia de tal manera que se permanezca inconmovible en esa misma justicia, porque aunque la rectitud ya elimine la culpa del habitáculo del corazón, sin embargo esa misma culpa que es repelida, sentada a las puertas de nuestro pensamiento, llama para que se le abra. Lo cual Moisés también insinuó espiritualmente cuando narró los momentos de los tiempos hechos corporalmente, diciendo: Se hizo la luz; y añadiendo poco después: Se hizo la tarde (Gén. 1, 3, 5). Ciertamente el Creador de todos, presintiendo la culpa humana, expresó entonces en el tiempo lo que ahora se agita en la mente. Pues la luz es conducida hacia la tarde, porque sin duda la sombra de la tentación sigue a la luz de la rectitud. Pero porque la luz de los elegidos no se extingue por la tentación, de ningún modo se dice que se hizo la noche, sino la tarde, porque sin duda a menudo la tentación esconde en el corazón de los rectos la luz de la justicia, pero no la destruye; la arrastra como a la palidez de la trepidación, pero no la extingue por completo. Los elegidos, pues, después del sueño apetecen el levantarse, después del levantarse esperan la tarde, porque tanto despiertan del pecado a la luz de la justicia, como puestos en esa misma luz de la justicia, siempre se preparan contra los halagos de las tentaciones. A las cuales, por cierto, no temen, sino que las esperan, porque no ignoran que incluso las pruebas aprovechan para la utilidad de su rectitud.

22. Nullus hic salute integra potitur.---Quantalibet autem contra corruptionem suam virtute contenderint, habere integram salutem nequeunt, quousque dies praesentis vitae finiatur. Unde et subditur: Et replebor doloribus usque ad tenebras. Modo namque adversa irruunt: modo ipsa quoque prospera, callida hilaritate blandiuntur. Modo surgentia vitia bellum carnis excitant, modo devicta animum ad elationem vocant. Bonorum igitur vita usque ad tenebras doloribus repletur, quia quousque tempus corruptionis agitur, interna externaque afflictione concutitur, et salutis securitatem non invenit, nisi cum diem funditus tentationis relinquit. Unde bene et haec eadem dolorum causa protinus subinfertur, cum dicitur: Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris. Ut enim paulo superius diximus, soliditatem ingenitam voluntarie homo deseruit, et sese in corruptionis voraginem mersit; unde nunc vel per immunda opera labitur, vel per cogitationes illicitas foedatur. Ut enim ita dixerim, culpae suae poenaliter subdita, ipsa jam natura nostra facta est extra naturam; et remissa usque ad perversa opera ducitur, restricta autem perversorum operum importuna cogitatione fuscatur. Per expletionem ergo actionis illicitae carnem putredo afficit, per levitatem vero cogitationis improbae quasi ante oculos pulvis surgit. Consentiendo vitiis putredine atterimur, vitiorum vero imagines in corde tolerando sordibus pulveris foedamur. Ait ergo: Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris. Ac si aperte diceret: Carnalem vitam, quam patior, aut tabes lubricae operationis polluit, aut ex vitiorum memoria caligo miserae cogitationis premit.

23. Ecclesiae caro in lubricis membris putrescit, in quaerentibus terram sordescit. ---Quod tamen si ex voce Ecclesiae universalis accipimus, aliquando hanc procul dubio carnis putredine, aliquando autem gravari sordibus pulveris invenimus. Multi quippe in ea sunt qui, dum amori carnis inserviunt, fetore luxuriae computrescunt. Et sunt nonnulli qui a voluptate quidem carnis abstinent, sed tamen tota mente in terrenis actibus jacent. Dicat ergo sancta Ecclesia unius membri sui vocibus, dicat quid de utroque genere hominum tolerat: Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris. Ac si aperte insinuet, dicens: Sunt plerique qui mihi per fidem membra sunt, sed tamen sana vel munda per actionem non sunt, quia aut, victi desideriis turpibus, ad corruptionis putredinem defluunt, aut, terrenis actibus dediti, pulvere conspergunt. In illis enim quos lubricos tolero carnem videlicet putrescentem gemo, in istis autem quos terram quaerentes patior quid aliud quam foedatam pulvere porto?

22. Nadie aquí posee una salud íntegra.---Por mucha virtud con que luchen contra su corrupción, no pueden tener una salud íntegra hasta que termine el día de la presente vida. Por lo cual se añade: Y me llenaré de dolores hasta las tinieblas. Pues ahora irrumpen las cosas adversas: ahora también las mismas cosas prósperas halagan con astuta alegría. Ahora los vicios nacientes excitan la guerra de la carne, ahora los vencidos llaman al ánimo a la elación. La vida de los buenos, por tanto, se llena de dolores hasta las tinieblas, porque mientras se actúa el tiempo de la corrupción, es sacudida por la aflicción interna y externa, y no encuentra la seguridad de la salvación, sino cuando deja de raíz el día de la tentación. De donde bien se añade inmediatamente esta misma causa de los dolores, cuando se dice: Mi carne está vestida de podredumbre y de suciedad de polvo. Pues, como dijimos un poco arriba, el hombre abandonó voluntariamente la solidez innata y se sumergió en la vorágine de la corrupción; de donde ahora o bien resbala por obras inmundas, o bien se mancha por pensamientos ilícitos. Pues para que así lo diga, sometida penalmente a su propia culpa, nuestra misma naturaleza se ha vuelto ahora fuera de la naturaleza; y relajada es conducida incluso a obras perversas, pero restringida es oscurecida por el pensamiento importuno de las obras perversas. Por tanto, por la ejecución de la acción ilícita la podredumbre afecta a la carne, pero por la levedad del pensamiento malvado surge como polvo ante los ojos. Al consentir a los vicios somos desgastados por la podredumbre, pero al tolerar las imágenes de los vicios en el corazón somos manchados por la suciedad del polvo. Dice, pues: Mi carne está vestida de podredumbre y de suciedad de polvo. Como si dijera abiertamente: La vida carnal que padezco, o bien la mancha de la operación resbaladiza la contamina, o bien desde la memoria de los vicios la tiniebla del miserable pensamiento la oprime.

23. La carne de la Iglesia se pudre en sus miembros resbaladizos, y se ensucia en los que buscan la tierra. ---Lo cual, sin embargo, si lo recibimos de la voz de la Iglesia universal, a veces la encontramos sin duda gravada por la podredumbre de la carne, y a veces por la suciedad del polvo. Pues muchos hay en ella que, mientras sirven al amor de la carne, se pudren con el hedor de la lujuria. Y hay algunos que ciertamente se abstienen del placer de la carne, pero sin embargo yacen con toda su mente en los actos terrenos. Diga, pues, la Santa Iglesia por las voces de su único miembro, diga qué tolera de ambos géneros de hombres: Mi carne está vestida de podredumbre y de suciedad de polvo. Como si abiertamente insinuara, diciendo: Hay muchísimos que me son miembros por la fe, pero sin embargo no están sanos ni limpios por la acción, porque o bien, vencidos por deseos torpes, fluyen hacia la podredumbre de la corrupción, o bien, entregados a los actos terrenos, son rociados con polvo. Pues en aquellos a quienes tolero como resbaladizos gimo por la carne que se pudre, pero en estos otros a quienes sufro buscando la tierra, ¿qué otra cosa porto sino a alguien afeado por el polvo?

24. Ecclesiae cutis qui solis exterioribus curis inserviunt: unde arescat. ---Unde et apte simul de utrisque subjungitur: Cutis mea aruit, et contracta est. In sanctae quippe Ecclesiae corpore hi qui solis exterioribus curis inserviunt, congrue cutis vocantur. Quae nimirum cutis arescendo attrahitur, quia mentes carnalium, dum praesentia diligunt, et quasi juxta posita concupiscunt, ad futura tendi per longanimitatem nolunt. Qui dum internae spei pinguedinem negligunt, ut attrahantur arefiunt, quia si eorum corda desperationio non siccaret, nequaquam aestus haec pusillanimitatis attraheret. Hanc namque attractionem Psalmista formidaverat cum, siccitatem mentis metuens, dicebat: Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea (Psal. LXII, 6). Adeps quippe pinguedinis animam replet, cum hanc contra praesentium desideriorum aestum supernae spei infusio refovet. Cutis ergo arescens attrahitur cum cor rebus exterioribus deditum, atque ex desperatione siccatum, in auctoris sui amorem non tenditur, sed in semetipso, ut ita dixerim, rugosa cogitatione replicatur.

25. Amore praesentium non tenetur, qui vitae hujus brevitatem recogitat. --- Pensandum vero est quod carnales mentes idcirco praesentia diligunt, quia vita carnis quam fugitiva sit minime perpendunt. Nam si velocitatem transitus ejus aspicerent, hanc etiam prosperantem minime amarent. Sancta autem Ecclesia in electis suis quotidie quantus sit rebus exterioribus cursus conspicit, et idcirco in intimis pedem sollicitae intentionis figit. Unde et apte subditur:

Caput XI

[Rec. VII].

VERS. 6.---Dies mei velocius transierunt quam a texente tela succiditur.

26. Tempus carnis telae apte comparatur.---Congrua valde similitudine tempus carnis telae comparatur, quia sicut tela filis, sic vita mortalis diebus singulis proficit; sed quo ad augmentum proficit, eo ad incisionem tendit, quia, sicut et superius diximus (Lib. VII, n. 30), cum tempora percepta praetereunt, ventura breviantur, et de universo vitae spatio eo fiunt pauciora quae veniunt, quo multa sunt quae transierunt.

24. La piel de la Iglesia son los que sirven solo a los cuidados exteriores: por qué se seque. ---De donde también se añade aptamente sobre ambos a la vez: Mi piel se ha secado y se ha contraído. Pues en el cuerpo de la Santa Iglesia aquellos que sirven solo a los cuidados exteriores son llamados congruentemente la piel. La cual piel ciertamente se contrae al secarse, porque las mentes de los carnales, mientras aman lo presente y lo codician como puesto cerca, no quieren ser tendidas hacia lo futuro por la longanimidad. Los cuales, mientras descuidan la pingüedumbre de la esperanza interna, se secan para ser contraídos, porque si la desesperación no secara sus corazones, de ningún modo el ardor de esta pusilanimidad los contraería. Pues esta contracción la había temido el Salmista cuando, temiendo la sequedad de la mente, decía: Como de adobo y de pingüedumbre se llene mi alma (Sal. 62, 6). Pues el adobo de la pingüedumbre llena el alma cuando la infusión de la esperanza superior la refresca contra el ardor de los deseos presentes. La piel, pues, al secarse se contrae cuando el corazón entregado a las cosas exteriores, y secado por la desesperación, no se tiende hacia el amor de su autor, sino que se repliega en sí mismo, por así decirlo, en rugoso pensamiento.

25. No es retenido por el amor de lo presente quien considera la brevedad de esta vida. ---Pero debe considerarse que las mentes carnales por eso aman lo presente, porque mínimamente consideran cuán fugitiva sea la vida de la carne. Pues si vieran la velocidad de su tránsito, mínimamente la amarían incluso cuando prospera. Pero la Santa Iglesia diariamente contempla en sus elegidos cuán grande sea el curso en las cosas exteriores, y por eso fija el pie de la solícita intención en lo íntimo. De donde también se añade aptamente:

Capítulo XI

[Rec. VII].

VERS. 6.---Mis días pasaron más velozmente de lo que por el tejedor se corta la tela.

26. El tiempo de la carne se compara aptamente a la tela.---Con una similitud muy congruente se compara el tiempo de la carne a la tela, porque así como la tela progresa por los hilos, así la vida mortal por cada uno de los días; pero por lo que progresa hacia el aumento, por eso mismo tiende hacia la incisión, porque, como también dijimos arriba (Lib. VII, n. 30), cuando los tiempos percibidos pasan, los venideros se abrevian, y de todo el espacio de la vida se hacen tanto más pocos los que vienen, cuanto muchos son los que pasaron.

Tela quippe infra supraque ligata, duobus lignis innectitur, ut texatur; sed quo inferius texta involvitur, eo superius texenda deplicatur; et unde se ad augmentum multiplicat, inde fit minus quod restat. Sic nimirum vitae nostrae tempora et transacta quasi inferius involvimus, et ventura a superiori deplicamus, quia quo plus fiunt praeterita, minus esse incipiunt futura. Sed quia nec tela ad expressionem nostri temporis sufficit, nam ejus quoque festinationem vitae nostrae velocitas transit, recte nunc dicitur: Dies mei velocius transierunt, quam a texente tela succiditur. Tela quippe tarditatem provectus habet, vita autem praesens moram defectus non habet. In illa namque cum laborantis manus figitur, adventus terminus elongatur; in ista vero, quia tempus semper desinens indesinenter consumimus, ad finem nostri itineris etiam quiescendo pervenimus, et per cursum nostri transitus etiam dormientes imus. Electi igitur, quia praesentis vitae momenta decurrere sub festinatione conspiciunt, nequaquam in hoc tantae mobilitatis itinere cordis intentionem figunt. Unde et apte protinus subditur:

IBID.---Et consumpti sunt absque ulla spe.

27. Electi mortem cogitant etiam sani, reprobi nequidem cum imminet.---Reproborum mens erga dies vitae praesentis tanto amore constringitur, ut sic semper hic appetent vivere, quatenus, si valeant, vivendi cursum desiderent nunquam finire. Cogitare quippe ventura despiciunt, spem totam in rebus transeuntibus ponunt, habere nulla nisi quae praetereunt concupiscunt. Cumque nimis transeuntia cogitant, et mansura nullatenus sperant, sic caecitate insensibili cordis oculus clauditur, ut aeternae luci nullatenus intendatur. Unde fit ut saepe jam corpus molestia quatiat, et vicina mors virtutem vitalis spiritus incidat, nec tamen curare quae mundi sunt desinant. Jamque eos ultor ad judicium pertrahit; et tamen ipsi, ordinatione sollicita rebus transeuntibus occupati, nihil aliud cogitant nisi in hoc mundo adhuc qualiter vivant. Relinquendo omnia quasi possidendo disponunt, quia spes vivendi non frangitur, etiam cum vita terminatur. Jam ad judicium trahuntur per sententiam, et tamen adhuc habendis rebus inhaerent per curam. Dura etenim mente abesse mors longe creditur, etiam cum sentitur.

Ciertamente la tela, ligada abajo y arriba, se une a dos maderas para que se teja; pero por lo que lo tejido se envuelve abajo, por eso lo que ha de tejerse se despliega arriba; y de donde se multiplica hacia el aumento, de allí se hace menos lo que resta. Así, sin duda, los tiempos de nuestra vida, tanto los pasados como si los envolviéramos abajo, como los venideros los desplegamos de lo superior, porque cuanto más se hacen pretéritos, menos empiezan a ser futuros. Pero porque ni siquiera la tela basta para la expresión de nuestro tiempo, pues la velocidad de nuestra vida sobrepasa incluso su prisa, rectamente se dice ahora: Mis días pasaron más velozmente de lo que por el tejedor se corta la tela. Pues la tela tiene lentitud de avance, pero la vida presente no tiene demora de defecto. En aquella, en efecto, cuando la mano del que trabaja se fija, el término de la llegada se alarga; en esta, en cambio, porque consumimos incesantemente el tiempo que siempre se acaba, llegamos al fin de nuestro camino incluso descansando, e incluso durmiendo vamos por el curso de nuestro tránsito. Los elegidos, por tanto, porque ven decaer bajo la prisa los momentos de la vida presente, de ningún modo fijan la intención del corazón en este camino de tan gran movilidad. De donde también se añade aptamente de inmediato:

IBID.---Y se consumieron sin esperanza alguna.

27. Los elegidos piensan en la muerte incluso sanos, los réprobos ni siquiera cuando es inminente.---La mente de los réprobos se constriñe con tanto amor hacia los días de la vida presente, que siempre desean vivir aquí de tal modo que, si pudieran, desearían no terminar nunca el curso del vivir. Ciertamente desprecian pensar en lo futuro, ponen toda la esperanza en las cosas transitoras, no codician tener nada sino lo que pasa. Y cuando piensan demasiado en lo transitorio, y no esperan en absoluto en lo permanente, de tal modo se cierra el ojo del corazón por una ceguera insensible, que en modo alguno se dirige a la luz eterna. De donde sucede que a menudo ya la molestia sacude el cuerpo, y la muerte cercana corta la fuerza del espíritu vital, y sin embargo no desisten de cuidar las cosas que son del mundo. Y ya el vengador los arrastra al juicio; y sin embargo ellos mismos, ocupados con solícita ordenación en las cosas transitoras, nada más piensan sino en cómo han de vivir todavía en este mundo. Dejándolo todo, disponen de ello como si lo poseyeran, porque la esperanza de vivir no se rompe incluso cuando la vida se termina. Ya son arrastrados al juicio por la sentencia, y sin embargo todavía se adhieren a las cosas que han de tenerse por el cuidado. Pues por una mente dura se cree que la muerte está lejos, incluso cuando se siente.

Sicque a carne anima solvitur, ut erga praesentia immoderato amore se retinens, dum ad aeternum supplicium ducitur, hoc ipsum quoque nesciat quo ducitur; et deserens quae amare cum termino noluit, repente sine termino invenit quae nunquam praevidit. At contra rectorum mens ad aeternitatis intentionem tenditur, etiam cum praesens eam feliciter vita comitatur. Magna carnis salute utitur, nec tamen ejus fiducia animus retardatur. Nullum adhuc mortis articulum erumpit, et quasi praesentem hanc quotidie conspicit. Quia enim vita indesinenter labitur, spes ei vivendi funditus amputatur. Bene ergo de diebus praetereuntibus dicitur: Consumpti sunt absque ulla spe. Ac si aperte diceretur: Mentis fiduciam in praesenti vita non posui, quia omne quod praeterit calcando desperavi. Unde et mox apte subditur:

Caput XIII

[Rec. VIII].

VERS. 7.---Memento quia ventus est vita mea.

28. Vita praesens, aeterna non attendentibus cara, attendentibus vilis. Vitae brevis consideratio, grata Deo est oblatio.---Hi etenim vitam carnis quasi permanentem diligunt, qui quanta sit vitae sequentis aeternitas non attendunt; cumque soliditatem perennitatis non considerant, exsilium patriam, tenebras lumen, cursum stationem putant, quia qui majora nesciunt, judicare de minimis nequaquam possunt. Ordo quippe judicii exigit ut quod examinare nitimur transcendamus. Si enim praeesse rebus omnibus animus non valet, nequaquam de his curta a quibus vincitur videt. Idcirco itaque mens reproba praesentis vitae curcum aestimare non sufficit, quia admirationi illius ex amore succumbit. Sancti autem viri, quo ad aeterna cor elevant, quam breve sit quod fine clauditur pensant; et eo eorum sensibus vilescit quod praeterit, quo intellectu radiante interlucet quod acceptum nunquam recedit; cumque infinitatem perennitatis aspiciunt, nequaquam jam pro magno desiderant quidquid finis angustat. Sed sublevata mens extra temporum terminos ducitur, etiam cum carne in tempore tenetur; et tanto altius finienda despicit, quanto verius infinita cognoscit.

Y así se suelta el alma de la carne, que reteniéndose hacia lo presente con amor inmoderado, mientras es conducida al suplicio eterno, esto mismo ignore adónde es conducida; y abandonando lo que no quiso amar con término, de repente encuentra sin término lo que nunca previó. Pero, por el contrario, la mente de los rectos se tiende hacia la intención de la eternidad, incluso cuando la vida presente la acompaña felizmente. Usa una gran salud de la carne, y sin embargo el ánimo no se retrasa por su confianza. Todavía no rompe ningún artículo de la muerte, y casi la contempla diariamente como presente. Porque como la vida resbala incesantemente, la esperanza de vivir se le amputa de raíz. Bien, pues, se dice de los días que pasan: Se consumieron sin esperanza alguna. Como si se dijera abiertamente: No puse la confianza de mi mente en la vida presente, porque desesperé de todo lo que pasa pisándolo. De donde también se añade aptamente pronto:

Capítulo XIII

[Rec. VIII].

VERS. 7.---Recuerda que mi vida es viento.

28. La vida presente, querida para los que no atienden a lo eterno, es vil para los que atienden. La consideración de la vida breve es una ofrenda grata a Dios.---Ciertamente aman la vida de la carne como permanente quienes no atienden a cuán grande sea la eternidad de la vida subsiguiente; y como no consideran la solidez de la perennidad, piensan que el exilio es la patria, la tiniebla la luz, el curso la estancia, porque quienes ignoran lo mayor de ningún modo pueden juzgar de lo mínimo. Pues el orden del juicio exige que trascendamos lo que nos esforzamos por examinar. Pues si el ánimo no puede estar por encima de todas las cosas, de ningún modo ve con claridad sobre estas cosas por las que es vencido. Por eso la mente réproba no basta para estimar el curso de la vida presente, porque sucumbe a la admiración de ella por amor. Pero los varones santos, cuanto más elevan el corazón hacia lo eterno, tanto más consideran cuán breve sea lo que se cierra con un fin; y tanto más se envilece en sus sentidos lo que pasa, cuanto más interluce por el intelecto radiante lo que, una vez recibido, nunca se retira; y cuando contemplan la infinitud de la perennidad, de ningún modo ya desean como grande aquello que el fin estrecha. Pero la mente elevada es conducida fuera de los términos de los tiempos, incluso cuando es retenida por la carne en el tiempo; y tanto más altamente desprecia lo que ha de terminar, cuanto más verdaderamente conoce lo infinito.

Sed haec ipsa humanae brevitatis consideratio auctori nostro magnae virtutis oblatio est. Unde recte nunc cum deprecatione immolatio ejusdem virtutis offertur, cum dicitur: Memento quia ventus est vita mea. Ac si aperte diceretur: Transeuntem velociter benignus respice, quia et tanto a te videri misericordius debeo, quanto ipse a consideratione brevitatis meae oculos non averto. Sed quia dum tempus vitae praesentis absciditur, ad operationem promerendae veniae ulterius non reditur, recte subjungitur:

CAPUT XIV.

IBID.---Nec revertetur oculus meus ut videat bona.

29. Post mortem non est locus promerendae veniae.--- Ad videnda bona exstincti oculus non redit, quia ad exhibenda recta opera exuta carne anima non recurrit. Hinc est quod dives quem inferni flamma cruciabat, quia semetipsum reparare operando non posset agnoverat; nam nequaquam sibi, sed relictis fratribus prodesse satagebat, dicens: Rogo te, pater Abraham, ut mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum (Luc. XVI, 27). Solet namque moestum animum spes vel falsa refovere. Sed ut poenam suam reprobi gravius sentiant, et spem de venia amittunt. Unde, flammis ultricibus traditus, non sibi, ut diximus, sed opitulari fratribus concupivit, quia nunquam se ignium carere tormentis, adjuncto desperationis supplicio, agnovit. Hinc Salomon ait: Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quo tu properas (Eccle. IX, 10). Nequaquam ergo ad videnda bona oculus revertetur, quia retributionem suam mens inveniens, ad operationis usum nullatenus revocatur. Quia igitur fugit omne quod cernitur, et mansura sunt quae sequuntur, bene beatus Job uno versu utraque complexus est, dicens: Memento quia ventus est vita mea, nec revertetur oculus meus ut videat bona. Cursum quippe praesentium contemplatus ait: Memento quia ventus est vita mea. Aeternitatem vero sequentium considerans adjunxit: Nec revertetur oculus meus ut videat bona. Ubi apte quoque universi humani generis a redemptionis munere destituti vocem protinus sumit, dicens:

CAPUT XV

[Vet. XIII].

VERS. 8.---Nec aspiciet me visus hominis.

Pero esta misma consideración de la brevedad humana es una gran ofrenda de virtud para nuestro autor. De donde rectamente ahora con deprecación se ofrece el sacrificio de esa misma virtud, cuando se dice: Recuerda que mi vida es viento. Como si se dijera abiertamente: Mira benigno al que pasa velozmente, porque tanto más misericordiosamente debo ser visto por ti, cuanto yo mismo no aparto los ojos de la consideración de mi brevedad. Pero porque mientras se corta el tiempo de la vida presente, ya no se vuelve más a la operación de merecer el perdón, rectamente se añade:

CAPÍTULO XIV.

IBÍD.---Ni volverá mi ojo para ver bienes.

29. Después de la muerte no hay lugar para merecer el perdón.---Al ver los bienes, el ojo del extinguido no vuelve, porque el alma, despojada de la carne, no recurre a exhibir obras rectas. De aquí es que el rico a quien la llama del infierno atormentaba, porque había reconocido que no podía repararse a sí mismo obrando; pues de ningún modo se afanaba por ser de provecho para sí, sino para sus hermanos dejados atrás, diciendo: Te ruego, padre Abraham, que lo envíes a la casa de mi padre, pues tengo cinco hermanos, para que les dé testimonio, no sea que también ellos vengan a este lugar de tormentos (Lc 16, 27). Pues suele la esperanza, aun falsa, confortar el ánimo triste. Pero para que los réprobos sientan más gravemente su pena, pierden también la esperanza del perdón. Por lo cual, entregado a las llamas vengadoras, deseó no socorrerse a sí mismo, como dijimos, sino a sus hermanos, porque reconoció, añadido el suplicio de la desesperación, que nunca carecería de los tormentos de los fuegos. De aquí dice Salomón: Todo lo que pueda hacer tu mano, hazlo instantáneamente, porque ni obra, ni razón, ni ciencia, ni sabiduría habrá entre los de abajo, a donde tú te apresuras (Ecl 9, 10). De ningún modo, por tanto, volverá el ojo para ver bienes, porque la mente, encontrando su retribución, no es de ningún modo revocada al uso de la operación. Porque, pues, huye todo lo que se ve, y han de permanecer las cosas que siguen, bien el bienaventurado Job abrazó ambas cosas en un solo verso, diciendo: Recuerda que mi vida es viento, ni volverá mi ojo para ver bienes. Ciertamente, contemplado el curso de las cosas presentes, dijo: Recuerda que mi vida es viento. Pero considerando la eternidad de las que siguen, añadió: Ni volverá mi ojo para ver bienes. Donde también aptamente toma al punto la voz de todo el género humano destituido del don de la redención, diciendo:

Capítulo XV

[Vet. XIII].

VERS. 8.---Ni me mirará la vista del hombre.

30. Tunc Christi gratia non liberat, quem nunc non reformat.---Visus quippe hominis est misericordia Redemptoris, quae insensibilitatis nostrae duritiam, cum respicit, emollit. Unde, teste quoque Evangelio, dicitur: Respexit Dominus Petrum, et recordatus est Petrus verbi quod dixerat Jesus; egressus foras, flevit amare (Luc. XXII, 61). Exutam vero carne animam nequaquam jam visus hominis aspicit, quia post mortem non liberat, quem ante mortem gratia ad veniam non reformat. Hinc etenim Paulus dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis (II Cor. VI, 2). Hinc Psalmista ait: Quoniam in saeculum misericordia ejus (Psal. CXVII, 1). Quia nimirum quem nequaquam modo misericordia eripit, sola post praesens saeculum justitia addicit. Hinc Salomon ait: Quia lignum in quocunque loco ceciderit, sive ad Austrum, sive ad Aquilonem, ibi erit (Eccle. XI, 3), quia cum humani casus tempore, sive sanctus, sive malignus spiritus egredientem animam claustra carnis acceperit, in aeternum secum sine ulla permutatione retinebit, ut nec exaltata ad supplicium proruat, nec mersa aeternis suppliciis, ultra ad remedium ereptionis ascendat. Vir igitur sanctus, humani generis damna considerans, quod a praesenti saeculo sine Redemptoris cognitione subtrahitur, atque in aeternis ignibus irreparabiliter sepelitur, et ejus vocem in se suscipiens, dicat: Nec aspiciet me visus hominis, quia nimirum Redemptoris gratia, quem nunc non intuetur ut corrigat, tunc non respicit ut ab interitu abscondat. In judicium quippe Dominus veniens, peccatorem videt ut feriat, sed non videt ut ad largiendam salutis gratiam recognoscat; culpas examinat, et vitam pereuntium ignorat. Unde sanctus vir, cum se post praesentem vitam, respectu hominis videri non posse fateretur, apte mox subdidit:

Caput XVI

[Rec. IX].

IBID.---Oculi tui in me, et non subsistam.

31. Christus in judicio reprobos ad feriendum videbit, quos hic ad misericordiam impendendam non vidit.---Ac si aperte diceret: Districtus ad judicium veniens, et ad salvandum non vides, et ad feriendum vides, quia quem in praesenti vita dispensationis tuae miseratione non respicis, respiciendo, postmodum per justitiam exstinguis. Nunc enim peccator quisque Deum non metuit et vivit, blasphemat et proficit, quia scilicet misericors creator, quem exspectando vult corrigere, aspiciendo non vult punire, sicut scriptum est: Dissimulans peccata hominum propter poenitentiam (Sap. XI, 24). Sed tunc peccator cum respicitur non subsistit, quia cum districtus judex merita subtiliter inquirit, reus ad tormenta non sufficit.

30. Entonces la gracia de Cristo no libera a quien ahora no reforma.---Ciertamente la vista del hombre es la misericordia del Redentor, la cual, cuando mira, ablanda la dureza de nuestra insensibilidad. De donde, testificándolo también el Evangelio, se dice: Miró el Señor a Pedro, y se acordó Pedro de la palabra que había dicho Jesús; y saliendo fuera, lloró amargamente (Lc 22, 61). Pero a la mente despojada de la carne ya de ningún modo la mira la vista del hombre, porque después de la muerte no libera a quien antes de la muerte la gracia no reforma para el perdón. Pues de aquí dice Pablo: He aquí ahora el tiempo aceptable, he aquí ahora el día de la salvación (2 Cor 6, 2). De aquí dice el Salmista: Porque para el siglo es su misericordia (Sal 117, 1). Porque sin duda a quien de ningún modo ahora arrebata la misericordia, la sola justicia lo condena después del presente siglo. De aquí dice Salomón: Porque el leño en cualquier lugar que cayere, ya sea al Austro, ya al Aquilón, allí estará (Ecl 11, 3), porque cuando en el tiempo del ocaso humano, ya sea un espíritu santo o maligno haya recibido al alma que sale de los claustros de la carne, la retendrá consigo para siempre sin ninguna mudanza, de modo que ni exaltada se precipite al suplicio, ni sumergida en suplicios eternos, ascienda más al remedio de la liberación. El varón santo, por tanto, considerando los daños del género humano, porque es sustraído del presente siglo sin el conocimiento del Redentor, y es sepultado irreparablemente en los fuegos eternos, y asumiendo su voz en sí, diga: Ni me mirará la vista del hombre, porque sin duda la gracia del Redentor, a quien ahora no mira para corregir, entonces no lo mira para esconderlo de la perdición. Pues el Señor, viniendo al juicio, ve al pecador para herirlo, pero no lo ve para reconocerlo para otorgarle la gracia de la salvación; examina las culpas, e ignora la vida de los que perecen. Por lo cual el varón santo, habiendo confesado que no podía ser visto por el respeto del hombre después de la presente vida, aptamente añadió luego:

Capítulo XVI

[Rec. IX].

IBÍD.---Tus ojos están en mí, y no subsistiré.

31. Cristo en el juicio verá a los réprobos para herirlos, a quienes aquí no vio para impartir misericordia.---Como si dijera abiertamente: Viniendo severo al juicio, y no ves para salvar, y ves para herir, porque a quien en la presente vida no miras con la conmiseración de tu dispensación, mirándolo después, lo extingues por la justicia. Pues ahora cualquier pecador no teme a Dios y vive, blasfema y prospera, porque a saber el Creador misericordioso, a quien esperando quiere corregir, mirándolo no quiere castigar, como está escrito: Disimulando los pecados de los hombres por causa de la penitencia (Sab 11, 24). Pero entonces el pecador, cuando es mirado, no subsiste, porque cuando el juez severo inquiere los méritos sutilmente, el reo no basta para los tormentos.

32. Justi se perituros sciunt, si remota pietate a Deo judicentur.---Quamvis hoc etiam justorum voci congruit, quorum mens semper sollicita venturo examini intendit. Omne enim quod agunt metuunt, dum caute considerant qui ante quantum judicem stabunt. Intuentur potentiam illius magnitudinis, et pensant quanto reatu constricti sunt propriae infirmitatis. Enumerant mala proprii operis, et contra haec exaggerant bona conditoris. Considerant prava quam districte judicet, bona opera quam subtiliter penset, et perituros se absque ambiguitate praesciunt, si remota pietate judicentur, quia hoc ipsum quoque quod juste videmur vivere culpa est, si vitam nostram cum judicat, hanc apud se divina misericordia non excusat. Hinc enim in hoc eodem libro scriptum est: Astra non sunt munda in conspectu ejus (Job. XXV, 5), quia apud eum districte judicati, ipsi quoque maculas inquinationis habent, qui per munditiam sanctitatis lucent. Bene ergo dicitur: Oculi tui in me, et non subsistam. Ac si aperte justi voce diceretur: Si subtili examinatione discutior, perferendo judicio non assurgo, quia ad poenam vita non sufficit, si hanc immanitas justae retributionis premit. Bene autem ejusdem humani generis et culpa breviter, et poena subrogatur, cum protinus dicitur:

Caput XVII

[Vet. XIV, Rec. X].

VERS. 9.---Sicut consumitur nubes, et pertransit, sic qui descendit ad inferos non ascendet.

33. Damnatis non est reditus ad veniam, aut ad ea quae amabant.---Nubes quippe ad altiora suspenditur; sed densata vento impellitur ut currat, calore autem solis dissipatur ut evanescat. Sic sic nimirum corda sunt hominum, quae per acceptae rationis ingenium ad alta emicant, impulsa autem maligni spiritus flatu, pravis desideriorum suorum motibus huc illucque pertrahuntur; sed, districto respectu superni judicis, quasi solis calore liquefiunt, et, semel locis poenalibus tradita, ad operationis usum ultra non redeunt. Vir igitur sanctus elationem, cursum defectumque humani generis exprimens dicat: Sicut consumitur nubes, et pertransit, sic qui descendit ad inferos non ascendet. Ac si aperte loqueretur, dicens: In altum currendo deficit, qui superbiendo ad interitum tendit; quem si semel culpa ad poenam pertrahit, misericordia ulterius ad veniam non reducit. Unde et adhuc subditur:

CAPUT XVIII.

VERS. 10.---Nec revertetur ultra in domum suam.

32. Los justos saben que han de perecer si son juzgados por Dios retirada la piedad.---Aunque esto también concuera con la voz de los justos, cuya mente siempre solícita atiende al examen venidero. Pues temen todo lo que hacen, mientras consideran cautamente ante cuán gran juez estarán. Contemplan la potencia de aquella magnitud, y sopesan con cuán gran reo de su propia enfermedad están ligados. Enumeran los males de su propia obra, y contra estos exageran los bienes del Creador. Consideran cuán severamente juzga las cosas perversas, cuán sutilmente sopesa las buenas obras, y presaben sin ambigüedad que han de perecer si son juzgados retirada la piedad, porque esto mismo también que parecemos vivir justamente es culpa, si cuando juzga nuestra vida, la divina misericordia no la excusa ante sí. Pues de aquí está escrito en este mismo libro: Las estrellas no son limpias en su presencia (Job 25, 5), porque juzgados severamente ante él, también ellos mismos tienen manchas de contaminación, los cuales lucen por la limpieza de la santidad. Bien, por tanto, se dice: Tus ojos están en mí, y no subsistiré. Como si se dijera abiertamente por la voz del justo: Si soy discutido por un examen sutil, no me levanto sobrellevando el juicio, porque la vida no basta para la pena si la inmensidad de la justa retribución la oprime. Pero bien tanto la culpa del mismo género humano es brevemente añadida, como la pena, cuando se dice al punto:

Capítulo XVII

[Vet. XIV, Rec. X].

VERS. 9.---Como se consume la nube, y pasa, así el que desciende a los infiernos no subirá.

33. Para los condenados no hay regreso al perdón, o a las cosas que amaban.---Ciertamente la nube es suspendida a lo más alto; pero densificada por el viento es impulsada para que corra, pero por el calor del sol es disipada para que se desvanezca. Así, así sin duda son los corazones de los hombres, los cuales por el ingenio de la razón recibida brillan hacia lo alto, pero impulsados por el soplo del espíritu maligno, son arrastrados de aquí para allá por los perversos movimientos de sus deseos; pero, por el severo respeto del juez celestial, se licuan como por el calor del sol, y, una vez entregados a los lugares penales, no vuelven más al uso de la operación. El varón santo, por tanto, expresando la elación, el curso y el defecto del género humano, diga: Como se consume la nube, y pasa, así el que desciende a los infiernos no subirá. Como si hablara abiertamente, diciendo: Falla al correr hacia lo alto el que por ensoberbecerse tiende a la perdición; a quien si una vez la culpa arrastra a la pena, la misericordia no lo reduce más al perdón. De donde también todavía se añade:

CAPÍTULO XVIII.

VERS. 10.---Ni volverá más a su casa.

34. Domus mentis est id quod amando habitat. Desperantium corda nubibus similia. Extra se funduntur.---Sicut domus est corporis habitaculum corporale, ita unicuique menti hoc domus fit quod ex desiderio inhabitare consuevit. Ad domum igitur suam ultra non revertitur, quia semel quisque, aeternis suppliciis traditus, ad hoc jam ubi amore inhaeserat nullatenus revocatur. Potest etiam inferni nomine peccatoris desperatio designari, de qua per Psalmistam dicitur: In inferno autem quis confitebitur tibi (Psalm. VI, 6)? Unde rursum scriptum est: Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit (Prov. XVIII, 3). Quisquis autem impietati succumbit, vitam profecto justitiae moriendo derelinquit. Qui vero etiam post peccatum mole desperationis obruitur, quid aliud quam post mortem in inferni suppliciis sepelitur? Bene ergo dicitur: Sicut consumitur nubes, et pertransit, sic qui descendit ad inferos non ascendet, quia plerumque cum perpetratione nequitiae etiam desperatio sociatur, et via jam reversionis absciditur. Recte autem corda desperantium nubibus comparantur, quia et caligine erroris obscura sunt, et peccatorum multiplicitate condensa; sed consumpta pertranseunt, quia claritate extremi judicii irradiata dissipantur. Solet etiam domus inhabitatio cordis intelligi. Unde sanato cuidam dicitur: Vade in domum tuam (Marc. V, 19), quia nimirum dignum est ut peccator post veniam ad mentem suam redeat, ne iterum quo juste feriatur admittat. Sed qui ad infernum descenderit, ad domum suam ulterius non ascendet, quia eum quem desperatio obruit, a cordis sui habitaculo foras mittit, et redire introrsus non valet, quia, fusus exterius, ad deteriora quotidie compulsus cadit. Ad contemplandum quippe Creatorem homo conditus fuerat, ut ejus semper speciem quaereret, atque in solemnitate illius amoris habitaret. Sed extra se per inobedientiam missus, mentis suae locum perdidit, quia, tenebrosis itineribus sparsus, ab inhabitatione veri luminis elongavit. Unde apte adhuc subditur:

Caput XIX

[Vet. XV].

IBID.---Neque cognoscet eum amplius locus ejus.

34. Casa de la mente es aquello que habita amando. Los corazones de los desesperados son semejantes a nubes. Se derraman fuera de sí.---Así como la casa es el habitáculo corporal del cuerpo, así para cada mente se hace casa aquello que por deseo acostumbró habitar. A su casa, por tanto, no vuelve más, porque una vez cada uno, entregado a los suplicios eternos, de ningún modo es revocado ya a esto donde por amor se había adherido. Puede también por el nombre del infierno designarse la desesperación del pecador, de la cual se dice por el Salmista: Pero en el infierno ¿quién te confesará? (Sal 6, 6). De donde de nuevo está escrito: El impío cuando viniere a lo profundo de los pecados, desprecia (Prov 18, 3). Pero quienquiera que sucumbe a la impiedad, ciertamente al morir deja la vida de la justicia. Pero el que aun después del pecado es abrumado por la mole de la desesperación, ¿qué otra cosa sino que después de la muerte es sepultado en los suplicios del infierno? Bien, por tanto, se dice: Como se consume la nube, y pasa, así el que desciende a los infiernos no subirá, porque muchísimas veces con la perpetración de la iniquidad también se asocia la desesperación, y ya se corta la vía del regreso. Rectamente, por otra parte, los corazones de los desesperados se comparan a las nubes, porque tanto son oscuros por la calima del error, como densos por la multiplicidad de los pecados; pero consumidos pasan, porque irradiados por la claridad del extremo juez se disipan. Suele también la habitación del corazón entenderse como casa. De donde se dice a cierto sanado: Vete a tu casa (Mc 5, 19), porque sin duda es digno que el pecador después del perdón vuelva a su mente, no sea que de nuevo admita aquello por lo que justamente sea herido. Pero el que bajare al infierno, no subirá más a su casa, porque a quien la desesperación abruma, lo echa fuera del habitáculo de su corazón, y no puede volver al interior, porque, derramado al exterior, cae cada día compelido a cosas peores. Pues el hombre había sido creado para contemplar al Creador, para que siempre buscara su aspecto, y habitara en la solemnidad de su amor. Pero enviado fuera de sí por la desobediencia, perdió el lugar de su mente, porque, esparcido por itinerarios tenebrosos, se alejó de la habitación de la verdadera luz. De donde aptamente todavía se añade:

Capítulo XIX

[Vet. XV].

IBÍD.---Ni lo conocerá más su lugar.

35. Locus hominis Deus, per inobedientiam desertus. Non cogniturus est in judicio, qui eum hic spreverint. ---Locus quippe hominis, sed non localis, ipse scilicet conditor exstitit, qui hunc ut in semetipso consisteret creavit. Quem nimirum locum tunc homo deseruit, cum, seductoris verba audiens, a conditoris amore discessit. Sed cum omnipotens Deus redimendo se homini etiam corporaliter ostendit, ipse, ut ita dixerim, fugitivi sui vestigia subsequens, ad retinendum quem amiserat hominem locus venit. Si enim appellari locus nequaquam conditor posset, Deum laudans Psalmista non diceret: Filii servorum tuorum habitabunt ibi (Psal. CI, 29). Ibi enim non dicimus, nisi cum locum specialiter designamus. Sed sunt plerique qui etiam post perceptum Redemptoris auxilium ad desperationis tenebras devolvuntur; et tanto nequius pereunt, quanto et oblata remedia misericordiae contemnunt. Recte ergo de damnato homine dicitur: Neque cognoscet eum amplius locus ejus, quia a conditore suo tanto tunc districtius in judicio non cognoscitur, quanto nunc ad reparationis gratiam nec per dona revocatur. Unde et notandum summopere est quod non ait: Neque cognoscet amplius locum suum, sed ait: Neque cognoscet eum amplius locus ejus. Dum enim cognitio non homini, sed loco tribuitur, patenter ipse conditor loci nomine designatur, qui, districtus ad examen ultimum veniens, in iniquitate durantibus dicet: Nescio vos unde sitis (Luc. XIII, 25). Sed electi quique quo districte reprobos repelli considerant, eo semetipsos quotidie a perpetratae nequitiae sordibus sollicitius purgant. Cumque perituros alios frigescere a vitae amore conspiciunt, studiose se ad poenitentiae lamenta succendunt. Unde et apte subdur:

CAPUT XX.

VERS. 11.---Quapropter et ego non parcam ori meo.

36. Iram judicis in confessione praeveniunt electi. ---Ori etenim suo parcit, qui confiteri malum quod fecit erubescit. In laborem quippe os mittere est hoc ad confessionem perpetratae iniquitatis occupare. But the just man does not spare his mouth, because preventing the wrath of the severe judge, he rages against himself with the words of his own confession. Hinc Psalmista ait: Praeveniamus faciem ejus in confessione (Psal. XCIV, 2).

35. El lugar del hombre es Dios, desertado por la desobediencia. No ha de conocer en el juicio a quienes aquí lo despreciaron.---Ciertamente el lugar del hombre, pero no local, fue el mismo Creador, que lo creó para que consistiera en sí mismo. El cual lugar sin duda el hombre desertó cuando, oyendo las palabras del seductor, se apartó del amor del Creador. Pero cuando el Dios omnipotente, redimiendo, se mostró al hombre incluso corporalmente, él mismo, por así decirlo, siguiendo las huellas de su fugitivo, vino como lugar para retener al hombre que había perdido. Pues si de ningún modo el Creador pudiera llamarse lugar, el Salmista alabando a Dios no diría: Los hijos de tus siervos habitarán allí (Sal 101, 29). Pues no decimos "allí", sino cuando designamos un lugar específicamente. Pero hay muchísimos que incluso después de haber percibido el auxilio del Redentor se devuelven a las tinieblas de la desesperación; y tanto más inicuamente perecen, cuanto más desprecian también los remedios ofrecidos de la misericordia. Rectamente, por tanto, se dice del hombre condenado: Ni lo conocerá más su lugar, porque por su Creador tanto más severamente entonces no es conocido en el juicio, cuanto ahora no es revocado a la gracia de la reparación ni siquiera por los dones. De donde también ha de notarse sumamente que no dice: Ni conocerá él más su lugar, sino que dice: Ni lo conocerá más su lugar. Pues mientras el conocimiento no se atribuye al hombre, sino al lugar, patentemente el mismo Creador es designado con el nombre de lugar, el cual, viniendo severo al examen último, dirá a los que perseveran en la iniquidad: No os conozco de dónde sois (Lc 13, 25). Pero todos los elegidos, cuanto más consideran que los réprobos son repelidos severamente, tanto más solícitamente se purgan cada día de las suciedades de la iniquidad perpetrada. Cuando ven a otros que han de perecer enfriarse del amor de la vida, estudiosamente se encienden a los lamentos de la penitencia. De donde también aptamente se añade:

CAPÍTULO XX.

VERS. 11.---Por lo cual yo tampoco perdonaré a mi boca.

36. Los elegidos previenen la ira del juez en la confesión.---Ciertamente perdona a su boca el que se avergüenza de confesar el mal que hizo. Pues poner la boca en el trabajo es ocupar esta para la confesión de la iniquidad perpetrada. Pero el justo no perdona a su boca, porque previniendo la ira del juez severo, se ensaña contra sí con las palabras de su propia confesión. De aquí dice el Salmista: Prevengamos su rostro en la confesión (Sal 94, 2).

Hinc per Salomonem dicitur: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur; qui autem confessus fuerit et dereliquerit ea, misericordiam consequetur (Prov. XXVIII, 13). Hinc rursum scriptum est: Justus in principio accusator est sui (Prov. XVIII, 17). Sed nequaquam ad confessionem os panditur, nisi cum consideratione districti judicii per pavorem spiritus angustatur. Unde et apte mox subditur:

Caput XXI

[Rec. XI].

IBID.---Loquar in tribulatione spiritus mei.

37. Peccatorum confessionem comitari debet poenitentiae luctus.---Tribulatio quippe spiritus linguam commovet, ut reatum pravi operis vox confessionis impugnet. Sciendum quoque est quia saepe et reprobi peccata confitentur, sed deflere contemnunt. Electi autem culpas suas, quas vocibus confessionis aperiunt, districtae animadversionis fletibus insequuntur. Unde bene beatus Job postquam se ori suo non parcere spopondit, tribulationem mox spiritus subdidit. Ac si aperte fateretur, dicens: Sic reatum lingua loquitur, ut nequaquam expers a moeroris stimulo per alia spiritus vagetur: sed culpas loquens, vulnus aperio; culpas vero ad correctionem cogitans, salutem vulneris ex medicamine moeroris quaero. Qui enim mala quidem quae perpetravit insinuat, sed flere quae insinuaverit recusat, quasi subducta veste vulnus detegit, sed torpenti mente medicamentum vulneri non apponit. Confessionis igitur vocem solus necesse est ut moeror excutiat, ne vulnus proditum, sed neglectum, quo licentius jam per humanam notitiam tangitur, deterius putrescat. Quo contra Psalmista plagam cordis non solum detexerat, sed detectae etiam medicamentum moeroris adhibebat, dicens: Iniquitatem meam ego pronuntio, et cogitabo pro peccato meo (Psal. XXXVII, 19). Pronuntiando enim occultum vulnus detegit, cogitando autem quid aliud quam medicamentum vulneri apponit? [Vet. XVI.] Sed afflictae menti, et sua sollicite damna cogitanti, rixa pro semetipsa oritur contra semetipsam. Nam cum se ad lamenta poenitentiae instigat, occulta se increpatione dilaniat. Unde et apte mox subditur:

CAPUT XXII.

IBID.---Confabulabor cum amaritudine animae meae.

De aquí se dice por Salomón: Quien esconde sus crímenes, no será enderezado; pero quien los hubiere confesado y abandonado, alcanzará misericordia (Prov 28, 13). De aquí de nuevo está escrito: El justo al principio es acusador de sí mismo (Prov 18, 17). Pero de ningún modo se abre la boca para la confesión, sino cuando por la consideración del juez severo es estrechada por el pavor del espíritu. De donde también aptamente se añade luego:

Capítulo XXI

[Rec. XI].

IBÍD.---Hablaré en la tribulación de mi espíritu.

37. A la confesión de los pecados debe acompañar el luto de la penitencia.--- Ciertamente la tribulación del espíritu mueve la lengua, para que la voz de la confesión impugne el reato de la obra perversa. Se ha de saber también que a menudo incluso los réprobos confiesan los pecados, pero desprecian deplorarlos. Los elegidos, en cambio, persiguen sus culpas, las cuales abren con voces de confesión, con los llantos de la severa animadversión. De donde bien el bienaventurado Job, después de que prometió no perdonar a su boca, añadió al punto la tribulación del espíritu. Como si confesara abiertamente, diciendo: De tal modo habla la lengua el reato, que de ningún modo, libre del estímulo del pesar, vague el espíritu por otras cosas; sino que hablando las culpas, abro la herida; pero pensando las culpas para la corrección, busco la salud de la herida por el medicamento del pesar. Pues el que ciertamente insinúa los males que perpetró, pero rehúsa llorar lo que insinuó, como retirada la vestidura descubre la herida, pero con mente torpe no aplica el medicamento a la herida. Es necesario, por tanto, que solo el pesar arranque la voz de la confesión, no sea que la herida manifestada, pero descuidada, por lo cual ya se toca más lícitamente por el conocimiento humano, se pudra más gravemente. Por el contrario, el Salmista no solo había descubierto la llaga del corazón, sino que aplicaba también el medicamento del pesar a la descubierta, diciendo: Yo anuncio mi iniquidad, y pensaré por mi pecado (Sal 37, 19). Pues anunciando descubre la herida oculta, pero pensando ¿qué otra cosa sino que aplica el medicamento a la herida? [Vet. XVI.] Pero para la mente afligida, y que piensa solícitamente en sus daños, surge una riña por sí misma contra sí misma. Pues cuando se instiga a sí misma a los lamentos de la penitencia, se desgarra a sí misma con una secreta reprensión. De donde también aptamente se añade luego:

CAPÍTULO XXII.

IBÍD.---Hablaré con la amargura de mi alma.

38. Compuncta mens multa in se detegit deflenda. Recolit quot Dei donis quam fuerit ingrata.---Pavore namque divini judicii afflicti, dum quaedam male gesta plangimus, ipsa vi nostrae amaritudinis ad discutiendos nos vigilantius excitati, alia in nobis etiam quae amplius defleamus, invenimus. Nam saepe quod torpentes latuit, flentibus subtilius innotescit; et afflicta mens certius invenit malum quod fecerat et nesciebat, eique rixa sua verius aperit, quantum a veritatis pace deviavit, quia reatum suum, cujus secura non meminit, hunc in se commota deprehendit. Succrescens quippe amaritudo poenitentiae, verecundanti cordi importune ingerit illicita quae commisit, districtum contra haec judicem ostendit, suppliciorum minas incutit, pavore animum ferit, pudore confundit, motus illicitos increpat, quietem noxiae securitatis turbat; quae ei conditor bona contulit, quae ipse bonis illius mala respondit enumerat, quod mire ab eo conditus, quod gratuito nutritus, quod rationis substantia in conditione ditatus est, quod conditoris gratia vocatus, quod sequi ipse et vocatus noluit, quod vocantis misericordia nec surdum hunc renitentemque despexit, quod illuminatus donis, quod sua sponte pravis actibus etiam post dona caecatus est, quod a caecitatis suae erroribus paternae sollicitudinis flagellis expiatus, quod a flagellorum doloribus ad salutis gaudia misericordiae medicamento reductus est; quod quibusdam culpis, etsi non gravibus subditus, peccare tamen et inter flagella non desinit; quod peccatorem suum superna gratia nec contempta dereliquit. Cum igitur afflictam mentem modo per replicationem donorum Dei, modo per improperia actionis suae tanta severitate increpat, habet in corde justorum amaritudo animae linguam suam, quae tanto eis subtilius loquitur, quanto et interius auditur. Unde et nequaquam dicitur: Fabulabor in amaritudine animae meae, sed, Confabulabor cum amaritudine animae meae, quia vis doloris, quae peccata singula reputans, torpentem animum ad lamenta excitat, quasi ad eum verba confabulationis format, in quibus semetipsum correctus inveniat, et ad sui jam custodiam sollicitior exsurgat. Dicat itaque vir justus ex voce sua, et sanctae Ecclesiae typum tenens, dicat ex nostra: Confabulabor cum amaritudine animae meae. Ac si apertius insinuet, dicens: Intus contra me cum cordis mei dolore colloquor, et foris me a verbere judicis abscondo. Sed mens poenitentiae doloribus pressa in semetipsa constringitur, atque a cunctis delectationibus carnis forti cogitatione separatur, ad summa proficere appetit, et tamen adhuc de corruptione corporis contradictionem sentit. Unde et apte mox subditur:

38. La mente compungida descubre en sí muchas cosas que deplorar. Recuerda con cuántos dones de Dios fue ingrata.---Pues afligidos por el pavor del juicio divino, mientras lloramos ciertas cosas mal hechas, excitados más vigilantes a discutirnos por la fuerza misma de nuestra amargura, encontramos en nosotros también otras cosas que deploremos más ampliamente. Pues a menudo lo que estuvo oculto para los torpes, se hace más sutilmente conocido para los que lloran; y la mente afligida encuentra más ciertamente el mal que había hecho y no sabía, y su propia riña le abre más verdaderamente cuánto se desvió de la paz de la verdad, porque su propio reato, del cual segura no se acordaba, lo encuentra en sí conmovida. Pues la amargura de la penitencia que va creciendo, aporta importunamente al corazón avergonzado las cosas ilícitas que cometió, muestra contra estas al juez severo, incute amenazas de suplicios, hiere el ánimo con el pavor, lo confunde con el pudor, reprende los movimientos ilícitos, turba la quietud de la nociva seguridad; enumera qué bienes le confirió el Creador, qué males respondió él mismo a sus bienes, que maravillosamente fue creado por él, que gratuitamente fue nutrido, que fue enriquecido con la sustancia de la razón en su condición, que fue llamado por la gracia del Creador, que él mismo aun llamado no quiso seguir, que la misericordia del que llamaba ni siquiera lo despreció sordo y resistente, que fue iluminado por los dones, que por su propia voluntad fue cegado por actos perversos incluso después de los dones, que fue expiado de los errores de su ceguera por los azotes de la paterna solicitud, que de los dolores de los azotes fue reducido a los gozos de la salud por el medicamento de la misericordia; que sometido a ciertas culpas, aunque no graves, sin embargo no deja de pecar incluso entre los azotes; que la gracia celestial no abandonó a su pecador ni siquiera despreciada. Cuando por tanto reprende a la mente afligida, ya por la replicación de los dones de Dios, ya por los reproches de su propia acción con tanta severidad, tiene en el corazón de los justos la amargura del alma su propia lengua, la cual tanto más sutilmente les habla, cuanto más interiormente es oída. De donde también de ningún modo se dice: Hablaré en la amargura de mi alma, sino, Hablaré con la amargura de mi alma, porque la fuerza del dolor, que reputando cada pecado, excita el ánimo torpe a los lamentos, forma como para él palabras de confabulación, en las cuales se encuentre a sí mismo corregido, y surja ya más solícito para su propia custodia. Diga, pues, el varón justo por su voz, y teniendo el tipo de la santa Iglesia, diga por la nuestra: Hablaré con la amargura de mi alma. Como si insinuara más abiertamente, diciendo: Por dentro hablo contra mí con el dolor de mi corazón, y por fuera me escondo del azote del juez. Pero la mente oprimida por los dolores de la penitencia es constreñida en sí misma, y es separada de todas las delectaciones de la carne por un fuerte pensamiento, apetece progresar hacia lo sumo, y sin embargo siente todavía la contradicción de la corrupción del cuerpo. De donde también aptamente se añade luego:

CAPUT XXIII.

VERS. 12.---Nunquid mare sum ego, aut cetus, quia circumdedisti me carcere?

39. Carcere constringuntur homo, diabolus, carnales; cum quod volunt implere non valent.---Carcere homo circumdatur, quia plerumque et virtutum provectibus ad alta exsurgere nititur, et tamen carnis suae corruptione praepeditur. Qua bene exui Psalmista deprecatur, dicens: Educ de carcere animam meam, ad confitendum nomini tuo (Psal. CXLI, 8). Quid vero appellatione maris, nisi corda carnalium tumidis cogitationibus fluctuosa; quid autem ceti nomine, nisi antiquus hostis exprimitur? Qui dum mentes saecularium possidendo penetrat, quasi in eorum lubrica cogitatione natat. Sed cetus carcere stringitur, quia malignus spiritus, in inferioribus dejectus, ne ad coelestia evolare praevaleat, poenae suae pondere coarctatur, Petro attestante, qui ait: Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in judicium cruciandos reservari (II Petr. II, 4). Cetus carcere astringitur, quia tentare bonos quantum desiderat prohibetur. Carcere quoque mare circumdatur, quia carnalium mentium tumida insanaque desideria ad peragenda mala quae appetunt impossibilitatis suae angustia gravantur. Saepe enim dominari melioribus concupiscunt; sed tamen eis, divino judicio cuncta mirabiliter disponente, substrati sunt. Nocere bonis elati desiderant, et tamen subjecti ab eis solatia sperant. Pro explendis voluptatibus carnis longaevitatem vitae praesentis cupiunt, sed tamen ab ea sub celeritate rapiuntur. De quibus bene per Psalmistam dicitur: Statuit aquas quasi in utre (Psal. LXXVII, 13). Aquae quippe in utre sunt cum lubrica eorum desideria, quia operis effectum non inveniunt, sub carnali corde deprimuntur. Cetus ergo ac mare circumdatione premitur carceris, quia vel malignus spiritus, vel sequaces illius, in quorum se mentibus colligit, atque in eis undas tumentium cogitationum volvit, ut implere mala quae appetunt nequeant, superna eos districtio angustat.

[Vet. XVII, Rec. XII.] 40. Idem se pati queruntur justi. Non prae tumore, sed amore veritatis.---Sancti autem viri, quo mundiori corde coelestium arcana considerant, auctis ad haec quotidie ardoribus anhelant. Ibi jam plene satiari desiderant, unde adhuc parum aliquid ore contemplationis degustant.

CAPÍTULO XXIII.

VERS. 12.---¿Acaso soy yo el mar, o un cetáceo, porque me has rodeado con una cárcel?

39. El hombre, el diablo, los carnales, son constreñidos por una cárcel; cuando no pueden cumplir lo que quieren.---El hombre es rodeado con una cárcel, porque muchísimas veces tanto se esfuerza por surgir a lo alto por los progresos de las virtudes, como sin embargo es impedido por la corrupción de su carne. De la cual bien el Salmista depreca ser despojado, diciendo: Saca de la cárcel mi alma, para confesar a tu nombre (Sal 141, 8). Pero ¿qué se expresa con la apelación del mar, sino los corazones de los carnales fluctuantes por tumidos pensamientos; qué, en cambio, con el nombre de cetáceo, sino el antiguo enemigo? El cual, mientras penetra las mentes de los seculares poseyéndolas, nada como en el lubricidad de su pensamiento. Pero el cetáceo es constreñido por una cárcel, porque el espíritu maligno, arrojado a los lugares inferiores, para que no prevalezca para volar a las cosas celestiales, es coartado por el peso de su pena, atestiguándolo Pedro, quien dice: Dios no perdonó a los ángeles que pecaban, sino que arrastrados por las cuerdas del infierno al tártaro los entregó para ser reservados para ser atormentados en el juicio (2 Pe 2, 4). El cetáceo es constreñido por una cárcel, porque se le prohíbe tentar a los buenos tanto cuanto desea. También el mar es rodeado por una cárcel, porque los tumidos e insanos deseos de las mentes carnales son gravados por la angustia de su propia imposibilidad para llevar a cabo los males que apetecen. Pues a menudo desean dominar a los mejores; pero sin embargo les están sometidos, disponiéndolo todo maravillosamente el juicio divino. Los elados desean dañar a los buenos, y sin embargo sometidos esperan de ellos consuelos. Para cumplir las voluptuosidades de la carne desean la longevidad de la vida presente, pero sin embargo son arrebatados de ella bajo celeridad. De los cuales bien se dice por el Salmista: Estableció las aguas como en un odre (Sal 77, 13). Pues las aguas están en un odre cuando sus lúbricos deseos, porque no encuentran el efecto de la obra, son deprimidos bajo el corazón carnal. El cetáceo, por tanto, y el mar son oprimidos por la circundación de la cárcel, porque o el espíritu maligno, o sus seguidores, en cuyas mentes se recoge, y revuelve en ellos las ondas de los tumidos pensamientos, para que no puedan cumplir los males que apetecen, la severidad suprema los estrecha.

[Vet. XVII, Rec. XII.] 40. Lo mismo se quejan de padecer los justos. No por tumor, sino por amor de la verdad.---Pero los varones santos, cuanto más con corazón limpio consideran los arcanos de las cosas celestiales, tanto más anhelan hacia ellos con ardores aumentados cada día. Allí ya desean ser plenamente saciados, de donde todavía degustan algo pequeño con la boca de la contemplación.

Perfecte cupiunt carnis stimulum subdere, nihil in cogitatione illicitum de ejus jam corruptione tolerare; sed quia scriptum est: Corpus quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem (Sap. IX, 15), intentione jam quidem ultra semetipsos eminent, sed tamen, adhuc infirmitatis suae incertis motibus subditi, corruptionis se carcere clausos dolent. Ait ergo: Nunquid mare sum ego, aut cetus, quia circumdedisti me carcere? Ac si aperte diceret: Mare vel cetus, iniqui videlicet, eorumque auctor malignus spiritus, quia effrenari ad solam perpetrandae iniquitatis licentiam appetunt, recte poenae suae carcere constsringuntur. Ego autem, qui jam aeternitatis tuae libertatem desidero, cur adhuc meae carcere corruptionis premor? Quod tamen nec a justis superbe requiritur, quia, amore veritatis accensi, infirmitatis suae angustias transgredi perfecte concupiscunt; nec ab auctore justorum injuste disponitur, quia electorum suorum vota differens cruciat, crucians purgat, ut ad percipiendum quod desiderant quandoque melius ex dilatione convalescant. Electi autem quousque ab intima quiete differuntur, ad cor suum redeunt; ibique, a carnis suae tumultibus absconsi, quasi amoenissimum secretum petunt. Sed in eo saepe tentationis aculeos sentiunt, carnis incentiva patiuntur; et ibi gravissimos labores inveniunt, ubi magnam requiem a labore quaesierant. Unde sanctus vir post insinuatum corruptionis suae carcerem, ad quieta cordis spatia redire festinans, quia eamdem rixam et in intimis invenit quam ab exterioribus fugit, protinus subdit, dicens:

Caput XXIV

[Rec. XIII].

VERS. 13, 14.---Si dixero, consolabitur me lectulus meus, et relevabor loquens mecum in stratu meo; terrebis me per somnia, et per visiones horrore concuties.

41. Justus ab exterioribus ad cor redit, nec ibi requiem invenit. Judiciorum Dei terrore turbatur.--- In sacro namque eloquio lectulus, cubile, vel stratum, secretum solet cordis intelligi. Hinc est enim quod sub uniuscujusque animae specie sponsa, occultis stimulis sancti amoris excitata, in Canticis canticorum dicit: In lectulo meo per noctes quaesivi quem diligit anima mea (Cant. III, 1). In lectulo quippe et per noctem dilectus quaeritur, quia nimirum invisibilis conditoris species, repressa omni corporeae visionis imagine, in cubili cordis invenitur.

Desean perfectamente someter el estímulo de la carne, no tolerar nada ilícito en el pensamiento de su ya corrupción; pero porque está escrito: El cuerpo que se corrompe agrava el alma, y la habitación terrena deprime el sentido que piensa muchas cosas (Sab 9, 15), por la intención ya ciertamente descuellan sobre sí mismos, pero sin embargo, todavía sometidos a los inciertos movimientos de su propia enfermedad, se duelen de estar encerrados por la cárcel de la corrupción. Dice, pues: ¿Acaso soy yo el mar, o un cetáceo, porque me has rodeado con una cárcel? Como si dijera abiertamente: El mar o el cetáceo, a saber los inicuos, y su autor el espíritu maligno, porque desean desenfrenarse para la sola licencia de perpetrar la iniquidad, rectamente son constreñidos por la cárcel de su pena. Yo, en cambio, que ya deseo la libertad de tu eternidad, ¿por qué todavía soy oprimido por la cárcel de mi corrupción? Lo cual, sin embargo, ni es requerido soberbiamente por los justos, porque, encendidos por el amor de la verdad, desean perfectamente transgredir las angustias de su propia enfermedad; ni es dispuesto injustamente por el autor de los justos, porque difiriendo tortura los votos de sus elegidos, torturando purga, para que para percibir lo que desean alguna vez convalezcan mejor por la dilación. Pero los elegidos, mientras son diferidos de la íntima quietud, vuelven a su corazón; y allí, escondidos de los tumultos de su carne, buscan como un secretísimo amenísimo. Pero en él a menudo sienten los aguijones de la tentación, padecen los incentivos de la carne; y allí encuentran gravísimos trabajos, donde habían buscado gran descanso del trabajo. De donde el varón santo, después de la insinuada cárcel de su corrupción, apresurándose a volver a los espacios quietos del corazón, porque encuentra la misma riña incluso en lo íntimo que huye de lo exterior, al punto añade, diciendo:

Capítulo XXIV

[Rec. XIII].

VERS. 13, 14.---Si dijere, me consolará mi lecho, y seré aliviado hablando conmigo en mi cama; me aterrarás por sueños, y por visiones me sacudirás con horror.

41. El justo vuelve de lo exterior al corazón, ni encuentra allí descanso. Es turbado por el terror de los juicios de Dios.---En efecto, en la sagrada elocuencia (*sacro eloquio*) el lecho, el cubículo o la cama, suele entenderse como el secreto del corazón. Pues de aquí es que, bajo la especie de cada alma, la esposa, excitada por los ocultos estímulos del santo amor, dice en el Cantar de los cantares: En mi lecho por las noches busqué al que ama mi alma (Cant. 3, 1). Porque en el lecho y por la noche se busca al amado, ya que ciertamente la especie del invisible Creador, reprimida toda imagen de visión corporal, se encuentra en el cubículo del corazón.

Unde et eisdem suis dilectoribus Veritas dicit: Regnum Dei intra vos est (Luc. XVII, 21). Et rursum: Si ego non abiero, Paraclitus non veniet (Joan. XVI, 7). Ac si aperte diceret: Si ab intentionis vestrae oculis corpus non subtraho, ad intellectum vos invisibilem per consolatorem Spiritum non perduco. Hinc de justis per Psalmistam dicitur: Exsultabunt sancti in gloria, laetabuntur in cubilibus suis (Psal. CXLIX, 5), quia scilicet cum mala ab exterioribus fugiunt, securi intra mentium secreta gloriantur. Nam tunc laetitia cordium erit perfecta cum carnis exterius pugna non fuerit. Nam quousque caro illicit, quia quasi domus nostrae paries quatitur, etiam cubile turbatur. Unde et recte per eumdem Psalmistam dicitur: Universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus (Psal. XL, 4), quia dum nos tentatio carnis concutit, tremefacta nostra infirmitas etiam mentis cubile confundit. Quid vero hoc loco somnia vel visiones accipimus, nisi imaginationes ultimi districtique examinis? quod jam utcunque per timorem cernimus, sed tamen ut est veraciter non videmus. Sancti itaque viri, ut diximus, ad cordis semper secreta redeunt, cum ab hoc mundo vel ultra votum prospera, vel ultra vires adversa patiuntur; atque, externis laboribus fessi, quasi stratum vel lectulum, cubilia mentis petunt. Sed dum quibusdam imaginationibus cogitationum quam sint subtilia divina judicia conspiciunt, quasi in ipsa strati sui requie somnii visione turbantur. Contemplantur enim quam districtus judex veniat, qui, dum vi immensae magnitudinis cordium secreta illuminat, omnes ante oculos culpas reducat. Pensant quanta illa sit verecundia, in conspectu tunc totius humani generis, angelorum omnium, archangelorumque confundi. Perpendunt qui post confusionem cruciatus maneat, cum et reatus animum immortaliter morientem et indeficienter deficientem carnem gehenna consumat. Cum itaque tam pavida imaginatione mens quatitur, quid aliud quam in stratu triste somnium videtur? Dicat ergo: Si dixero Consolabitur me lectulus meus, et relevabor loquens mecum in stratu meo, terrebis me per somnia, et per visiones horrore concuties. Ac si aperte fateatur, dicens: Si, exteriora fugiens, introrsus redeo, et utcunque requiescere in cordis cubili concupisco, ibi me, dum districtionis tuae contemplationi objicis, vehementer per ipsas meae providentiae imaginationes terres. Bene autem dicitur: Et relevabor, loquens mecum in stratu meo, quia nimirum cum ad mentis nostrae silentium fessi revertimur, quasi in stratu colloquentes, occulta intra nos cogitationum verba versamus. Sed haec ipsa nostra collocutio in pavorem vertitur, quia ex illa vehementius intellectus nobis, qui terrorem judicis intentet in mente aperitur.

De donde también a sus mismos amadores la Verdad dice: El reino de Dios está dentro de vosotros (Luc. 17, 21). Y de nuevo: Si yo no me fuere, el Paráclito no vendrá (Juan 16, 7). Como si dijera abiertamente: Si de los ojos de vuestra intención no retiro el cuerpo, al entendimiento invisible no os conduzco por el Espíritu Consolador (*consolatorem Spiritum*). De aquí que se diga de los justos por el Salmista: Exultarán los santos en gloria, se alegrarán en sus cubículos (Salm. 149, 5), porque a saber, cuando huyen de los males de lo exterior, se glorían seguros dentro de los secretos de las mentes. Pero entonces la alegría de los corazones será perfecta cuando no hubiere combate de la carne al exterior. Pues mientras la carne incita, porque como si la pared de nuestra casa se sacudiera, también el cubículo se turba. De donde también rectamente se dice por el mismo Salmista: Toda su cama mudaste en su enfermedad (Salm. 40, 4), porque mientras la tentación de la carne nos sacude, nuestra estremecida enfermedad confunde incluso el cubículo de la mente. Pero ¿qué tomamos en este lugar por sueños o visiones, sino las imaginaciones del último y estrecho examen? que ya de algún modo discernimos por el temor, pero sin embargo no vemos tal como es verdaderamente. Así pues, los varones santos, como hemos dicho, vuelven siempre a los secretos del corazón, cuando padecen de este mundo o prosperidad más allá de su deseo, o adversidad más allá de sus fuerzas; y, cansados por los trabajos externos, buscan los cubículos de la mente como cama o lecho. Pero mientras por ciertas imaginaciones de los pensamientos contemplan cuán sutiles son los juicios divinos, como en el mismo descanso de su cama son turbados por la visión del sueño. Pues contemplan cuán estrecho viene el juez, quien, mientras por la fuerza de su inmensa magnitud ilumina los secretos de los corazones, reduce ante los ojos todas las culpas. Piensan cuán grande sea aquella vergüenza, el ser confundido entonces a la vista de todo el género humano, de todos los ángeles y de los arcángeles. Consideran qué tormento queda después de la confusión, cuando la gehena consume tanto al alma culpable que muere inmortalmente como a la carne que desfallece sin faltar. Cuando por tanto la mente es sacudida por tan pávida imaginación, ¿qué otra cosa se ve sino un triste sueño en la cama? Diga pues: Si dijere Me consolará mi lecho, y seré aliviado hablando conmigo en mi cama, me aterrarás por sueños, y por visiones me sacudirás con horror. Como si abiertamente confesara, diciendo: Si, huyendo de lo exterior, vuelvo al interior, y de algún modo deseo descansar en el cubículo del corazón, allí me aterras vehementemente por las mismas imaginaciones de mi providencia, mientras me opones a la contemplación de tu estrechez (*districtionis*). Pero bien se dice: Y seré aliviado, hablando conmigo en mi cama, porque ciertamente cuando volvemos cansados al silencio de nuestra mente, como hablando en la cama, revolvemos las ocultas palabras de los pensamientos dentro de nosotros. Pero esta misma confabulación nuestra se vuelve en pavor, porque de ella se nos abre más vehementemente el entendimiento, que intente el terror del juez en la mente.

[Vet. XVIII.] 42. Somniorum sex causae.---Ne quis vero haec studeat juxta litteram perscrutari, exquirendum magnopere est quot modis tangant animum imagines somniorum. Aliquando namque somnia ventris plenitudine, vel inanitate, aliquando vero illusione, aliquando cogitatione simul et illusione, aliquando revelatione, aliquando autem cogitatione simul et revelatione generantur. Sed duo quae prima diximus omnes experimento cognoscimus, subjuncta autem quatuor in sacrae Scripturae paginis invenimus. Somnia etenim nisi plerumque ab occulto hoste per illusionem fierent, nequaquam hoc vir sapiens indicaret dicens: Multos errare fecerunt somnia, et illusiones vanae (Eccli. XXXIV, 7). Vel certe: Non augurabimini, nec observabitis somnia (Levit. XIX, 26). Quibus profecto verbis, cujus sint detestationis ostenditur quae auguriis conjunguntur. Rursum nisi aliquando ex cogitatione simul et illusione procederent, Salomon minime dixisset: Multas curas sequuntur somnia (Eccle. V, 2). Et nisi aliquando somnia ex mysterio revelationis orirentur, Joseph praeferendum se fratribus somnio non videret (Genes. XXXVII, 7), nec Mariae sponsum ut, ablato puero, in Aegyptum fugeret per somnium angelus admoneret (Matth. II, 13, 14). Rursum nisi aliquando somnia cogitatione simul et revelatione procederent, nequaquam Daniel propheta, Nabuchodonosor visionem disserens, a radice cogitationis inchoasset: Tu rex cogitare coepisti in stratu tuo quid esset futurum post haec, et qui revelat mysteria ostendit tibi quae ventura sunt (Dan. II, 29). Et paulo post: Videbas, et ecce quasi statua una grandis, statua illa magna, et statura sublimis stabat contra te (Ibid., 31), etc. Daniel itaque dum somnium adimplendum reverenter insinuat, et ex qua ortum sit cogitatione manifestat, patenter ostenditur quia hoc plerumque ex cogitatione simul et revelatione generatur.

43. Somniis nos facile credendum. Cur daemon sanctorum corda somniis afficere sinatur. Sed nimirum cum somnia tot rerum qualitatibus alternent, tanto eis credi difficilius debet, quanto et ex quo impulsu veniant, facilius non elucet. Saepe namque malignus spiritus his quos amore vitae praesentis vigilantes intercipit prospera etiam dormientibus promittit; et quos formidare adversa considerat, eis haec durius somnii imaginibus intentat, quatenus indiscretam mentem diversa qualitate afficiat, eamque aut spe sublevans, aut deprimens timore, confundat.

[Vet. XVIII.] 42. Seis causas de los sueños.---Para que nadie se dedique a escudriñar estas cosas según la letra, se ha de inquirir grandemente en cuántos modos tocan a la mente las imágenes de los sueños. Pues a veces los sueños se generan por la plenitud o la vacuidad del vientre, pero a veces por la ilusión, a veces por el pensamiento y la ilusión al mismo tiempo, a veces por la revelación, pero a veces por el pensamiento y la revelación juntos. Pero los dos que primero dijimos todos los conocemos por experiencia, pero los cuatro siguientes los encontramos en las páginas de la Sagrada Escritura. Pues si los sueños no se hicieran frecuentemente por el enemigo oculto a través de la ilusión, de ningún modo el varón sabio indicaría esto diciendo: Muchos hicieron errar los sueños, e ilusiones vanas (Ecli. 34, 7). O ciertamente: No agoraréis, ni observaréis sueños (Lev. 19, 26). Con cuyas palabras ciertamente se muestra de qué detestación son las cosas que se unen a los augurios. De nuevo, si a veces no procedieran del pensamiento y la ilusión al mismo tiempo, Salomón mínimamente habría dicho: A muchos cuidados siguen los sueños (Ecl. 5, 1). Y si a veces los sueños no nacieran del misterio de la revelación, José no vería por un sueño que había de ser preferido a sus hermanos (Gén. 37, 7), ni el ángel amonestaría al esposo de María por un sueño para que, tomado el niño, huyera a Egipto (Mat. 2, 13. 14). De nuevo, si a veces los sueños no procedieran del pensamiento y la revelación al mismo tiempo, de ningún modo el profeta Daniel, al disertar sobre la visión de Nabucodonosor, habría comenzado desde la raíz del pensamiento: Tú, rey, comenzaste a pensar en tu cama qué sería el futuro después de esto, y el que revela los misterios te mostró las cosas que han de venir (Dan. 2, 29). Y un poco después: Veías, y he aquí como una estatua grande, aquella estatua magna, y de estatura sublime estaba contra ti (Ibíd. 31), etc. Así pues, mientras Daniel insinúa reverentemente el sueño que ha de cumplirse, y manifiesta de qué pensamiento nació, se muestra patentemente que esto frecuentemente se genera del pensamiento y la relación juntos.

43. No hemos de creer fácilmente en los sueños. Por qué se permite al demonio afectar los corazones de los santos con sueños. Pero ciertamente como los sueños alternan con tantas calidades de cosas, tanto más difícilmente debe creerse en ellos, cuanto no brilla fácilmente de qué impulso vienen. Pues a menudo el espíritu maligno promete prosperidades incluso a los que duermen a quienes intercepta despiertos por el amor de la vida presente; y a los que considera que temen adversidades, se las intenta más duramente por las imágenes del sueño, para afectar a la mente indiscreta con diversa calidad, y confundirla, ya sea levantándola por la esperanza, o deprimiéndola por el temor.

Saepe autem eiiam sanctorum corda afficere somniis nititur, ut ab intentione cogitationis solidae, ad tempus saltem momentumque deriventur, quamvis ipsi protinus animum ab illusionis imaginatione discutiant. Sed hostis insidians quo eos vigilantes minime superat, eo dormientes gravius impugnat. Quem tamen haec maligne agere superna dispensatio benigne permittit, ne in electorum cordibus ipse saltem a passionis praemio somnus vacet. Bene ergo rectori omnium dicitur: Si dixero Consolabitur me lectulus meus, et relevabor loquens mecum in stratu meo, terrebis me per somnia, et per visiones horrore concuties, quia nimirum Deus mirabiliter cuncta dispensat, et ipse facit quod malignus spiritus injuste facere appetit, qui hoc fieri nonnisi juste permittit. Sed quia justorum vita et per vigilias tentatione quatitur, et per somnium illusione fatigatur, foris corruptionis suae molestias tolerat, intus apud semetipsam graviter illicitas cogitationes portat, quid est quod faciat, ut pedem cordis a tot scandalorum laqueis evellat? Ecce, beate vir, quanta undique premeris perturbatione cognovimus, sed quod consilium contra hanc invenias audiamus. Sequitur:

Caput XXV

[Rec. XIV].

VERS. 15.---Quamobrem elegit suspendium anima mea, et mortem ossa mea.

44. Remedium est contra mentis anxietatem, ad alta eam ferre.---Quid per animam nisi mentis intentio, quid per ossa nisi carnis fortitudo designatur? Omne autem quod suspenditur procul dubio ab imis elevatur. Anima ergo suspendium eligit, ut ossa moriantur, quia dum mentis intentio ad alta se sublevat, omnem in se fortitudinem vitae exterioris necat. Sancti etenim viri certissime sciunt quia habere in hac vita requiem nequaquam possunt; et idcirco suspendium eligunt, quia nimirum, desideria terrena deserentes, ad alta animum tollunt. Suspensi autem mortem suis ossibus inferunt, quia amore supernae patriae, in virtutum studiis accincti, hoc quod fortes prius in mundo fuerant, vinculo humilitatis insequuntur. Intueri libet quomodo animam Paulus suspenderat, qui dicebat: Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus (Gal II, 20). Et rursum: Desiderium habens dissolvi, et cum Christo esse (Philip. I, 23). Et: Mihi vivere Christus est, et mori lucrum (Ibid., 21).

Pero a menudo intenta afectar incluso los corazones de los santos con sueños, para que se deriven al menos por un tiempo y un momento de la intención del pensamiento sólido, aunque ellos mismos sacudan al punto la mente de la imaginación de la ilusión. Pero el enemigo que acecha, en lo que mínimamente los vence despiertos, en aquello los impugna más gravemente durmiendo. Al cual sin embargo la suprema dispensación (*superna dispensatio*) permite benignamente obrar estas cosas malignamente, para que en los corazones de los elegidos ni siquiera el sueño esté vacante del premio de la pasión. Bien pues se dice al Rector de todos (*rectori omnium*): Si dijere Me consolará mi lecho, y seré aliviado hablando conmigo en mi cama, me aterrarás por sueños, y por visiones me sacudirás con horror, porque ciertamente Dios dispensa maravillosamente todo, y él mismo hace lo que el espíritu maligno desea hacer injustamente, quien permite que esto se haga no sino justamente. Pero porque la vida de los justos tanto es sacudida por la tentación durante las vigilias, como es fatigada por la ilusión a través del sueño, tolera fuera las molestias de su corrupción, dentro lleva gravemente consigo misma pensamientos ilícitos, ¿qué es lo que haga para arrancar el pie del corazón de tantos lazos de escándalos? He aquí, varón bienaventurado, con cuánta perturbación hemos conocido que eres oprimido por todas partes, pero oigamos qué consejo encuentras contra esto. Sigue:

Capítulo XXV

[Rec. XIV].

VERS. 15.---Por lo cual eligió la suspensión mi alma, y la muerte mis huesos.

44. Es remedio contra la ansiedad de la mente, el llevarla a lo alto.---¿Qué se designa por el alma sino la intención de la mente, qué por los huesos sino la fortaleza de la carne? Pero todo lo que es suspendido, sin duda alguna es elevado de lo más bajo. El alma por tanto elige la suspensión, para que los huesos mueran, porque mientras la intención de la mente se eleva a lo alto, mata en sí toda la fortaleza de la vida exterior. Pues los varones santos saben ciertísimamente que de ningún modo pueden tener descanso en esta vida; y por ello eligen la suspensión, porque ciertamente, desertando de los deseos terrenos, levantan el ánimo a lo alto. Pero suspendidos infieren la muerte a sus huesos, porque por el amor de la patria suprema (*supernae patriae*), ceñidos en los estudios de las virtudes, persiguen con el vínculo de la humildad aquello que antes habían sido fuertes en el mundo. Agrada mirar cómo Pablo había suspendido su alma, el cual decía: Pero vivo yo, ya no yo, sino que vive en mí Cristo (Gál. 2, 20). Y de nuevo: Teniendo deseo de ser disuelto, y estar con Cristo (Filip. 1, 23). Y: Para mí el vivir es Cristo, y el morir ganancia (Ibíd. 21).

Qui, gesta terrenae fortitudinis ad memoriam revocans, quasi quaedam in se ossa numerabat, dicens: Hebraeus ex Hebraeis, secundum legem Pharisaeus, secundum aemulationem persequens Ecclesiam Dei (Philip. III, 5, 6). Sed suspendio animae, quia haec in se ossa interficit, protinus asserit, qui subjungit: Sed quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimenta (Ibid., 7). Quae adhuc ossa in semetipso insinuat vehementius exstincta, cum subdit: Propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror ut stercora (Ibid., 8). Mortuis vero ossibus quam exanimis pendeat ostendit, qui illico subjungit, dicens: Ut Christum lucrifaciam, et inveniar in illo non habens meam justitiam, quae ex lege est, sed eam quae ex fide est Jesu Christi (Ibid. 9). Sed quia collatis ejus testimoniis Paulum ad alta suspensum, mundo mortuum, testati sumus, nunc beatum Job si, plenus eodem spiritu, exterioris vitae concupiscentiam fugiat ostendamus. Sequitur:

Caput XXVI

[Vet. XIX, Rec. XV].

VERS. 16.---Desperavi, nequaquam ultra jam vivam.

45. Justi alii terrena possident, alii abdicant.---Sunt nonnulli justorum qui sic coelestia appetunt, ut tamen a terrenorum spe minime frangantur. Largita divinitus patrimonia ad necessitatis subsidium possident, honores sibi temporaliter impensos tenent, aliena non ambiunt, suis licite utuntur. Qui tamen ab eisdem rebus quas habent alieni sunt, quia ad haec ipsa quae possident ex desiderio non tenentur. Et sunt nonnulli justorum qui, ad comprehendendum culmen perfectionis accincti, dum altiora interius appetunt, exterius cuncta derelinquunt; qui rebus se habitis nudant, gloria honoris exspoliant; qui internorum desiderio per assiduitatem se amici moeroris afficiunt, habere de exterioribus consolationem nolunt; qui internis gaudiis dum mente appropiant, vitam in se funditus corporeae delectationis necant. Talibus namque per Paulum dicitur: Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo (Col. III, 3). Horum vocem Psalmista expresserat, cum dicebat: Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini (Psal. LXXXIII, 3). Concupiscunt enim, sed non deficiunt, qui jam quidem coelestia appetunt, sed adhuc tamen a terrenorum delectationibus minime lassantur. Concupiscit vero et in Dei atria deficit, qui, cum aeterna desiderat, in amore temporalium non perdurat. Hinc Psalmista iterum dicit: Defecit in salutari tuo anima mea (Psal. CXVIII, 81). Hinc per semetipsam Veritas admonet, dicens: Si quis vult post me venire abneget semetipsum (Luc. IX, 23).

El cual, revocando a la memoria las gestas de la fortaleza terrena, contaba como ciertos huesos en sí mismo, diciendo: Hebreo de hebreos, según la ley fariseo, según el celo persiguiendo a la Iglesia de Dios (Filip. 3, 5. 6). Pero por la suspensión del alma, porque mata estos huesos en sí, al punto afirma, quien añade: Pero las cosas que me fueron ganancias, estas las he arbitrado como detrimento por Cristo (Ibíd. 7). Cuantos huesos insinúa en sí mismo más vehementemente extintos, cuando añade: Por el cual todo lo he hecho detrimento, y lo arbitro como estiércol (Ibíd. 8). Pero con los huesos muertos muestra cuán exánime pende, quien allí mismo añade diciendo: Para ganar a Cristo, y ser encontrado en él no teniendo mi justicia, que es de la ley, sino aquella que es por la fe de Jesucristo (Ibíd. 9). Pero porque comparados sus testimonios hemos testificado que Pablo estaba suspendido a lo alto, muerto al mundo, mostremos ahora si el bienaventurado Job, lleno del mismo espíritu, huye de la concupiscencia de la vida exterior. Sigue:

Capítulo XXVI

[Vet. XIX, Rec. XV].

VERS. 16.---He desesperado, ya no viviré más.

45. Unos justos poseen las cosas terrenas, otros las renuncian.---Hay algunos de los justos que de tal modo desean las cosas celestiales, que sin embargo mínimamente se quiebran de la esperanza de las terrenas. Poseen los patrimonios largueados divinamente para el subsidio de la necesidad, tienen los honores temporalmente pagados a ellos, no ambicionan lo ajeno, usan lícitamente lo suyo. Los cuales sin embargo son ajenos a las mismas cosas que tienen, porque no son tenidos por el deseo a estas mismas cosas que poseen. Y hay algunos de los justos que, ceñidos para comprender la cumbre de la perfección, mientras desean cosas más altas al interior, abandonan todo al exterior; los cuales se despojan de las cosas que tenían, y se expropian de la gloria del honor; los cuales por el deseo de las cosas internas por la asiduidad se afectan a sí mismos con un amigado pesar (*amici moeroris*), y no quieren tener consolación de lo exterior; los cuales mientras se aproximan con la mente a los goces internos, matan en sí fundadamente la vida de la delectación corpórea. Pues a tales se les dice por Pablo: Porque muertos estáis, y vuestra vida está escondida con Cristo en Dios (Col. 3, 3). El Salmista había expresado la voz de estos, cuando decía: Codicia y desfallece mi alma por los atrios del Señor (Salm. 83, 3). Pues codician, pero no desfallecen, los que ya ciertamente desean las cosas celestiales, pero todavía sin embargo mínimamente se cansan de las delectaciones de las terrenas. Pero codicia y desfallece en los atrios de Dios el que, cuando desea lo eterno, no perdura en el amor de lo temporal. De aquí que el Salmista diga de nuevo: Desfalleció en tu salvación mi alma (Salm. 118, 81). De aquí que por sí misma la Verdad amoneste, diciendo: Si alguno quiere venir en pos de mí, niéguese a sí mismo (Luc. 9, 23).

Et rursum: Nisi quis renuntiaverit omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus (Luc. XIV, 33). Horum igitur numero sanctus vir, divisa a terrenis desideriis mente, se inserit, qui ait: Desperavi, nequaquam ultra jam vivam. Justi quippe desperare est praesentis vitae bona aeternitatis electione deserere, mansura quaerere, et in rebus temporalibus fiduciam non habere. Qui haec agens nequaquam se ultra vivere asserit, quia videlicet vivificatrice morte quotidie a vita se passionis occidit. Absit enim ne vir sanctus de divinae misericordiae largitate desperet, ne gressum cordis a profectu intimi itineris subtrahat, ne, amorem conditoris deserens, quasi a duce destitutus in via remaneat, et confossus gladio latrocinantis desperationis ruat. Sed ne ejus dicta ad nostri intellectus arbitrium videamur violenter inflectere, debemus ex posterioribus praemissa pensare. Quo enim sensu haec dixerit, ipse protinus indicat, qui subjungit:

Caput XXVII

[Rec. XVI].

IBID.---Parce mihi, Domine, nihil enim sunt dies mei.

46. Job bona peritura pia desperatione deseruit, in aeternum mansura expetiit.--- Neque enim duo sibi haec verba conveniunt, desperavi et parce. Nam qui desperat nequaquam jam sibi parci postulat, et qui adhuc sibi parci desiderat profecto minime desperat. Aliunde ergo est quod desperat, aliunde vero quod parci sibi sanctus vir postulat, quia nimirum dum bona vitae transeuntis per desperationem deserit, ad obtinenda quae permanent in spe robustior exsurgit. Desperando itaque melius ad spem veniae ducitur, qui eo certius ventura appetit, quo praesentia verius ex desperatione derelinquit. Et notandum quod, vim nobis sui cordis insinuans, unam quidem de se sententiam protulit, sed hanc tertio insinuando replicavit. Quod enim superius dixerat: Elegit suspendium anima mea, hoc replicans addidit, Desperavi; atque aeterna concupiscendo, et temporalia postponendo, hoc postremo intulit, Parce mihi; et quod superius dixit, Mortem ossa mea, hoc nimirum subdidit, Nequaquam ultra jam vivam; hoc ultimum protulit, Nihil enim sunt dies mei.

Y de nuevo: Si alguno no renunciare a todo lo que posee, no puede ser mi discípulo (Luc. 14, 33). Por tanto, el varón santo, con la mente dividida de los deseos terrenos, se inserta en el número de estos, el cual dice: He desesperado, ya no viviré más. Pues desesperar del justo es desertar de los bienes de la vida presente por la elección de la eternidad, buscar lo que ha de permanecer, y no tener confianza en las cosas temporales. El cual haciendo estas cosas afirma que de ningún modo vivirá más, porque a saber se mata cada día de la vida de la pasión por una muerte vivificante (*vivificatrice morte*). Pues lejos esté que el varón santo desespere de la largueza de la divina misericordia, para que no retire el paso del corazón del provecho del camino íntimo, para que, desertando del amor del Creador, no permanezca en el camino como destituido por el guía, y caiga traspasado por la espada de la desesperación latrocinante. Pero para que no parezcamos inclinar sus dichos violentamente al arbitrio de nuestro entendimiento, debemos pensar lo premiso por lo posterior. Pues en qué sentido haya dicho esto, él mismo al punto lo indica, quien añade:

Capítulo XXVII

[Rec. XVI].

IBÍD.---Perdóname, Señor, porque nada son mis días.

46. Job desertó de los bienes perecederos por una piadosa desesperación, y buscó lo que permanece eternamente.---Pues ni estas dos palabras convienen entre sí, *he desesperado* y *perdona*. Pues el que desespera de ningún modo ya pide que se le perdone, y el que todavía desea que se le perdone ciertamente mínimamente desespera. De una cosa es pues que el varón santo desespera, de otra que pide que se le perdone, porque a saber mientras deserta de los bienes de la vida transeúnte por la desesperación, se levanta más robusto en la esperanza para obtener lo que permanece. Así pues, desesperando es conducido mejor a la esperanza del perdón, el cual tanto más ciertamente desea lo venidero, cuanto más verdaderamente abandona lo presente por la desesperación. Y se ha de notar que, insinuándonos la fuerza de su corazón, profirió ciertamente una sentencia sobre sí, pero repitió esta insinuándola por tercera vez. Pues lo que arriba había dicho: *Eligió la suspensión mi alma,* esto repitiendo añadió, *He desesperado;* y codiciando lo eterno, y posponiendo lo temporal, esto finalmente infirió, *Perdóname;* y lo que arriba dijo, *La muerte mis huesos,* esto ciertamente añadió, *Ya no viviré más;* esto último profirió, *Porque nada son mis días.*

[Vet. XX.] Bene autem dies suos nihil esse considerat, quia, ut paulo superius saepe jam diximus, sancti viri quo verius summa cognoscunt, eo sublimius terrena despiciunt; et idcirco praesentis vitae dies nihil esse conspiciunt, quia illuminatae mentis oculos in consideratione aeternitatis figunt. De qua dum ad se redeunt, quid se esse nisi pulverem agnoscunt, et infirmitatis suae conscii, districte judicari metuunt? Cumque vim tanti vigoris aspiciunt, trepidant examinari quod sunt. Unde et adhuc apte subjungitur:

CAPUT XXVIII.

VERS. 17.---Quid est homo quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum?

47. Sancti suam vilitatem, ac Dei munera et judicia semper considerant.---Hominem Deus magnificat, quia largitate rationis ditat, infusione gratiae visitat, honore collatae virtutis exaltat. Cumque per semetipsum nihil sit, esse tamen eum cognitionis suae participem, benignitatis munere concedit. Sed erga eumdem magnificatum hominem cor suum Dominus apponit, quia post dona judicium exerit, merita subtiliter pensat, vitae pondera vehementer examinat, et tanto ab eo post districtius poenas exigit, quanto hunc impenso munere largius praevenit. Vir igitur sanctus immensitatem supernae majestatis aspiciat, atque ad infirmitatem propriam considerationis oculum reducat. Videat quia caro capere non valet hoc quod de semetipsa Veritas per spiritum docet. Videat quia etiam sublevatus hominis spiritus judicium tolerare non sufficit quod Deus sub examine districtae retributionis intendit, et dicat: Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Ac si aperte exclamet, dicens: Magnificatur homo spiritali munere, sed tamen caro est; et vias ejus post munera districte consideras, sed tamen si remota pietate judicetur, pondus quod de tua subtilitate imminet, ferre nec sublevatus ad justitiam spiritus valet, quia etsi hunc ultra se tua dona dilatant, ad inquisitionem tamen tui districti examinis sua infirmitas angustat. Unde et adhuc apte subjungitur:

Caput XXIX

[Rec. XVII].

VERS. 18.---Visitas eum diluculo, et subito probas illum.

[Vet. XX.] Pero bien considera que sus días son nada, porque, como poco antes ya hemos dicho a menudo, los varones santos cuanto más verdaderamente conocen lo sumo, tanto más sublimemente desprecian lo terreno; y por ello consideran que los días de la vida presente son nada, porque fijan los ojos de la mente iluminada en la consideración de la eternidad. De la cual mientras vuelven a sí mismos, ¿qué se reconocen ser sino polvo, y conscientes de su enfermedad, temen ser juzgados estrechamente? Y cuando miran la fuerza de tanto vigor, trepidan al ser examinados lo que son. De donde también todavía aptamente se añade:

CAPÍTULO XXVIII.

VERS. 17.---¿Qué es el hombre para que lo engrandezcas? ¿o por qué pones tu corazón hacia él?

47. Los santos consideran siempre su propia vileza, y los dones y juicios de Dios.--- Dios engrandece al hombre, porque lo enriquece con la largueza de la razón, lo visita con la infusión de la gracia, lo exalta con el honor de la virtud conferida. Y como por sí mismo nada sea, le concede por el don de la benignidad ser partícipe de su conocimiento. Pero hacia el mismo hombre engrandecido pone el Señor su corazón, porque después de los dones ejerce el juicio, pesa sutilmente los méritos, examina vehementemente los pesos de la vida, y tanto más estrechamente exige de él las penas después, cuanto más largamente lo previno con el don impenso. Mire, pues, el varón santo la inmensidad de la majestad suprema, y reduzca el ojo de la consideración a la propia enfermedad. Vea que la carne no vale para captar esto que la Verdad enseña por el espíritu sobre sí misma. Vea que incluso el espíritu levantado del hombre no basta para tolerar el juicio que Dios intenta bajo el examen de la estrecha retribución, y diga: *¿Qué es el hombre para que lo engrandezcas? ¿o por qué pones tu corazón hacia él?* Como si abiertamente exclamara, diciendo: El hombre es engrandecido por el don espiritual, pero sin embargo es carne; y consideras sus caminos estrechamente después de los dones, pero sin embargo si se juzgara removida la piedad, el peso que de tu sutileza inminente, ni el espíritu levantado a la justicia vale para llevarlo, porque aunque tus dones lo dilatan más allá de sí, sin embargo su enfermedad lo angustia para la inquisición de tu estrecho examen. De donde también todavía aptamente se añade:

Capítulo XXIX

[Rec. XVII].

VERS. 18.---Lo visitas al amanecer, y de repente lo pruebas.

48. Quos donis ditavit Deus, tentationibus probat. Ut quid ex Deo, quid ex se sint, discant. Ideo tunc lubricis cogitationibus turbantur.---Quis nostrum nesciat quia diluculum dicitur cum jam nocturna tempora in claritatem lucis mutantur? Nos itaque noctis tenebris premimur cum perpetratione iniquitatis obscuramur. Sed nox in lucem vertitur cum erroris nostri obscuritas veritatis cognitione irradiatur. Nox in lucem vertitur cum corda nostra justitiae fulgor illuminat, quae caecitas culpae deprimebat. Hoc diluculum discipulorum mentibus oriri Paulus aspexerat cum dicebat: Nox praecessit, dies autem appropinquavit (Rom. XIII, 12). Diluculo ergo nos Dominus visitat, quia erroris nostri tenebras luce suae cognitionis illustrat, contemplationis munere sublevat, in arcem virtutis exaltat. Sed notandum quod Deus postquam diluculo visitat, subito hominem probat, quia et accedendo corda nostra ad virtutes provehit, et recedendo concuti tentatione permittit. Si enim post virtutum munera nulla tentatione concutitur, has se habere animus ex semetipso gloriatur. Ut ergo et firmitatis dona habeat, et infirmitatem suam humiliter agnoscat, per accessum gratiae ad alta sustollitur, et per recessum quid ex semetipso sit probatur. Quod bene nobis ex historia sacrae lectionis innuitur (III Reg. III, 16), qua Salomon et divinitus accepisse sapientiam, et tamen post acceptam eamdem sapientiam meretricum statim pulsatus quaestione memoratur. Mox enim ut tantae revelationis gratiam accepit, certamen turpium mulierum pertulit, quia nimirum saepe cum mentem nostram concessis virtutibus respectus intimae largitatis illuminat, hanc protinus etiam lubricae cogitationes turbant, ut quae sublevata immmenso munere exsultat, etiam tentatione pulsata quid sit inveniat. Sic Elias et visitatus diluculo, sermone coelos aperuit; et tamen probatus subito, infirmus per deserta fugiens, unam mulierem expavit (III Reg. XIX, 3). Sic Paulus ad tertium coelum ducitur, paradisi penetrans secreta considerat (II Cor. XII, 2); et tamen, ad semetipsum rediens, contra carnis bellum laborat, legem aliam in membris sustinet, cujus in se rebellione fatigari spiritus legem dolet (Rom. VII, 21). Diluculo ergo Deus visitat, sed subito post visitationem probat, quia et collato munere sublevat, et abstracto ad paululum, ipsum sibi hominem demonstrat. Quod eo usque procul dubio patimur, quo, detersa funditus labe peccati, ad promissae incorruptionis substantiam reformemur. Unde adhuc apte subditur:

48. A los que Dios enriqueció con dones, los prueba con tentaciones. Para que aprendan qué son por Dios, qué por sí mismos. Por eso entonces son turbados por pensamientos lúbricos.---¿Quién de nosotros no sepa que se llama amanecer (*diluculum*) cuando ya los tiempos nocturnos se mudan en la claridad de la luz? Nosotros, pues, somos oprimidos por las tinieblas de la noche cuando somos oscurecidos por la perpetración de la iniquidad. Pero la noche se vuelve en luz cuando la oscuridad de nuestro error es irradiada por el conocimiento de la verdad. La noche se vuelve en luz cuando el fulgor de la justicia ilumina nuestros corazones, que la ceguera de la culpa deprimía. Pablo había visto este amanecer nacer en las mentes de los discípulos cuando decía: La noche pasó, y el día se acercó (Rom. 13, 12). Por tanto, el Señor nos visita al amanecer, porque ilustra las tinieblas de nuestro error con la luz de su conocimiento, nos levanta por el don de la contemplación, nos exalta al alcázar de la virtud (*arcem virtutis*). Se ha de notar que Dios después que visita al amanecer, de repente prueba al hombre, porque tanto acercándose promueve nuestros corazones a las virtudes, como retirándose permite que sean sacudidos por la tentación. Pues si después de los dones de las virtudes no es sacudido por ninguna tentación, el ánimo se gloría de tener estas por sí mismo. Para que por tanto tenga tanto los dones de la firmeza, como reconozca humildemente su enfermedad, es elevado a lo alto por el acceso de la gracia, y por el receso es probado qué sea de sí mismo. Lo cual bien se nos insinúa por la historia de la sagrada lección (3 Rey. 3, 16), por la cual Salomón es recordado tanto por haber recibido divinamente la sabiduría, como sin embargo después de recibida la misma sabiduría haber sido pulsado inmediatamente por la cuestión de las meretrices. Pues tan pronto como recibió la gracia de tanta revelación, sufrió el certamen de torpes mujeres, porque a saber a menudo cuando el respecto de la íntima largueza ilustra nuestra mente con las virtudes concedidas, a esta al punto también la turban pensamientos lúbricos, para que la que exulta levantada por un inmenso don, también pulsada por la tentación encuentre qué es. Así Elías tanto visitado al amanecer, abrió los cielos con su palabra; como sin embargo probado de repente, huyendo débil por los desiertos, temió a una mujer (3 Rey. 19, 3). Así Pablo es llevado al tercer cielo, penetrando considera los secretos del paraíso (2 Cor. 12, 2); y sin embargo, volviendo a sí mismo, trabaja contra la guerra de la carne, sostiene otra ley en sus miembros, por cuya rebelión en sí la ley del espíritu se duele de ser fatigada (Rom. 7, 21). Por tanto, Dios visita al amanecer, pero de repente después de la visitación prueba, porque tanto por el don conferido levanta, como sustraído por un poquito, demuestra al hombre a sí mismo. Lo cual sin duda alguna padecemos hasta que, borrada fundadamente la mancha del pecado, seamos reformados a la sustancia de la incorrupción prometida. De donde todavía aptamente se añade:

Caput XXX

[Vet. XXI, Rec. XVIII].

VERS. 19.---Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam?

49. Contemplationis sapor, non satietas hic datur. ---Saliva in os ex capite labitur, ab ore vero ad ventrem ducitur cum glutitur. Quid itaque est caput nostrum nisi divinitas? per quam existendi principium sumimus, ut creatura simus, Paulo attestante, qui ait: Caput viri Christus, caput autem Christi Deus (I Cor. XI, 3). Quid autem venter noster est, nisi mens? quae dum cibum suum, supernum videlicet intellectum suscipit, refecta procul dubio omnium membra actionum regit. Nisi enim sacra eloquia aliquando mentem nomine ventris exprimerent, Salomon utique non dixisset: Lucerna Domini spiraculum hominis, quae investigat omnia secreta ventris (Prov. XX, 27), quia nimirum dum nos gratia superni respectus illuminat, cuncta etiam mentis nostrae nobis absconsa manifestat. Quid ergo salivae nomine nisi sapor intimae contemplationis accipitur? quae ad os a capite defluit, quia de claritate conditoris adhuc in hac vita nos positos vix gustu revelationis tangit. Unde et Redemptor veniens salivam luto miscuit, et caeci nati oculos reparavit (Joan. IX, 6), quia superna gratia carnalem cogitationem nostram per admistionem suae contemplationis irradiat, et ab originali caecitate hominem ad intellectum reformat. Nam quia a paradisi gaudiis expulsum in hoc jam exsilio natura edidit, quasi a nativitate homo sine oculis processit. Sed sicut sanctus vir insinuat, haec saliva ad os quidem labitur, ut vero ad ventrem usque perveniat non glutitur, quia divinitatis contemplatio sensum tangit, sed plene mentem non reficit, quoniam perfecte animus conspicere non valet quod adhuc, quia caligo corruptionis praepedit, raptim videt.

50. Mens mole corporis pressa, supernae luci diu inhaerere non valet. ---Ecce enim electorum mens jam terrena desideria subjicit, jam cuncta quae considerat praeterire transcendit, jam ab exteriorum delectatione suspenditur, et quae sint bona invisibilia rimatur, atque haec agens plerumque in dulcedinem supernae contemplationis rapitur, jamque de intimis aliquid quasi per caliginem conspicit, et ardenti desiderio interesse spiritalibus angelorum ministeriis conatur; gustu incircumscripti luminis pascitur, et ultra se evecta ad semetipsam relabi dedignatur;

Capítulo XXX

[Vet. XXI, Rec. XVIII].

VERS. 19.---¿Hasta cuándo no me perdonas, ni me dejas, para que trague mi saliva?

49. El sabor de la contemplación, no la saciedad, se da aquí. ---La saliva se desliza a la boca desde la cabeza, pero de la boca es conducida al vientre cuando se traga. ¿Qué es, pues, nuestra cabeza sino la divinidad? por la cual tomamos el principio de existir, para que seamos criatura, atestiguando Pablo, quien dice: *La cabeza del varón es Cristo, pero la cabeza de Cristo es Dios* (1 Cor. 11, 3). Pero ¿qué es nuestro vientre, sino la mente? la cual mientras recibe su alimento, a saber el entendimiento supremo, refaccionada sin duda alguna rige los miembros de todas las acciones. Pues si la sagrada elocuencia (*sacra eloquia*) a veces no expresara la mente con el nombre de vientre, Salomón ciertamente no habría dicho: *Lámpara del Señor es el espíritu del hombre, que investiga todos los secretos del vientre* (Prov. 20, 27), porque a saber mientras la gracia del respeto supremo nos ilustra, también nos manifiesta todo lo escondido de nuestra mente. ¿Qué pues se toma por el nombre de saliva sino el sabor de la íntima contemplación? la cual fluye hacia la boca desde la cabeza, porque de la claridad del Creador todavía a nosotros puestos en esta vida apenas nos toca con el gusto de la revelación. De donde también el Redentor viniendo mezcló la saliva con el lodo, y reparó los ojos del nacido ciego (Juan 9, 6), porque la gracia suprema irradia nuestro pensamiento carnal por la mezcla de su contemplación, y reforma al hombre de la ceguera original al entendimiento. Pues porque la naturaleza lo engendró en este exilio ya expulsado de los goces del paraíso, el hombre procedió como desde el nacimiento sin ojos. Pero como el varón santo insinúa, esta saliva ciertamente se desliza a la boca, para que en verdad llegue hasta el vientre no se traga, porque la contemplación de la divinidad toca el sentido, pero no refacciona plenamente la mente, ya que el ánimo no vale para contemplar perfectamente lo que todavía, porque la calígine de la corrupción lo impide, ve por momentos.

50. La mente oprimida por la mole del cuerpo, no vale para adherirse mucho tiempo a la luz suprema. ---He aquí pues que la mente de los elegidos ya somete los deseos terrenos, ya trasciende todo lo que considera pasar, ya se suspende de la delectación de lo exterior, e investiga cuáles sean los bienes invisibles, y haciendo estas cosas frecuentemente es arrebatada a la dulzura de la suprema contemplación, y ya de lo íntimo algo como por calígine contempla, e intenta con ardiente deseo interesar a los ministerios espirituales de los ángeles; se apacienta con el gusto de la luz incircunscrita (*incircumscripti luminis*), y elevada más allá de sí se digna de recaer en sí misma;

sed quia adhuc corpus quod corrumpitur aggravat animam (Sap. IX, 15), inhaerere diu luci non valet, quam raptim videt. Ipsa quippe carnis infirmitas transcendentem se animam retrahit, atque ad cogitanda ima ac necessaria suspirantem reducit. Saliva ergo ex capite defluens os tangit, sed ad ventrem minime pervenit, quia liquore supernae contemplationis jam quidem intellectus noster infunditur, sed nequaquam mens plene satiatur. In ore etenim gustus est, in ventre satietas. Salivam itaque glutire non possumus, quia supernae claritatis bono satiari non permittimur, quod adhuc ex tenuitate gustamus. Sed quia hoc ipsum, quod utcunque jam superne cognoscimus, ex pietate parcentis est, quod vero hoc percipere perfecte non possumus adhuc ex poena vetustae damnationis, recte nunc dicitur: Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? Ac si aperte diceretur: Tunc homini plene parcis, cum hunc ad perfectionem tuae contemplationis admiseris, ut claritatem tuam raptus interius videat, et eum carnis suae corruptio exterius non repellat. Tunc permittis ut salivam glutiam, cum me sapore tuae claritatis usque ad abundantiam satietatis infuderis, ut nequaquam jam per indigentiam gustu oris esuriam, sed in te solidus irrigato mentis ventre subsistam. Sed qui promereri vult bonum quod expetit, debet malum confiteri quod fecit. Sequitur:

Caput XXXI

[Rec. XIX].

VERS 20.---Peccavi; quid faciam tibi, o custos hominum?

51. Homo per se lapsus, per se non valet surgere.---Ecce fatetur malum quod egit, sed bonum quod Deo in recompensationem debeat offerre non invenit, quia ad abluendam culpam quaelibet humanae actionis virtus infirma est, nisi hanc misericordia parcentis foveat, et non justitia recte judicantis premat. Unde recte per Psalmistam dicitur: Melior est misericordia tua super vitam (Psal. LXII, 40), quia quamlibet videatur innocens, apud districtum tamen judicem nostra nos vita non liberat, si ei reatus sui debitum misericordiae benignitas non relaxat.

68. El hipócrita no persevera en las buenas obras.

Inter haec sciendum est quod justorum bona, quia ex corde incipiunt, usque ad praesentis vitae terminum crescunt; hypocritarum vero opera, quia nequaquam sunt in occulto radicata, saepe ante deficiunt quam praesens vita finiatur. Nam plerumque studio sacrae eruditionis insistunt; et quia hanc non praeparandis meritis, sed promerendis favoribus inquirunt, statim ut judicium humanae laudis arripiunt, et per hoc gratiam transitorii profectus assequuntur, tota mente saecularibus curis inserviunt, atque a sacra funditus eruditione vacuantur; et agendo post indicant quantum temporalia diligant, qui sola prius aeterna praedicabant. Plerumque autem assumptae speciem maturitatis ostendunt; quiete silentii, longanimitate patientiae, continentiae virtute decorantur; sed cum per haec quaesiti culmen honoris attigerint, cumque sibi jam reverentia a cunctis impenditur, protinus se in lasciviam voluptatis fundunt, et bona se non ex corde tenuisse ipsi sibi testes sunt qui haec cito dimiserunt. Nonnunquam vero aliqui quae possident tribuunt, atque indigentibus cuncta largiuntur; sed tamen ante vitae terminum, avaritiae prurigine accensi, aliena appetunt, qui sua largiri videbantur, et pertinaci post crudelitate ambiunt quod ficta prius pietate reliquerunt. [Vet. XXVIII.] Unde et recte nunc dicitur: Cum adhuc sit in flore, ne carpatur manu, ante omnes herbas arescit. Juxta carnem quippe et justi herba sunt, propheta attestante, qui ait: Omnis caro fenum (Isai. XL, 6). Sed ante omnes herbas arescere scirpus dicitur, quia, justis in bono suo permanentibus, a viriditate assumptae rectitudinis hypocritarum vita siccatur. Arescunt herbae etiam reliquae, quia justorum opera cum carnis vita deficiunt. Sed herbarum ariditatem scirpus praevenit, quia priusquam de carne hypocrita transeat, ea quae in se ostenderat virtutum facta derelinquit. De quibus bene etiam per Psalmistam dicitur: Fiant sicut fenum aedificiorum, quod prius quam evellatur arescit (Psal. CXXVIII, 6). Fenum quippe aedificii in alto nascitur, sed nequaquam pingui radice solidatur, quia et hypocrita summa quidem agere cernitur, sed non in eis ex cordis puritate roboratur. Quod nimirum fenum et non evulsum citius arescit, quia videlicet hypocrita et in praesenti adhuc vita subsistit, et jam sanctitatis opera quasi viriditatis speciem amittit. Quia enim sine intentione rectae cogitationis bona studuit agere, haec amittens, indicat se sine radice floruisse.

69. Hypocrita spe sua diu frui non valet.

Entre estas cosas debe saberse que los bienes de los justos, porque comienzan desde el corazón, crecen hasta el término de la presente vida; pero las obras de los hipócritas, porque de ningún modo están radicadas en lo oculto, a menudo desfallecen antes de que la vida presente se acabe. Pues la mayoría de las veces insisten en el estudio de la sagrada erudición; y porque buscan esta no para preparar méritos, sino para granjearse favores, tan pronto como arrebatan el juicio de la alabanza humana, y por esto alcanzan la gracia del provecho transitorio, sirven con toda su mente a los cuidados seculares, y son vaciados totalmente de la sagrada erudición; y actuando después indican cuánto aman las cosas temporales, quienes antes predicaban solo las eternas. Pero la mayoría de las veces muestran la apariencia de una madurez asumida; se adornan con la quietud del silencio, la longanimidad de la paciencia, la virtud de la continencia; pero cuando por estas cosas han alcanzado la cima del honor buscado, y cuando ya se les tributa reverencia por parte de todos, al punto se derraman en la lascivia del placer, y ellos mismos son testigos para sí mismos de que no retuvieron los bienes desde el corazón, quienes rápidamente los abandonaron. Pero a veces algunos dan lo que poseen, y distribuyen todo a los indigentes; pero sin embargo antes del término de la vida, encendidos por el prurito de la avaricia, apetecen lo ajeno, quienes parecían distribuir lo propio, y con pertinaz crueldad pretenden después lo que antes con fingida piedad abandonaron. [Vet. XXVIII.] Por lo cual también rectamente se dice ahora: Estando aún en su flor, y sin ser arrancado por la mano, antes que todas las hierbas se seca. Pues según la carne también los justos son hierba, atestiguándolo el profeta, que dice: Toda carne es heno (Is. 40, 6). Pero se dice que el junco se seca antes que todas las hierbas, porque, permaneciendo los justos en su bien, la vida de los hipócritas se seca del verdor de la rectitud asumida. Se secan también las demás hierbas, porque las obras de los justos desfallecen con la vida de la carne. Pero el junco previene la aridez de las hierbas, porque antes de que el hipócrita pase de la carne, abandona los hechos de las virtudes que había mostrado en sí. De los cuales bien se dice también por el Salmista: Sean como el heno de los tejados, que se seca antes de ser arrancado (Sal. 128, 6). Pues el heno del edificio nace en lo alto, pero de ningún modo se consolida con una raíz grasa, porque también el hipócrita se ve que ciertamente hace cosas elevadas, pero no se fortalece en ellas por la pureza del corazón. El cual ciertamente heno, aun no arrancado, se seca más rápido, porque a saber el hipócrita todavía subsiste en la vida presente, y ya pierde las obras de santidad como la apariencia del verdor. Porque pues sin intención de recta reflexión se esforzó en hacer cosas buenas, perdiendo estas, indica que floreció sin raíz.

69. El hipócrita no puede disfrutar de su esperanza por mucho tiempo.

Sed Baldad, sicut praediximus, cui scirpum vel carectum comparet, illico aperit, cum subjungit: Sic viae omnium qui obliviscuntur Deum, et spes hypocritae peribit. Quid enim cunctis suis operibus hypocrita sperat, nisi honoris reverentiam, gloriam laudis, a melioribus metui, sanctus ab omnibus vocari? Sed permanere spes hypocritae non valet, quia, aeternitatem non quaerens, fugit quod tenet. Nequaquam quippe mentis ejus intentio in illa gloria figitur quae sine fine possidetur, sed cum transitoriis favoribus inhiat, perdit percipiendo quod laborat, Veritate attestante, quae ait: Amen dico vobis quia receperunt mercedem suam (Matth. VI, 2, 5). Sed haec spes recipiendae mercedis teneri diu non potest, quia pro ostensis operibus honor tribuitur, sed vita ad terminum urgetur; laudes resonant, sed ad finem cum laudibus tempora festinant; et quia nequaquam animus in aeternitatis amore radicatur, cum ipsis profecto rebus quas diligit labitur. Nemo namque valet mobilia diligere et ipse immobilis stare. Qui enim transeuntia amplectitur, eo ipso ad cursum ducitur, quo decurrentibus implicatur. Dicat ergo: Et spes hypocritae peribit, quia humana laus quam magnis laboribus appetit impulsa temporum momentis decurrit. Bene autem subditur:

Caput XLIII

[Rec. XXV].

VERS. 14.---Non ei placebit vecordia sua.

70. Rem magni pretii vili vendit hypocrita. Fecundae et neglectae viti similis est.---Magna quippe vecordia est laboriosa agere, et aurae laudis inhiare; forti opere praeceptis coelestibus inservire, sed terrenae retributionis praemium quaerere. Ut enim ita dixerim, qui pro virtute quam agit humanos favores desiderat rem magni meriti vili pretio venalem portat; unde coeli regnum mereri potuit, inde nummum transitorii sermonis quaerit. Vili ergo pretio opus vendit, quia magna impendit, sed minima recipit. [Vet. XXIX.] Quibus itaque hypocritae similes, nisi fecundis et neglectis vitibus existunt, quae per ubertatem fructum proferunt, sed nequaquam per studium a terra sublevantur? Quod pingues palmites germinant, errantes bestiae conculcant; et quo hoc uberius aspiciunt, projectum in infimis avidius consumunt, quia nimirum hypocritarum opera, dum clara monstrantur, quasi pinguia prodeunt, sed dum humanas laudes appetunt quasi in terra deseruntur.

Pero Baldad, como ya hemos dicho, a quién compare el junco o el carex, al punto lo abre cuando subraya: Así son las vías de todos los que olvidan a Dios, y la esperanza del hipócrita perecerá. ¿Qué espera pues el hipócrita con todas sus obras, sino la reverencia del honor, la gloria de la alabanza, ser temido por los mejores, ser llamado santo por todos? Pero permanecer la esperanza del hipócrita no puede, porque, no buscando la eternidad, huye de lo que retiene. Pues de ningún modo la intención de su mente se fija en aquella gloria que se posee sin fin, sino que cuando ansía los favores transitorios, pierde al recibirlo aquello por lo que trabaja, atestiguándolo la Verdad, que dice: En verdad os digo que ya recibieron su recompensa (Mt. 6, 2, 5). Pero esta esperanza de recibir la recompensa no puede retenerse por mucho tiempo, porque por las obras mostradas se tributa el honor, pero la vida es urgida hacia el término; las alabanzas resuenan, pero los tiempos se apresuran hacia el fin con las alabanzas; y porque de ningún modo el ánimo se radica en el amor de la eternidad, cae ciertamente con las mismas cosas que ama. Pues nadie puede amar las cosas móviles y estar él mismo inmóvil. Porque el que abraza lo transitorio, por eso mismo es llevado a la carrera, por lo cual se implica con lo que corre. Diga pues: Y la esperanza del hipócrita perecerá, porque la alabanza humana que con grandes trabajos apetece, impulsada por los momentos de los tiempos se desliza. Bien pues se añade:

Capítulo XLIII

[Rec. XXV].

VERS. 14.---No le complacerá su insensatez.

70. El hipócrita vende por poco precio una cosa de gran valor. Es semejante a la vid fecunda y descuidada.---Es ciertamente una gran insensatez hacer cosas laboriosas, y ansiar la brisa de la alabanza; servir a los preceptos celestiales con obra fuerte, pero buscar el premio de la retribución terrenal. Pues, por así decirlo, el que por la virtud que hace desea los favores humanos, lleva una cosa de gran mérito a la venta por un precio vil; de donde pudo merecer el reino del cielo, de allí busca la moneda del discurso transitorio. Por un precio vil pues vende la obra, porque gasta grandes cosas, pero recibe mínimas. [Vet. XXIX.] ¿A quiénes pues son semejantes los hipócritas, sino a las vides fecundas y descuidadas, las cuales producen fruto por su exuberancia, pero de ningún modo son levantadas de la tierra por el esmero? Lo que los pingües sarmientos germinan, las bestias errantes lo pisotean; y cuanto más abundantemente ven esto, arrojado en lo más bajo más ávidamente lo consumen, porque ciertamente las obras de los hipócritas, mientras se muestran claras, brotan como pingües, pero mientras buscan las alabanzas humanas son como abandonadas en la tierra.

Quae hujus mundi bestiae, maligni scilicet spiritus comedunt, quia haec ad usum perditionis inflectunt; tantoque ardentius rapiunt, quanto et magna clarius innotescunt. Unde bene per prophetam dicitur: Culmus stans, non est in eis germen, et non facient farinam; quod etsi fecerint, alieni comedent eam (Osee. VIII, 7). Culmus quippe germen non habet cum vita meritis virtutum caret. Farinam culmus non facit cum is qui in praesenti saeculo proficit nil subtilitatis intelligit, nullum boni operis fructum reddit.

71. Fructibus suis malignos spiritus satiat hypocrita. Pascitur et ipse modo, secus post mortem.---Sed saepe et cum fecerit, hanc alieni comedunt, quia et cum bona opera hypocritae ostendunt, de his malignorum spirituum vota satiantur. Qui enim per haec Deo placere non appetunt, nequaquam agri dominum, sed alienos pascunt. Fecundo itaque hypocrita et neglecto palmiti similis, servare fructum non valet, quia botrus boni operis in terra jacet. Sed tamen hac ipsa sua vecordia pascitur, quia pro bono opere a cunctis honoratur; caeteris praeeminet, subjectas hominum mentes tenet, majoribus locis attollitur, favoribus nutritur. Haec vero ei sua vecordia placet interim, sed non placebit, quia cum retributionis tempus advenerit, in poena displicet quod vecors fuit. Tunc se stulte egisse intelliget, cum pro delectatione laudis sententiam divinae increpationis acceperit. Tunc se vecordem fuisse considerat, cum se pro temporali quam percepit gloria perpetua tormenta castigant. Tunc veram scientiam supplicia aperiunt, quia per haec profecto colligitur nihil fuisse omnia quae transire potuerunt. Unde et recte subditur:

Caput XLIV

[Rec. XXVI].

IBID.---Et sicut tela aranearum fiducia ejus.

72. Hypocritae fiducia vana, bona coram Deo nulla, praedicatio infructuosa, abstinentia inanis.---Bene hypocritarum fiducia aranearum telis similis dicitur, quia omne quod ad obtinendam gloriam exsudant ventus vitae mortalis dissipat. Nam quoniam aeterna non quaerunt, bona temporalia cum tempore amittunt. Pensandum quoque est quod fila araneae per ordinem ducunt, quia sua hypocritae quasi sub discretione opera disponunt.

Las cuales bestias de este mundo, a saber los espíritus malignos, las comen, porque las inclinan al uso de la perdición; y tanto más ardientemente las arrebatan, cuanto también las grandes cosas se dan a conocer más claramente. Por lo cual bien se dice por el profeta: El tallo en pie, no hay en ellos germen, y no harán harina; que si la hicieren, los extraños la comerán (Os. 8, 7). Pues el tallo no tiene germen cuando la vida carece de los méritos de las virtudes. El tallo no hace harina cuando aquel que aprovecha en el presente siglo nada entiende de sutileza, ningún fruto de buena obra devuelve.

71. El hipócrita sacia a los espíritus malignos con sus frutos. Se alimenta también él mismo ahora, de otro modo después de la muerte.---Pero a menudo también cuando la ha hecho, los extraños comen esta, porque también cuando los hipócritas muestran buenas obras, con estas se sacian los deseos de los espíritus malignos. Pues quienes por estas no buscan complacer a Dios, de ningún modo alimentan al señor del campo, sino a los extraños. El hipócrita pues, semejante al sarmiento fecundo y descuidado, no puede conservar el fruto, porque el racimo de la buena obra yace en la tierra. Pero sin embargo con esta misma insensatez suya se alimenta, porque por la buena obra es honrado por todos; sobresale ante los demás, retiene las mentes sujetas de los hombres, es ensalzado en lugares mayores, se nutre de favores. Pero estas cosas de su insensatez le complacen entre tanto, pero no le complacerán, porque cuando llegue el tiempo de la retribución, desagrada en la pena que haya sido insensato. Entonces comprenderá que ha actuado neciamente, cuando por la delectación de la alabanza reciba la sentencia de la reprensión divina. Entonces considera que fue insensato, cuando por la gloria temporal que percibió le castigan los tormentos perpetuos. Entonces los suplicios abren el verdadero conocimiento, porque por estos ciertamente se colige que nada fueron todas las cosas que pudieron pasar. Por lo cual también rectamente se añade:

Capítulo XLIV

[Rec. XXVI].

IBÍD.---Y como tela de araña su confianza.

72. La vana confianza del hipócrita, ningún bien ante Dios, predicación infructuosa, abstinencia inútil.---Bien se dice que la confianza de los hipócritas es semejante a las telas de araña, porque el viento de la vida mortal disipa todo lo que sudan para obtener la gloria. Pues ya que no buscan lo eterno, pierden con el tiempo los bienes temporales. Debe pensarse también que las arañas conducen sus hilos por orden, porque los hipócritas disponen sus obras como bajo discreción.

Aranearum tela studiose texitur, sed subito flatu dissipatur, quia quidquid hypocrita cum labore peragit aura humani favoris tollit; et dum in appetitu laudis opus deficit, quasi in ventum labor evanescit. Saepe namque et usque ad praesentis vitae terminum hypocritarum facta perdurant, sed quia per haec auctoris laudem non quaerunt, bona ante Dei oculos nunquam fuerunt. Plerumque enim, ut praediximus, sacrae legis eruditione fulciuntur, doctrinae verba proferunt, omne quod sentiunt testimoniis accingunt, nec tamen per haec vitam audientium, sed proprios favores quaerunt, quia nec proferre alia noverunt, nisi quae auditorum corda ad rependendas laudes excutiant, non autem ad lacrymas accendant. [Vet. XXX.] Mens quippe concupiscentiis exterioribus occupata igne divini amoris non calet; et idcirco ad supernum desiderium inflammare auditores suos nequeunt verba quae frigido corde proferuntur. Neque enim res quae in se ipsa non arserit aliud accendit. Unde fit plerumque ut hypocritarum dicta et audientes non erudiant, et eosdem ipsos qui se proferunt elatos laudibus deteriores reddant. Attestante etenim Paulo, Scientia inflat, charitas aedificat (I Cor. VIII, 1). Cum ergo charitas aedificando non erigit, scientia inflando pervertit. Plerumque se hypocritae mira abstinentia affligunt, omne robur corporis atterunt, et quasi carnis vitam funditus in carne viventes exstinguunt, sicque per abstinentiam morti appropiant, ut pene quotidie morientes vivant. Sed ad haec humanos oculos quaerunt, admirationis gloriam expetunt, Veritate attestante, quae ait: Exterminant facies suas, ut appareant hominibus jejunantes (Matth. VI, 16). Nam ora pallescunt, corpus debilitate quatitur, pectus interrumpentibus suspiriis urgetur. Sed inter haec, ab ore proximorum sermo admirationis quaeritur, nihilque tanto labore aliud, nisi aestimatio humana cogitatur. Quos nimirum bene Simon ille significat, qui dominicae passionis tempore in angaria crucem portabat, de quo scriptum est: Invenerunt hominem Cyrenaeum, venientem obviam sibi, nomine Simonem; hunc angariaverunt, ut tolleret crucem Jesu (Matth. XXVII, 32; Marc. XV, 21). Quod enim per angariam agimus, non hoc ex studio amoris operamur. Crucem ergo Jesu in angaria portare est afflictionem abstinentiae pro alia quam necesse est intentione tolerare. An non Jesu crucem in angaria portat, qui quasi ad praeceptum Domini, carnem domat, sed tamen spiritalem patriam non amat? Unde et Simon isdem crucem portat, sed nequaquam moritur, quia omnis hypocrita corpus quidem per abstinentiam afficit, sed tamen per amorem gloriae mundo vivit.

La tela de araña se teje estudiosamente, pero se disipa por un soplo repentino, porque todo lo que el hipócrita realiza con trabajo se lo lleva la brisa del favor humano; y mientras la obra desfallece en el apetito de la alabanza, el trabajo se desvanece como en el viento. Pues a menudo los hechos de los hipócritas perduran hasta el término de la presente vida, pero porque por estos no buscan la alabanza del autor, nunca fueron bienes ante los ojos de Dios. Pues la mayoría de las veces, como ya hemos dicho, se apoyan en la erudición de la ley sagrada, profieren palabras de doctrina, ciñen todo lo que sienten con testimonios, y sin embargo por estos no buscan la vida de los oyentes, sino sus propios favores, porque no han sabido proferir otras cosas, sino aquellas que sacudan los corazones de los oyentes para devolver alabanzas, pero no los enciendan para las lágrimas. [Vet. XXX.] Pues la mente ocupada en las concupiscencias exteriores no se calienta con el fuego del amor divino; y por eso no pueden inflamar a sus oyentes hacia el deseo supremo las palabras que se profieren con corazón frío. Pues ni una cosa que no haya ardido en sí misma enciende a otra. Por lo cual sucede la mayoría de las veces que los dichos de los hipócritas ni instruyen a los oyentes, y vuelven peores a esos mismos que se profieren, elados por las alabanzas. Pues atestiguándolo Pablo, La ciencia infla, la caridad edifica (1 Cor. 8, 1). Por tanto, cuando la caridad no erige edificando, la ciencia pervierte inflando. La mayoría de las veces los hipócritas se afligen con maravillosa abstinencia, desgastan todo el vigor del cuerpo, y viviendo en la carne extinguen como totalmente la vida de la carne, y así por la abstinencia se acercan a la muerte, que mueren casi viviendo a diario. Pero para esto buscan los ojos humanos, pretenden la gloria de la admiración, atestiguándolo la Verdad, que dice: Desfiguran sus rostros para que parezca a los hombres que ayunan (Mt. 6, 16). Pues los rostros palidecen, el cuerpo es sacudido por la debilidad, el pecho es urgido por suspiros que lo interrumpen. Pero entre tanto, se busca de la boca de los prójimos el discurso de la admiración, y nada más se piensa con tanto trabajo, sino la estimación humana. A quienes ciertamente significa bien aquel Simón, que en el tiempo de la pasión del Señor llevaba la cruz por obligación (angaria), de quien está escrito: Hallaron a un hombre de Cirene, que venía al encuentro, de nombre Simón; a este lo obligaron para que llevara la cruz de Jesús (Mt. 27, 32; Mc. 15, 21). Pues lo que hacemos por obligación, no lo realizamos por esmero de amor. Llevar pues la cruz de Jesús por obligación es tolerar la aflicción de la abstinencia por otra intención de la que es necesaria. ¿O acaso no lleva la cruz de Jesús por obligación el que, como por precepto del Señor, doma la carne, pero sin embargo no ama la patria espiritual? Por lo cual también el mismo Simón lleva la cruz, pero de ningún modo muere, porque todo hipócrita aflige ciertamente el cuerpo por la abstinencia, pero sin embargo por el amor de la gloria vive para el mundo.

[Vet. XXXI.] 73. Crucem carni infert, sed mundo vivit.---Quo contra per Paulum bene de electis dicitur: Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis. Cum vitiis quippe et concupiscentiis carnem crucifigimus, si sic gulam restringimus, ut jam de mundi gloria nihil quaeramus. Nam qui corpus macerat, sed honoribus anhelat, crucem carni intulit, sed mundo per concupiscentiam pejus vivit, quia et saepe per sanctitatis imaginem locum regiminis indignus assequitur, quem, nisi aliquid in se virtutis ostenderet, nullo percipere labore mereretur. Sed transit quod delectabiliter obtinet, et poenaliter quod sequitur manet. Sanctitatis nunc fiducia in ore hominum ponitur; sed cum internus judex secreta cordis examinat, testes vitae exterius non quaeruntur. Bene ergo dicitur: Sicut tela aranearum fiducia ejus, quia apparente cordis teste, praeterit omne quod exterius de humano favore confidit. Unde et adhuc apte subjungitur:

Caput XLV

[Rec. XXVII].

VERS. 15.---Innititur super domum suam, et non stabit; fulciet eam, et non surget.

74. Hypocritae domus super quam innititur, favor humanus. Stare non valet.---Sicut domus exterioris conversationis est aedificium quod inhabitat corpus, ita domus nostrae cogitationis est res quaelibet quam per dilectionem inhabitat animus. Omne quippe quod diligimus, quasi in hoc quiescentes habitamus. Unde Paulus, quia in supernis cor fixerat, in terra quidem positus, sed tamen a terra extraneus, dicebat: Nostra conversatio in coelis est (Philip. III, 20). Mens itaque hypocritae nihil aliud in omne quod agit nisi opinionis suae gloriam cogitat, nec curat quo post per meritum ducitur, sed quid interim dicatur. Domus ergo ejus est delectatio favoris, quam quasi quietus inhabitat, quia per cuncta sua opera ad hanc se intra animum reclinat. Sed stare domus haec non valet, quia laus cum vita praeterit, et humanus favor in judicio non subsistit. Unde et fatuae virgines, quae oleum in vasis non sumpserant, quia in alienis scilicet vocibus gloriam et non in suis conscientiis habebant, turbatae per sponsi praesentiam, dicunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostrae exstinguuntur (Matth. XXV, 8). Oleum quippe a proximis petere est gloriam boni operis a testimonio alieni oris implorare. Mens etenim vacua, cum cunctis suis laboribus nihil se intus tenuisse invenerit, testimonium foras quaerit. Ac si aperte fatuae virgines dicant: Cum nos repelli sine retributione conspicitis, dicite in nostro opere quid vidistis.

[Vet. XXXI.] 73. Inflige la cruz a la carne, pero vive para el mundo.---Por el contrario, bien se dice por Pablo acerca de los elegidos: Los que son de Cristo han crucificado la carne con sus vicios y concupiscencias. Pues crucificamos la carne con sus vicios y concupiscencias, si de tal modo restringimos la gula, que ya no busquemos nada de la gloria del mundo. Pues el que macera el cuerpo, pero ansía los honores, ha infligido la cruz a la carne, pero por la concupiscencia vive peor para el mundo, porque también a menudo por la imagen de la santidad el indigno alcanza un lugar de gobierno, el cual, si no mostrara algo de virtud en sí mismo, no merecería recibir por ningún trabajo. Pero pasa lo que obtiene deleitablemente, y permanece penalmente lo que sigue. La confianza de la santidad se pone ahora en la boca de los hombres; pero cuando el juez interno examina los secretos del corazón, no se buscan exteriormente testigos de la vida. Bien pues se dice: Como tela de araña su confianza, porque al aparecer el testigo del corazón, pasa todo lo que exteriormente confía en el favor humano. Por lo cual también todavía se añade aptamente:

Capítulo XLV

[Rec. XXVII].

VERS. 15.---Se apoyará sobre su casa, y no permanecerá; la apuntalará, y no se levantará.

74. La casa del hipócrita sobre la cual se apoya es el favor humano. No puede permanecer en pie.---Así como la casa de la conversación exterior es el edificio que habita el cuerpo, así la casa de nuestro pensamiento es cualquier cosa que el ánimo habita por el amor. Pues todo lo que amamos, lo habitamos como descansando en ello. Por lo cual Pablo, porque había fijado su corazón en lo de arriba, puesto ciertamente en la tierra, pero sin embargo extraño a la tierra, decía: Nuestra conversación está en los cielos (Fil. 3, 20). Así pues la mente del hipócrita no piensa en nada más en todo lo que hace sino en la gloria de su propia opinión, ni le importa a dónde sea llevado después por el mérito, sino qué se diga entre tanto. Su casa pues es la delectación del favor, la cual habita como tranquilo, porque por todas sus obras se reclina hacia esta dentro de su ánimo. Pero esta casa no puede permanecer en pie, porque la alabanza pasa con la vida, y el favor humano no subsiste en el juicio. Por lo cual también las vírgenes necias, que no habían tomado aceite en sus vasijas, porque a saber tenían la gloria en las voces ajenas y no en sus propias conciencias, turbadas por la presencia del esposo, dicen: Dadnos de vuestro aceite, porque nuestras lámparas se apagan (Mt. 25, 8). Pues pedir aceite a los prójimos es implorar la gloria de la buena obra del testimonio de la boca ajena. Pues la mente vacía, cuando con todos sus trabajos hubiere hallado que nada ha retenido dentro, busca el testimonio fuera. Como si abiertamente dijeran las vírgenes necias: Cuando nos veáis rechazadas sin retribución, decid qué visteis en nuestra obra.

[Vet. XXXII.] 75. Nec magis stabit in judicio fiducia sanctitatis hypocritae.---Sed frustra tunc hypocrita in hac domo laudis innititur, quia nihil ei in judicio attestatio humana suffragatur; quia eamdem laudem, quam post in testimonio exigit, prius in munere recepit. Vel certe super domum suam hypocrita innititur, cum, vanis favoribus deceptus, quasi de fiducia sanctitatis elevatur. Multa quippe hypocritae in occulto mala faciunt, quaedam vero bona in publico. Cumque ex bonis patentibus laudes recipiunt, ab occultis malis considerationis oculos avertunt; talesque se aestimant, quales foris audiunt, non quales intus noverunt. Unde fit plerumque ut ad supernum quoque judicium cum fiducia veniant, quia tales se apud internum arbitrum credunt quales ab hominibus foris habebantur. Sed stare domus hypocritae non valet, quia in terrore districti examinis omnis anteacta fiducia sanctitatis cadit. Cumque sibi oris alieni testimonia deesse cognoverit, ad sua se opera enumeranda convertit. Unde et adhuc subditur: Fulciet eam, et non surget. Hoc namque, quod per se stare non valet, fulcitur ut stet, quia cum vitam suam hypocrita labefactari in judicio conspicit, hanc fulciendo statuere operum enumeratione contendit. An non laudis suae habitaculum hinc inde fulciunt, qui facta sua, ut praefati sumus, in judicio enumerantes, dicunt: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo daemonia ejecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus (Matth. VII, 22)? Sed domus laudis tot allegationibus fulta minime consurgit, quia protinus judex dicit, Nunquam novi vos, discedite a me qui operamini iniquitatem (Ibid. 23). Et sciendum est quia hoc quod surgit ab infimis ad superiora se erigit. Domus ergo hypocritae surgere non valet, quia per omne quod juxta praecepta coelestia agere potuit, a terra animum nunquam levavit. Jure igitur tunc nequaquam ad praemium retributionis erigitur, qui per hoc quod nunc exhibet in appetitu temporalis gloriae jacet. [Vet. XXXIII, Rec. XXVIII.] Sed quia vita hypocritae, scirpi appellatione signata, qualiter in judicio reprobetur audivimus, prius quam districtus judex appareat, qualis ab hominibus habeatur audiamus. Sequitur:

CAPUT XLVI.

VERS. 16.---Humectus videtur antequam veniat sol.

[Vet. XXXII.] 75. Ni tampoco permanecerá en pie en el juicio la confianza de la santidad del hipócrita.---Pero en vano entonces se apoya el hipócrita en esta casa de alabanza, porque en nada le ayuda el testimonio humano en el juicio; porque aquella misma alabanza, que después exige en el testimonio, antes la recibió en recompensa. O ciertamente el hipócrita se apoya sobre su casa, cuando, engañado por vanos favores, se ensalza como por confianza de santidad. Pues muchos hipócritas hacen muchos males en oculto, pero algunos bienes en público. Y cuando reciben alabanzas por los bienes patentes, apartan los ojos de la consideración de los males ocultos; y se estiman tales cuales oyen fuera, no cuales se conocen dentro. Por lo cual sucede la mayoría de las veces que vienen con confianza también al juicio supremo, porque se creen ante el árbitro interno tales cuales eran tenidos por los hombres fuera. Pero la casa del hipócrita no puede permanecer en pie, porque en el terror del estrecho examen cae toda la anterior confianza de santidad. Y cuando conociere que le faltan los testimonios de la boca ajena, se vuelve a enumerar sus propias obras. Por lo cual también todavía se añade: La apuntalará, y no se levantará. Pues esto, que por sí mismo no puede estar en pie, se apuntala para que esté, porque cuando el hipócrita ve que su vida se tambalea en el juicio, se esfuerza por establecerla apuntalándola con la enumeración de las obras. ¿O acaso no apuntalan de aquí y de allá el habitáculo de su alabanza, quienes enumerando sus hechos en el juicio, como antes dijimos, dicen: Señor, Señor, ¿no profetizamos en tu nombre, y en tu nombre expulsamos demonios, y en tu nombre hicimos muchos milagros? (Mt. 7, 22). Pero la casa de la alabanza apuntalada por tantas alegaciones mínimamente se levanta, porque al punto dice el juez: Nunca os conocí, apartaos de mí los que obráis la iniquidad (Ibíd. 23). Y debe saberse que esto que se levanta se erige desde lo más bajo hacia lo superior. La casa pues del hipócrita no puede levantarse, porque por todo lo que pudo hacer según los preceptos celestiales, nunca levantó su ánimo de la tierra. Con justicia pues entonces de ningún modo es erigido para el premio de la retribución, el que por esto que ahora exhibe yace en el apetito de la gloria temporal. [Vet. XXXIII, Rec. XXVIII.] Pero porque hemos oído cómo la vida del hipócrita, designada con el nombre de junco, es reprobada en el juicio, antes de que aparezca el juez severo, oigamos cómo es tenido por los hombres. Sigue:

CAPÍTULO XLVI.

VERS. 16.---Se ve húmedo antes de que venga el sol.

76. Nunc sanctus creditur hypocrita, sed Christo veniente iniquus apparebit.---Saepe in sacro eloquio Dominus solis appellatione figuratur, sicut per prophetam dicitur: Vobis autem qui timetis nomen Domini, orietur sol justitiae (Mal. IV, 2). Et sicut repulsi in judicio impii dicere Sapientiae libro describuntur: Erravimus a via veritatis, et lumen justitiae non luxit nobis, et sol non est ortus nobis (Sap. V, 6). Ante solem igitur scirpus humidus cernitur, quia prius quam divina districtio in judicio candeat, omnis hypocrita infusum se sanctitatis gratia ostentat; quasi virens aspicitur, quia justus aestimatur, honoris locum obtinet, de gloria sanctitatis pollet, a cunctis ei veneratio defertur, opinio laudis extenditur. Scirpus itaque iste in nocte humidus est; sole autem veniente siccatur, quia nimirum hypocrita in tenebris vitae praesentis sanctus ab omnibus creditur, sed cum districtus judex venerit, quam sit iniquus apparebit. Dicat ergo: Humectus videtur antequam veniat sol, quia virentem se nunc humanis oculis exhibet, sed in calore tunc divini judicii arescet. Sequitur:

CAPUT XLVII.

IBID.---Et in ortu suo germen ejus egreditur.

77. Statim ut recte agit, vult laudari hypocrita. Assumpto sanctitatis habitu, interdum pejor fit.---Herba quaelibet nascendo prius a terra producitur, aura et aestibus tangitur, sole ac pluviis nutritur, et tunc demum ad proferendum sui seminis germen aperitur. Scirpus vero cum flore suo nascitur, moxque a terra surgit, sui secum seminis germen producit. Bene ergo per herbas reliquas sancti quilibet, per scirpum vero hypocrita designatur, quia justi viri, prius quam in opere sanctae conversationis oriantur, hujus vitae hiemem tolerant, eosque gravium persecutionum aestus fatigant; sed cum recta faciunt, nequaquam hic suae rectitudinis remunerationem quaerunt; cum vero a praesentis mundi laboribus exeunt, ad aeternam patriam venientes, exspectata retributione perfruuntur. At contra hypocrita, quia mox in bono opere nascitur, praesentis mundi recipere gloriam conatur. Quasi scirpi more cum germine oritur, qui pro eo quod bene vivere incipit, quaerit statim ut a cunctis honoretur. Germen itaque in ortu est remuneratio in inchoatione.

76. Ahora el hipócrita es creído santo, pero al venir Cristo aparecerá inicuo.---A menudo en el sagrado elocuio el Señor es figurado por la apelación del sol, como se dice por el profeta: Mas para vosotros que teméis mi nombre, nacerá el sol de justicia (Mal. 4, 2). Y como los impíos rechazados en el juicio son descritos diciendo en el libro de la Sabiduría: Erramos el camino de la verdad, y la luz de la justicia no nos alumbró, y el sol no nació para nosotros (Sab. 5, 6). Antes del sol pues el junco se ve húmedo, porque antes de que la severidad divina resplandezca en el juicio, todo hipócrita se muestra infundido con la gracia de la santidad; se ve como verde, porque es estimado justo, obtiene un lugar de honor, prevalece por la gloria de la santidad, se le rinde veneración por todos, se extiende la opinión de su alabanza. Así pues este junco está húmedo en la noche; pero al venir el sol se seca, porque a saber el hipócrita en las tinieblas de la vida presente es creído santo por todos, pero cuando venga el juez severo, aparecerá cuán inicuo es. Diga pues: Se ve húmedo antes de que venga el sol, porque ahora se muestra verde a los ojos humanos, pero entonces en el calor del juicio divino se secará. Sigue:

CAPÍTULO XLVII.

IBÍD.---Y en su nacimiento brota su germen.

77. Tan pronto como actúa rectamente, el hipócrita quiere ser alabado. Habiendo asumido el hábito de la santidad, a veces se vuelve peor.---Cualquier hierba al nacer es producida primero de la tierra, es tocada por la brisa y los calores, es nutrida por el sol y las lluvias, y entonces por fin se abre para producir el germen de su semilla. Pero el junco nace con su flor, y tan pronto como surge de la tierra, produce consigo el germen de su semilla. Bien pues por las demás hierbas se designa a cualesquiera santos, pero por el junco al hipócrita, porque los varones justos, antes de que nazcan en la obra de la santa conversación, toleran el invierno de esta vida, y los calores de las pesadas persecuciones los fatigan; pero cuando hacen cosas rectas, de ningún modo buscan aquí la remuneración de su rectitud; pero cuando salen de los trabajos del mundo presente, viniendo a la patria eterna, disfrutan de la retribución esperada. Por el contrario el hipócrita, porque pronto nace en la buena obra, se esfuerza por recibir la gloria del mundo presente. Como a la manera del junco nace con el germen, quien por aquello de que comienza a vivir bien, busca inmediatamente ser honrado por todos. El germen pues en el nacimiento es la remuneración en el comienzo.

Saepe namque nonnulli apertae pravitatis vias deserunt, sanctitatis habitum sumunt; moxque ut prima limina bene vivendi contigerint, obliti qui fuerint, affligi jam per poenitentiam de consummatis nequitiis nolunt; laudari autem de inchoata justitia appetunt, praeesse caeteris etiam melioribus concupiscunt. Quos plerumque dum juxta votum praesens prosperitas sequitur, multo quam prius fuerant de sanctitatis habitu pejores fiunt. Nam rebus multiplicibus occupati, atque ipsa occupatione confusi, non solum perpetrata minime deplorant, sed adhuc quae deplorentur exaggerant.

[Vet. XXXIX. Rec. XXIV.] 78. Recens conversus, ad exteriora officia non est provehendus hypocrita. Bona nostra pereunt si citius retecta.---Qui enim mundum deserunt, ad exteriora officia provehi non debent, nisi per humilitatem diutius in ejusdem mundi contemptu solidentur. Citius namque bona depereunt quae hominibus ante tempus innotescunt, quia et arbusta plantata prius quam fixa radice coalescant, si manus concutiens tangit, arefacit. At si in altum radix figitur, et terrae humoribus conspersa solidatur, haec et manus impellit, sed non laedit; haec et ventorum flatus inflectendo concutiunt, sed non evertunt. Ne ergo eruatur vita coepti operis, diu ac robuste in alto humilitatis figenda est radix cordis, ut cum ab humano ore detractionis aura vel favoris flaverit, etsi in quamlibet partem utcunque incurvat, animum funditus non evellat; sed ad statum suum protinus post inflexionem redeat, si apud se fortis in radice perdurat. Quid in rebus excrescentibus pariete surgente robustius? Qui tamen si, dum construitur, impellatur, statim sine labore destruitur; si autem per spatium temporis ab humore suo exsiccari permittitur, saepe et arietum ictibus minime quassatur. Sic sic videlicet bona nostra et intempestive manifestata depereunt, et diutius occultata solidantur, quia humanae occupationis manus cum incipientem conversationis nostrae vitam contigerit, quasi recentem parietem impellit, eamque facile destruit, quia adhuc humorem infirmitatis propriae non amisit. Cum vero in longa quietis suae abjectione se animus comprimit, quasi more exsiccati parietis contra ictus obdurescit, et confractum protinus resilit omne quod solidum ferit. Hinc est quod vitam inchoantium Moyses humanis occupationibus exerceri prohibuit, dicens: Non operaberis in primogenito bovis, et non tondebis primogenita ovium (Deut. XV, 19). In primogenito quippe bovis operari est bonae conversationis primordia in exercitio publicae actionis ostendere. Ovium quoque primogenita tondere est ab occultationis suae tegmine humanis oculis inchoantia bona nostra denudare.

Pues a menudo algunos abandonan las vías de la depravación abierta, toman el hábito de la santidad; y tan pronto como han llegado a los primeros umbrales del vivir bien, olvidados de quiénes fueron, ya no quieren ser afligidos por la penitencia por las maldades consumadas; sino que apetecen ser alabados por la justicia comenzada, desean presidir a los demás incluso mejores. A los cuales la mayoría de las veces, mientras les sigue la prosperidad presente según su deseo, se vuelven mucho peores de lo que habían sido antes por el hábito de la santidad. Pues ocupados en múltiples cosas, y confundidos por esa misma ocupación, no solo no deploran mínimamente lo perpetrado, sino que todavía exageran lo que debe ser deplorado.

[Vet. XXXIX. Rec. XXIV.] 78. El recién convertido no debe ser promovido a oficios exteriores. Nuestros bienes perecen si son revelados demasiado pronto.---Pues quienes abandonan el mundo no deben ser promovidos a oficios exteriores, a no ser que por la humildad se solidifiquen durante más tiempo en el desprecio de ese mismo mundo. Pues más rápido perecen los bienes que se dan a conocer a los hombres antes de tiempo, porque también los arbustos plantados antes de que se unan con una raíz fija, si la mano que los sacude los toca, los seca. Pero si la raíz se fija en lo profundo, y se solidifica rociada con las humedades de la tierra, a esta tanto la mano la empuja, pero no la daña; a estos también los soplos de los vientos los sacuden encorvándolos, pero no los derriban. Para que no sea pues arrancada la vida de la obra comenzada, por mucho tiempo y robustamente debe fijarse la raíz del corazón en lo profundo de la humildad, para que cuando de la boca humana sopla el aura de la detracción o del favor, aunque la encorve hacia cualquier parte de cualquier modo, no arranque el ánimo de raíz; sino que vuelva a su estado inmediatamente después de la flexión, si permanece fuerte en su raíz ante sí mismo. ¿Qué hay en las cosas que crecen más robusto que una pared que se levanta? La cual sin embargo si, mientras se construye, es empujada, al punto se destruye sin trabajo; pero si por un espacio de tiempo se permite que se seque de su humedad, a menudo ni por los golpes de los arietes es sacudida. Así, así ciertamente nuestros bienes tanto perecen manifestados intempestivamente, como se solidifican ocultados más tiempo, porque cuando la mano de la ocupación humana toca la vida incipiente de nuestra conversación, empuja como a una pared reciente, y la destruye fácilmente, porque todavía no ha perdido la humedad de su propia flaqueza. Pero cuando en la larga abyección de su quietud se comprime el ánimo, se endurece como a la manera de una pared seca contra los golpes, y al punto rebota roto todo lo que golpea lo sólido. De aquí es que Moisés prohibió que la vida de los que comienzan fuera ejercida en ocupaciones humanas, diciendo: No trabajarás con el primogénito de tu buey, ni trasquilarás los primogénitos de tus ovejas (Dt. 15, 19). Pues trabajar con el primogénito del buey es mostrar los inicios de la buena conversación en el ejercicio de la acción pública. Trasquilar también los primogénitos de las ovejas es desnudar nuestros bienes incipientes ante los ojos humanos de la cubierta de su ocultamiento.

In primogenito ergo bovis operari prohibemur, atque a primogenitis ovium detondendis compescimur, quia et si quid robustum incipimus, exercere hoc in aperto citius non debemus. Et cum vita nostra simplex quid atque innocuum inchoat, dignum est ut secreti sui velamina non relinquat, ne nudum hoc humanis oculis quasi subducto vellere ostendat.

[Vet. XXXV.] 79. Bonae vitae initia uni Deo dicanda. Cur innotescere citius non debeant.---Ad sola ergo divina sacrificia boum primogenita oviumque proficiant, ut quidquid forte innocuumque incipimus, hoc ad honorem intimi judicis in ara cordis immolemus. Quod ab illo procul dubio tanto libentius accipitur, quanto et ab hominibus occultatum nulla laudis appetitione maculatur. Saepe autem novae conversationis primordia adhuc ex carnali sunt vita commista; et idcirco innotescere citius non debent, ne cum laudantur bona quae placent, deceptus laude sua animus deprehendere in eis nequeat mala quae latent. Unde recte rursum per Moysen dicitur: Quando ingressi fueritis terram quam ego daturus sum vobis, et plantaveritis in ea ligna pomifera, auferetis praeputia eorum. Poma quae germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis (Levit. XIX, 23). Ligna quippe pomifera sunt opera virtutibus fecunda. Praeputia itaque lignorum auferimus cum, de ipsa inchoationis infirmitate suspecti, primordia nostrorum operum non approbamus. Poma autem quae germinant immunda ducimus, nostrisque esibus non aptamus, quia cum primordia boni laudantur operis, dignum est ut hoc animum non pascat operantis; ne dum accepta laus suaviter carpitur, fructus operis intempestive comedatur. Qui ergo inchoatae virtutis ab humano ore laudem receperit, quasi plantati ligni ante tempus pomum comedit.

80. Hypocrita testes operis sui quaerit; si non adsint, operam se perdidisse putat.---Hinc per Psalmistam Veritas dicit: Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis (Psal. CXXVI, 3). Ante lucem quippe surgere est prius quam claritas aeternae retributionis appareat, in praesentis vitae nocte gaudere. Sedendum ergo prius est, ut post recte surgamus, quia quisquis nunc sese sponte non humiliat, nequaquam hunc sequens gloria exaltat.

En el primogénito pues del buey se nos prohíbe trabajar, y somos refrenados de trasquilar los primogénitos de las ovejas, porque aunque comencemos algo robusto, no debemos ejercerlo en abierto demasiado pronto. Y cuando nuestra vida comienza algo simple e inocuo, es digno que no deje los velos de su secreto, no sea que muestre esto desnudo a los ojos humanos como con el vellón retirado.

[Vet. XXXV.] 79. Los inicios de la buena vida deben dedicarse solo a Dios. Por qué no deben darse a conocer demasiado pronto.---Para los solos sacrificios divinos pues aprovechen los primogénitos de los bueyes y de las ovejas, para que todo lo que comenzamos fuerte e inocuo, esto lo inmolemos para honor del juez íntimo en el ara del corazón. Lo cual sin duda alguna tanto más gustosamente es aceptado por Él, cuanto más, ocultado a los hombres, no es manchado por ningún apetito de alabanza. Pero a menudo los inicios de la nueva conversación están todavía mezclados con la vida carnal; y por eso no deben darse a conocer demasiado pronto, no sea que cuando se alaban los bienes que complacen, el ánimo engañado por su alabanza no pueda descubrir en ellos los males que se ocultan. Por lo cual rectamente se dice de nuevo por Moisés: Cuando hubiereis entrado en la tierra que yo os daré, y hubiereis plantado en ella árboles frutales, quitaréis sus prepucios. Los frutos que broten, os serán inmundos, ni comeréis de ellos (Lv. 19, 23). Pues los árboles frutales son las obras fecundas en virtudes. Los prepucios pues de los árboles los quitamos cuando, sospechosos de esa misma flaqueza del comienzo, no aprobamos los inicios de nuestras obras. Mas los frutos que brotan los tenemos por inmundos, y no los adaptamos para nuestro alimento, porque cuando se alaban los inicios de la buena obra, es digno que esto no alimente el ánimo del que la realiza; no sea que mientras la alabanza recibida se cosecha suavemente, el fruto de la obra se coma intempestivamente. Quien pues por la virtud comenzada hubiere recibido la alabanza de la boca humana, como que ha comido el fruto del árbol plantado antes de tiempo.

80. El hipócrita busca testigos de su obra; si no están presentes, piensa que ha perdido su trabajo.---De aquí que por el Salmista la Verdad dice: Vano es para vosotros levantaros antes de la luz, levantaos después de haberos sentado (Sal. 126, 3). Pues levantarse antes de la luz es gozarse en la noche de la vida presente antes de que aparezca la claridad de la retribución eterna. Por tanto primero se debe estar sentado, para que después nos levantemos rectamente, porque quienquiera que ahora no se humille espontáneamente, de ningún modo lo ensalza la gloria subsiguiente.

Quod ergo illic ante lucem surgere, hoc hic hypocritae in ortu est germen proferre, quia humanas laudes desiderans, ubi ad opus bonum nascitur, ibi mox appetit ut gloriam retributionis assequatur. An non in ortu suo hi germen protulerant, de quibus Veritas dicebat: Amant primos discubitus in conviviis, et primas cathedras in synagogis, et salutationes in foro, et vocari ab hominibus rabbi (Luc. XX, 46; Matth. XXIII, 6)? Pro eo ergo quod bene agere incipiunt, quia honorem consequi ab hominibus conantur, quasi scirpi more ab ortu suo cum germine exsurgunt. Hi nimirum cum recta operari appetunt, prius mente sollicita ejusdem operis sui testes quaerunt, et tacita cogitatione pertractant, si sunt qui gerenda videant, si digne haec eloqui qui viderint possint. Si vero eorum facta nullum fortasse hominum contingat aspicere, haec se procul dubio aestimant perdidisse; et interni arbitri oculos quasi absentes deputant, quia ab eo vicem sui operis recipere in posterum recusant. Et quoniam cum rectum quid hypocrita egerit, videri a multis quaerit, bene adhuc de hoc scirpo subjungitur:

CAPUT XLVIII.

VERS. 17.---Super acervum petrarum radices ejus densabuntur, et inter lapides commorabitur.

81. Hypocrita admirationem hominum tota sibi intentione procurat.---Quid enim radicum nomine, nisi latentes cogitationes accipimus, quae in occulto prodeunt, sed in ostensione operum per apertum surgunt? sicut et de verbi semine per prophetam dicitur: Et hoc quod salvatum fuerit de domo Juda, et quod reliquum est, mittet radicem deorsum, et faciet fructum sursum (Isai. XXXVII, 31). Radicem quippe deorsum mittere est cogitationem bonam in abditis multiplicare. Fructum vero sursum facere, est per efficaciam operis recta quae cogitavit ostendere. Lapidum vero nomine in Scriptura sacra homines designantur, sicut sanctae Ecclesiae per Isaiam dicitur: Ponam jaspidem propugnacula tua, et portas tuas in lapides sculptos (Isai. LIV, 12). Qui eosdem lapides quid dixisset aperuit cum subjunxit: Universos filios tuos doctos a Domino (Ibid., 13): Et sicut admonente Petro dicitur: Et vos tanquam lapides vivi superaedificamini domus spiritales (I Petr. II, 5). Hoc itaque loco quia lapides dicti sunt, sed tamen vivi minime dicuntur, nuda appellatione lapidum permisti possunt reprobi et electi figurari.

In cor enim maris montes translati sunt cum praedicantes apostoli a Judaeae perfidia repulsi, ad intellectum gentilium venerunt. Unde ipsi quoque in suis Actibus dicunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quia repellitis illud, et indignos vos judicastis aeternae vitae, ecce convertimur ad gentes (Act. XIII, 46). Sed hanc eamdem translationem montium hi ipsi nescierunt, qui in Domini furore subversi sunt, quia cum de suis finibus Hebraei apostolos pellerent, lucrum se fecisse arbitrati sunt, quod praedicationis lumen amiserunt. Exigentibus quippe meritis, justa animadversione percussi, tanto intelligentiae errore caecati sunt, ut quod lucem perderent, hoc esse gaudium putarent. Sed repulsis apostolis, per Romanum protinus principem Titum Judaea destruitur, atque in cunctis gentibus sparsa dissipatur. Unde et translatis montibus recte subjungitur:

Caput VII

[Vet. III].

VERS. 6.---Qui commovet terram de loco suo, et columnae ejus concutientur.

291 7. Judaeorum dispersio praedicitur.---De loco quippe suo terra commota est cum plebs Israelitica, de Judaeae finibus evulsa, nimirum colla gentibus subdidit, quia subdi auctori recusavit. Quae scilicet terra columnas habuit, quia in sacerdotes et principes, legis doctores atque Pharisaeos, ruitura ejus pertinaciae structura surrexit. In ipsis namque litterae aedificium tenuit, et tranquillitatis suae tempore, sacrificiorum carnalium quasi superimpositae fabricae onera portavit. Sed translatis montibus, columnae concussae sunt, quia subductis a Judaea apostolis, nec ipsi vivere in illa permissi sunt, qui ab illa vitae praedicatores expulerunt. Dignum quippe erat ut terrenam patriam subacti perderent, cujus amore nequaquam veriti sunt coelestis patriae milites impugnare. Sed expulsis sanctis doctoribus, Judaea funditus torpuit, et justo judicantis examine in erroris sui tenebris mentis oculos clausit. Unde et adhuc subditur:

Caput VIII

[Rec. III].

VERS. 7.---Qui praecipit soli, et non oritur; et stellas claudit quasi sub signaculo.

Pues al corazón del mar fueron trasladados los montes cuando los apóstoles predicadores, rechazados por la perfidia de Judea, llegaron al entendimiento de los gentiles. Por lo cual ellos mismos dicen en sus Hechos: A vosotros os convenía hablar primero la palabra de Dios; mas porque la rechazáis, y os habéis juzgado indignos de la vida eterna, he aquí que nos convertimos a los gentiles (Hech. XIII, 46). Mas esta misma traslación de los montes no la conocieron estos mismos, que fueron subvertidos en el furor del Señor, porque cuando los hebreos expulsaban a los apóstoles de sus términos, arbitraron haber obtenido un lucro, en que perdieron la luz de la predicación. Pues exigiéndolo sus méritos, heridos por justa animadversión, fueron cegados por tan gran error de entendimiento, que aquello que perdían de luz, pensaran que era gozo. Mas rechazados los apóstoles, por el príncipe romano Tito Judea es al punto destruida, y esparcida entre todas las naciones se disipa. Por lo cual también a los montes trasladados rectamente se añade:

Capítulo VII

[Vet. III].

VERS. 6.---Quien remueve la tierra de su lugar, y sus columnas se estremecen.

291 7. Se predice la dispersión de los judíos.---Pues la tierra fue removida de su lugar cuando el pueblo israelita, arrancado de los confines de Judea, de seguro sometió su cuello a las naciones, porque rehusó someterse a su Autor. La cual tierra ciertamente tenía columnas, porque en los sacerdotes y príncipes, doctores de la ley y fariseos, se levantó la estructura de su pertinacia que habría de caer. Pues en ellos se mantuvo el edificio de la letra, y en el tiempo de su tranquilidad, llevó las cargas de los sacrificios carnales como de una fábrica superpuesta. Mas trasladados los montes, las columnas fueron sacudidas, porque retirados los apóstoles de Judea, ni ellos mismos fueron permitidos vivir en ella, quienes de ella expulsaron a los predicadores de la vida. Pues digno era que perdieran la patria terrenal sometidos, por cuyo amor de ningún modo temieron impugnar a los soldados de la patria celestial. Mas expulsados los santos doctores, Judea se entorpeció de raíz, y por el justo examen del que juzga cerró los ojos de su mente en las tinieblas de su error. Por lo cual aún se añade:

Capítulo VIII

[Rec. III].

VERS. 7.---Quien manda al sol, y no sale; y cierra las estrellas como bajo un sello.

8. Praedicatoribus expulsis Judaeae lux defuit.---Aliquando namque in sacro eloquio solis nomine, praedicatorum claritas designatur; sicut per Joannem dicitur: Factus est sol ut saccus cilicinus (Apoc. VI, 12). In extremo quippe tempore sol quasi cilicinus saccus ostenditur, quia fulgens vita praedicantium, ante reproborum oculos aspera et despecta monstratur. Qui stellarum quoque claritate figurantur, quia dum recta peccatoribus praedicant, tenebras nostrae noctis illustrant. Unde et subtractis praedicatoribus, per prophetam dicitur: Prohibitae sunt stellae pluviarum (Jerem. III, 3). Quia vero sol per diem fulget, stellae obscuritatem noctis irradiant; et plerumque in sacro eloquio diei appellatione aeterna patria, noctis autem nomine praesens vita signatur: praedicatores sancti ut sol nostris oculis fiunt cum contemplationem nobis verae lucis aperiunt, et velut stellae in tenebris lucent cum per activam vitam profuturi nostris necessitatibus terrena disponunt. Quasi in die ut sol coruscant cum ad contemplandam internae claritatis patriam mentis nostrae aciem sublevant; et quasi stellae in nocte resplendent, quia et cum terrena agunt offensurum jamjamque nostri operis pedem exemplo suae rectitudinis dirigunt. Sed quia expulsis praedicatoribus non fuit qui plebi Judaicae in perfidiae suae nocte remanenti vel claritatem contemplationis ostenderet, vel activae vitae lumen aperiret (veritas quippe, quae hanc repulsa deseruit, subtracto praedicationis lumine, merito suae pravitatis excaecavit), recte dicitur: Qui praecipit soli, et non oritur; et stellas claudit quasi sub signaculo. Oriri quippe ei solem noluit, a qua praedicantium animum divertit. Et quasi sub signaculo stellas clausit, qui dum praedicatores suos per silentium intra semetipsos retinuit, caecis iniquorum sensibus coeleste lumen abscondit.

[Vet. IV.] 9. Judaea ad fidem est revocanda.---Pensandum vero est quia idcirco aliquid sub sigillo claudimus, ut hoc cum tempus congruit ad medium proferamus. Et sacro eloquio attestante didicimus quod Judaea, quae nunc descritur, 292 ad sinum fidei in fiae colligatur. Hinc namque per Isaiam dicitur: Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiae salvae fient (Isai. X, 22, sec. Sept.). Hinc Paulus ait: Donec plenitudo gentium introiret, et sic omnis Israel salvus fieret (Rom. XI, 25).

8. Expulsados los predicadores, faltó la luz a Judea.---Pues a veces en la sagrada elocuencia, con el nombre de sol, se designa la claridad de los predicadores; como se dice por medio de Juan: El sol se puso como un saco de crin (Apoc. 6, 12). Pues en el último tiempo el sol se muestra como saco de crin, porque la resplandeciente vida de los que predican, ante los ojos de los réprobos se muestra áspera y despreciada. Quienes también son figurados por la claridad de las estrellas, porque mientras predican cosas rectas a los pecadores, ilustran las tinieblas de nuestra noche. Por lo cual, retirados los predicadores, se dice por el profeta: Prohibidas han sido las estrellas de las lluvias (Jerem. 3, 3). Mas porque el sol luce por el día, y las estrellas irradian la oscuridad de la noche; y frecuentemente en la sagrada elocuencia con la apelación de día se señala la patria eterna, mas con el nombre de noche la vida presente: los predicadores santos se hacen como sol ante nuestros ojos cuando nos abren la contemplación de la verdadera luz, y como estrellas lucen en las tinieblas cuando por la vida activa disponen las cosas terrenas que han de ser provechosas para nuestras necesidades. Como en el día coruscan como sol cuando elevan el filo de nuestra mente a contemplar la patria de la claridad interna; y como estrellas en la noche resplandecen, porque también cuando tratan las cosas terrenas dirigen el pie de nuestra obra que está a punto de tropezar con el ejemplo de su rectitud. Mas porque, expulsados los predicadores, no hubo quien mostrara al pueblo judaico, que permanecía en la noche de su perfidia, o la claridad de la contemplación, o le abriera la luz de la vida activa (pues la verdad, que por el rechazo la desertó, retirado el lumbre de la predicación, por mérito de su maldad lo cegó), rectamente se dice: Quien manda al sol, y no sale; y cierra las estrellas como bajo un sello. Pues no quiso que para ella saliera el sol, de la cual apartó el ánimo de los que predicaban. Y como bajo un sello cerró las estrellas, quien mientras retuvo a sus predicadores por el silencio dentro de sí mismos, escondió la luz celestial de los ciegos sentidos de los inicuos.

[Vet. IV.] 9. Judea ha de ser revocada a la fe.---Mas ha de considerarse que por eso cerramos algo bajo sello, para que esto lo saquemos al medio cuando el tiempo sea congruo. Y por el testimonio de la sagrada elocuencia hemos aprendido que Judea, que ahora es desertada, 292 sea recogida al seno de la fe al final. Pues de aquí se dice por Isaías: Si fuere el número de los hijos de Israel como la arena del mar, las reliquias se salvarán (Isai. 10, 22). De aquí Pablo dice: Hasta que la plenitud de las naciones entre, y así todo Israel se salve (Rom. 11, 25).

Qui igitur praedicatores suos nunc Judaeae oculis subtrahit, sed postmodum ostendit, quasi sub signaculo stellas clausit, ut, absconsis prius, et post coruscantibus, astrorum spiritalium radiis, noctem suae perfidiae et nunc repulsa non videat, et tunc illuminata deprehendat. Hinc est quod duo illi eximii praedicatores dilata morte subtracti sunt, ut ad praedicationis usum in fine revocentur. De quibus per Joannem dicitur: Hi sunt duae olivae, et duo candelabra in conspectu Domini terrae stantes (Apoc. XI, 4). Quorum unum in Evangelio per semetipsam Veritas pollicetur, dicens: Elias venturus est, et restituet omnia (Matth. XVII, 11). Quasi ergo sub signaculo stellae clausae sunt, qui et nunc occultantur ne appareant, et post ut prodesse valeant apparebunt. Sed tamen plebs Israelitica, quae ubertim in fine colligetur, in ipsis sanctae Ecclesiae exordiis crudeliter obduratur. Nam praedicatores veritatis renuit, verba adjutorii sprevit. Quod tamen mira auctoris dispensatione agitur, ut nimirum praedicantium gloria, quae recepta in uno populo latere poterat, in cunctis gentibus repulsa dilatetur. Unde et apte mox subditur:

Caput IX

[Rec. IV.]

VERS. 8.---Qui extendit coelos solus.

10. Evangelium a Judaeis repelli permisit Deus, ut in omnes gentes diffunderetur.---Quid namque coelorum nomine nisi haec eadem coelestis praedicantium vita designatur? De quibus per Psalmistam dicitur: Coeli enarrant gloriam Dei (Psal. XVIII, 1). Ipsi igitur coeli, ipsi sol esse memorantur; coeli scilicet, quia intercedendo protegunt; sol autem, quia praedicando vim luminis ostendunt. Commota igitur terra, coeli extensi sunt, quia cum Judaea ad vim persecutionis infremuit, apostolorum vitam Dominus in cunctarum gentium cognitionem dilatavit; et dum illa per judicium in mundum captiva dispergitur, isti ubique per gratiam in honorem tenduntur. Angusti quippe coeli fuerant, cum una plebs tot egregios praedicatores tenebat. Quis enim gentilium Petrum nosset, si in solius Israelitici populi praedicatione remaneret? Quis Pauli virtutes agnosceret, nisi hunc Judaea ad nostram notitiam persequendo transmisisset?

Quien, por tanto, ahora retira a sus predicadores de los ojos de Judea, mas después los muestra, como bajo un sello cerró las estrellas, para que, escondidos primero, y después coruscando, los rayos de los astros espirituales, ni ahora vea por el rechazo la noche de su perfidia, ni entonces iluminada la descubra. De aquí es que aquellos dos insignes predicadores fueron retirados, dilatada su muerte, para que al uso de la predicación en el fin sean revocados. De los cuales se dice por Juan: Estos son los dos olivos, y los dos candelabros que están en presencia del Señor de la tierra (Apoc. 11, 4). Uno de los cuales la Verdad en el Evangelio por sí misma promete, diciendo: Elías ha de venir, y restaurará todas las cosas (Mat. 17, 11). Como si, pues, bajo sello las estrellas fueran cerradas, quienes ahora se ocultan para no aparecer, y después para que puedan aprovechar aparecerán. Mas sin embargo el pueblo israelita, que abundantemente en el fin será recogido, en los mismos comienzos de la santa Iglesia cruelmente se endurece. Pues rechazó a los predicadores de la verdad, despreció las palabras de ayuda. Lo cual, no obstante, se hace por la admirable dispensación del Autor, para que sin duda la gloria de los que predican, que recibida en un solo pueblo pudiera estar oculta, sea dilatada en todas las naciones por el rechazo. Por lo cual también aptamente pronto se añade:

Capítulo IX

[Rec. IV.]

VERS. 8.---Quien solo extiende los cielos.

10. Dios permitió que el Evangelio fuera repelido por los judíos, para que se difundiera en todas las naciones.---Pues ¿qué se designa con el nombre de cielos sino esta misma vida celestial de los que predican? De los cuales se dice por el Salmista: Los cielos narran la gloria de Dios (Sal. 18, 1). Ellos mismos, pues, son llamados cielos, ellos mismos son recordados como sol; cielos ciertamente, porque protegen interce-diendo; mas sol, porque muestran la fuerza de la luz predicando. Conmovida, pues, la tierra, los cielos fueron extendidos, porque cuando Judea bramó ante la fuerza de la persecución, el Señor dilató la vida de los apóstoles al conocimiento de todas las naciones; y mientras aquella por el juicio es dispersada cautiva por el mundo, estos por doquier por la gracia son extendidos al honor. Pues estrechos habían sido los cielos, cuando un solo pueblo tenía tantos egregios predicadores. Pues ¿quién de los gentiles conocería a Pedro, si permaneciera en la predicación del solo pueblo israelita? ¿Quién reconocería las virtudes de Pablo, si Judea no lo hubiera transmitido a nuestra noticia persiguiéndolo?

Ecce jam qui flagris et contumeliis ab Israelitica plebe repulsi sunt per mundi fines honorantur. Solus ergo Dominus coelos tetendit, qui secreti mira dispensatione consilii praedicatores suos unde permisit in una gente opprimi, fecit in mundi cardines inde dilatari. Sed neque ipsa haec praesenti dedita mundo gentilitas, cum culpas ejus apostolorum lingua corripuit, verba vitae libenter accepit. Nam protinus in elationem contradictionis intumuit, atque ad crudelitatem se persecutionis excitavit. Sed quae praedicationis verbis contraire nititur, signorum citius admiratione temperatur. Unde apte quoque in auctoris laudem subjungitur:

Caput X

[Vet. et Rec. V].

IBID.---Et graditur super fluctus maris.

293 11. Gentilium persecutiones miraculorum virtute frangendae.---Quid enim maris nomine nisi in bonorum nece saeviens mundi hujus amaritudo signatur? De quo et per Psalmistam dicitur: Congregans quasi in utre aquas maris (Psal. XXXII, 7). Aquas etenim maris quasi in utre Dominus congregat cum, miro moderamine cuncta disponens, in suis clausas cordibus carnalium minas frenat. Super fluctus ergo maris Dominus graditur, quia cum se procellae persecutionis erigunt, miraculorum ejus obstupefactione franguntur. Qui enim tumores humanae vesaniae mitigat, quasi erectas in cumulo undas calcat. Nam cum morem suum gentilitas destrui novae conversationis praedicatione conspiceret, cum mundi hujus divites elationi suae contraire viderent facta pauperum, cum sapientes saeculi adversari sibi imperitorum verba pensarent, in persecutionis protinus tempestatem tumuerunt. Sed qui, verborum adversitate commoti, ad persecutionis procellas insiliunt, signorum, ut diximus, admiratione temperantur. Tot ergo in his fluctibus Dominus gressus posuit, quot superbis persecutoribus miracula ostendit. Unde bene rursum per Psalmistam dicitiur: Mirabiles elationes maris, mirabilis in excelsis Dominus (Psal. XCII, 4), quia contra electorum vitam ad persecutionis undas mundus se mirabiliter extulit, sed has supernorum conditor sublevata virtute praedicantium mirabilius stravit; ministros etenim suos plus ostendit posse per miracula, quam potestates terrenae tumuerant per iram. Quod bene etiam per Jeremiam Dominus exteriora narrans, interiora denuntians, dicit: Posui arenam terminum mari, praeceptum sempiternum quod non praeteribit;

He aquí que ya los que fueron repelidos con azotes y contumelias por el pueblo israelita son honrados por los confines del mundo. Solo el Señor, por tanto, tendió los cielos, quien por la admirable dispensación de un secreto consejo hizo que sus predicadores fueran dilatados de allí a los ejes del mundo, de donde permitió que fueran oprimidos en una sola nación. Mas ni esta misma gentilidad dedicada al presente mundo, cuando la lengua de los apóstoles corrigió sus culpas, recibió de buen grado las palabras de vida. Pues al punto se hinchó en la elación de la contradicción, y se excitó a la crueldad de la persecución. Mas lo que se esfuerza por contradecir las palabras de la predicación, es más pronto templado por la admiración de los signos. Por lo cual aptamente también en alabanza del Autor se añade:

Capítulo X

[Vet. et Rec. V].

IBID.---Y camina sobre las olas del mar.

293 11. Las persecuciones de los gentiles han de ser quebrantadas por la virtud de los milagros.---Pues ¿qué se significa con el nombre de mar sino la amargura de este mundo que ruge en la matanza de los buenos? Del cual también se dice por el Salmista: Congregando como en un odre las aguas del mar (Sal. 32, 7). Pues el Señor congrega las aguas del mar como en un odre cuando, disponiendo todas las cosas con admirable moderación, frena las amenazas de los carnales encerradas en sus propios corazones. Sobre las olas del mar camina, pues, el Señor, porque cuando las tormentas de la persecución se levantan, se quebrantan por el asombro de sus milagros. Pues Aquel que mitiga los tumores de la locura humana, pisa como sobre las olas levantadas en un montón. Porque cuando la gentilidad vio que su costumbre era destruida por la predicación de una nueva conversación, cuando los ricos de este mundo vieron que los hechos de los pobres se oponían a su elación, cuando los sabios del siglo ponderaron que las palabras de los indoctos les eran adversas, al punto se hincharon en la tempestad de la persecución. Mas aquellos que, movidos por la adversidad de las palabras, se lanzan a las tormentas de la persecución, son templados, como dijimos, por la admiración de los signos. Tantos pasos, pues, puso el Señor en estas olas, cuantos milagros mostró a los soberbios perseguidores. Por lo cual bien se dice de nuevo por el Salmista: Admirables son las elaciones del mar, admirable es el Señor en las alturas (Sal. 92, 4), porque contra la vida de los elegidos el mundo se elevó admirablemente a las olas de la persecución, mas estas el Fundador de las cosas superiores las postró más admirablemente al ser levantada la virtud de los que predican; pues mostró que sus ministros podían más por los milagros, que cuanto las potestades terrenas se habían hinchado por la ira. Lo cual bien dice también el Señor por Jeremías narrando las cosas exteriores, denunciando las interiores: He puesto la arena como término al mar, precepto sempiterno que no pasará;

et commovebuntur, et non poterunt, et intumescent fluctus ejus, et non transibunt illum (Jerem. V, 22). Arenam quippe Dominus mari terminum posuit, quia ad frangendam mundi gloriam abjectos et pauperes elegit. Cujus nimirum maris fluctus intumescunt, cum potestates saeculi ad commotionem persecutionis exsiliunt. Sed transire arenam nequeunt, quia despectorum miraculis et humilitate franguntur. Sed dum mare saevit, dum per insaniae suae fluctus erigitur, quia tamen virtutis intimae ostensione calcatur, sancta Ecclesia proficit, atque ad statum sui ordinis per temporum incrementa consurgit. Unde et apte mox subditur:

Caput XI

[Vet. et Rec. VI].

VERS. 9.---Qui facit Arcturum, et Orionas, et Hyadas, et interiora Austri.

12. Verbis sapientum mundi cur utatur Scriptura. ---Nequaquam sermo veritatis vanas Hesiodi, Arati, et Callimachi fabulas sequitur, ut Arcturum nominans, extremam stellarum septem caudam Ursae suspicetur, et quasi Orion gladium teneat amator insanus. Haec quippe astrorum nomina a cultoribus sapientiae carnalis inventa sunt; sed Scriptura sacra idcirco eisdem vocabulis utitur, ut res quas insinuare appetit notitia usitatae appellationis exprimantur. Nam si astra quae vellet per ignota nobis nomina diceret, homo, pro quo haec eadem Scriptura facta est, nesciret procul dubio quid audiret. Sic igitur in sacro eloquio sapientes Dei sermonem trahunt a sapientibus saeculi, sicut in eo pro utilitate hominis vocem in se humanae passionis ipse conditor hominum sumit Deus, ut videlicet dicat: Poenitet me fecisse hominem super terram (Genes. VI, 6, 7); cum profecto constat quia is qui cuncta prius quam veniant conspicit, nequaquam postquam aliquid fecerit poenitendo resipiscat. Quid ergo mirum si spiritales viri utuntur verbis carnalium, quando ipse ineffabilis et creator omnium Spiritus, ut ad intellectum suum carnem pertrahat, in se ipso carnis sermonem format? In Scriptura igitur sacra dum nota astrorum nomina audimus, de quibus astris sermo moveator agnoscimus. Cum vero quae narrentur astra perpendimus, restat ut ex eorum motibus ad spiritualis intelligentiae arcana surgamus. Neque enim juxta litteram mirum aliquid dicitur, quod Deus Arcturum, Orionas, et Hyadas fecit, de quo nimirum constat quia omnino in mundo nihil sit quod ipse non fecerit. Sed sanctus vir haec fecisse Dominum dicit: per quae signari proprie ea quae spiritaliter geruntur intelligit.

y se conmoverán, y no podrán, e hincharán sus olas, y no lo traspasarán (Jer. 5, 22). Pues el Señor puso la arena como término al mar, porque para quebrantar la gloria del mundo eligió a los abyectas y pobres. Cuyas olas del mar ciertamente se hinchan, cuando las potestades del siglo se lanzan a la conmoción de la persecución. Mas no pueden traspasar la arena, porque se quebrantan por los milagros y la humildad de los despreciados. Mas mientras el mar ruge, mientras se eleva por las olas de su locura, porque sin embargo es pisado por la manifestación de la virtud íntima, la santa Iglesia progresa, y surge al estado de su orden por los incrementos de los tiempos. Por lo cual también se añade aptamente pronto:

Capítulo XI

[Vet. et Rec. VI].

VERS. 9.---Quien hace el Arcturo, y los Oriones, y las Híades, e interioridades del Austro.

12. Por qué la Escritura usa las palabras de los sabios del mundo.---De ningún modo el sermón de la verdad sigue las vanas fábulas de Hesíodo, Arato y Calímaco, de modo que nombrando al Arcturo, sospeche la extrema cola de las siete estrellas de la Osa, y como si Orión, amante insano, sostuviera la espada. Pues estos nombres de los astros fueron inventados por los cultivadores de la sabiduría carnal; mas la Sagrada Escritura por eso usa los mismos vocablos, para que las cosas que apetece insinuar sean expresadas por la noticia de la apelación usual. Pues si dijera los astros que quisiera por nombres desconocidos para nosotros, el hombre, para quien esta misma Escritura fue hecha, no sabría sin duda alguna qué oiría. Así, pues, en la sagrada elocuencia los sabios de Dios toman su sermón de los sabios del siglo, como en ella para utilidad del hombre Dios mismo, el Creador de los hombres, asume en sí la voz de la pasión humana, de modo que diga, por ejemplo: Me arrepiento de haber hecho al hombre sobre la tierra (Gén. 6, 6, 7); cuando ciertamente consta que Aquel que contempla todas las cosas antes de que vengan, de ningún modo después de haber hecho algo se arrepiente volviendo sobre sí. ¿Qué maravilla, pues, si los varones espirituales usan las palabras de los carnales, cuando el mismo inefable Espíritu y Creador de todos, para atraer la carne a su entendimiento, forma en sí mismo el sermón de la carne? En la Sagrada Escritura, pues, mientras oímos los nombres conocidos de los astros, reconocemos de qué astros se trata el sermón. Mas cuando ponderamos qué astros se narran, resta que de sus movimientos nos elevemos a los arcanos de la inteligencia espiritual. Pues ni según la letra se dice algo admirable, que Dios hizo el Arcturo, los Oriones y las Híades, de lo cual ciertamente consta que en el mundo no hay absolutamente nada que Él mismo no haya hecho. Mas el varón santo dice que el Señor hizo estas cosas: por las cuales entiende que se significan propiamente aquellas que se gestionan espiritualmente.

13. Arcturus significat Ecclesiam.---Quid namque Arcturi nomine, qui, in coeli axe constitutus, septem stellarum radiis fulget, nisi Ecclesia universalis exprimitur, quae in Joannis Apocalypsi per septem Ecclesias septemque candelabra figuratur (Apoc. I, 12, 20)? Quae dum dona in se septiformis gratiae Spiritus continet, claritate summae virtutis irradians, quasi ab axe veritatis lucet. Pensandum quoque est quod Arcturus semper versatur, et nunquam mergitur, quia et sancta Ecclesia persecutiones iniquorum sine cessatione tolerat, sed tamen usque ad mundi terminum sine defectu perdurat. Saepe namque eam reprobi, quia usque ad internecionem persecuti sunt, quasi hanc se funditus exstinxisse crediderunt; sed eo multiplicius ad statum sui provectus rediit, quo inter manus persequentium moriendo laboravit. Arcturus ergo dum versatur erigitur, quia tunc sancta Ecclesia valentius in veritate reficitur, cum ardentius pro veritate fatigatur.

14. Oriones martyres.---Unde apte quoque post Arcturum protinus Orionas subdit. Oriones quippe in ipso pondere temporis hiemalis oriuntur, suoque ortu tempestates excitant, et maria terrasque perturbant. Quid igitur post Arcturum per Orionas nisi martyres designantur? Quid, dum sancta Ecclesia ad statum praedicationis erigitur, pondus persequentium molestiasque passuri, ad coeli faciem quasi in hieme venerunt. His etenim natis, mare terraque turbata est, quia dum gentilitas mores suos destrui, apparente illorum fortitudine, doluit, in eorum necem non solum iracundos ac turbidos, sed etiam placidos erexit. Ex Orionibus itaque hiems inhorruit, quia, clarescente sanctorum constantia, frigida mens infidelium ad tempestatem se persecutionis excitavit. Orionas ergo coelum edidit, cum sancta Ecclesia martyres misit. Qui dum loqui recta rudibus ausi sunt, omne pondus ex frigoris adversitate pertulerunt.

15. Hyadae doctores.---Post Orionas quoque Hyadas adjungit. Hyadae etenim coelo clarescentibus verno tempore, pluvias concitant. Quid igitur per Hyadas nisi sacrae Scripturae doctores exprimuntur? Qui ad faciem coeli, hoc est ad gratiam praedicationis, producti, tunc mundum pluviis verborum rigaverunt, cum in eis, transacta hieme persecutionis, veris gratia de coelestis ortu luminis incaluit. Nam peracto martyrum frigore, in eis mox praedicatores mundi seriem, quasi verno tempore, susceperunt.

13. Arcturo significa la Iglesia.---Pues ¿qué se expresa por el nombre de Arcturo, el cual, constituido en el eje del cielo, brilla con los rayos de siete estrellas, sino la Iglesia universal, que en el Apocalipsis de Juan es figurada por siete Iglesias y siete candelabros (Apoc. 1, 12, 20)? La cual, mientras contiene en sí los dones de la gracia septiforme del Espíritu, irradiando con la claridad de la suma virtud, luce como desde el eje de la verdad. Se ha de pensar también que el Arcturo siempre gira y nunca se sumerge, porque también la santa Iglesia tolera las persecuciones de los inicuos sin cesar, mas sin embargo perdura sin defecto hasta el fin del mundo. Pues a menudo los réprobos, porque la persiguieron hasta el exterminio, creyeron que la habían extinguido fundadamente; mas tanto más múltiplemente volvió al estado de su progreso, cuanto más trabajó muriendo entre las manos de los perseguidores. El Arcturo, pues, mientras gira es elevado, porque entonces la santa Iglesia se restaura con más valía en la verdad, cuando más ardientemente se fatiga por la verdad.

14. Los Oriones son los mártires.---Por lo cual aptamente también después del Arcturo añade al punto los Oriones. Pues los Oriones nacen en el mismo peso del tiempo invernal, y con su orto excitan tempestades, y perturban los mares y las tierras. ¿Qué se designa, pues, después del Arcturo por los Oriones sino los mártires? Los cuales, mientras la santa Iglesia se eleva al estado de la predicación, habiendo de padecer el peso de los perseguidores y las molestias, vinieron a la faz del cielo como en invierno. Pues nacidos estos, el mar y la tierra se turbaron, porque mientras la gentilidad dolióse de que sus costumbres fueran destruidas, ante la fortaleza de aquellos que aparecía, excitó para su matanza no solo a los iracundos y turbulentos, sino también a los plácidos. De los Oriones, por tanto, se erizó el invierno, porque, al aclararse la constancia de los santos, la mente fría de los infieles se excitó a la tempestad de la persecución. El cielo, pues, produjo los Oriones, cuando la santa Iglesia envió a los mártires. Quienes, mientras osaron hablar cosas rectas a los rudos, soportaron todo el peso de la adversidad del frío.

15. Las Híades son los doctores.---Después de los Oriones también añade las Híades. Pues las Híades, al aclararse en el cielo en tiempo primaveral, excitan las lluvias. ¿Qué se expresa, pues, por las Híades sino los doctores de la Sagrada Escritura? Quienes, producidos a la faz del cielo, esto es, a la gracia de la predicación, regaron entonces el mundo con las lluvias de las palabras, cuando en ellos, transcurrido el invierno de la persecución, se calentó la gracia de la primavera por el orto de la luz celestial. Pues pasado el frío de los mártires, pronto los predicadores del mundo recibieron en ellos su turno, como en tiempo primaveral.

Qui tunc clarescere coeperunt, cum jam gentilitas ad veritatis lucem, propitia divinitate, patesceret. Hi autem Hyadae dicuntur, quia Graeco vocabulo a pluvia nomen acceperunt, ab eo scilicet quod est hyen, quod nimirum pluere dicitur. Recte ergo Hyadae vocantur, qui adventu suo in mundi faciem imbres doctrinae portant. Qui dum in altum tenduntur, coelique axe versantur, terram nostram siti aridam in foetum fructuum, infuso doctrinae imbre, relaxant. Si enim doctrinae imber deesset, minime in terris nostris arescentia corda virescerent. Unde et per Moysen dicitur: Exspectetur sicut pluvia eloquium meum (Deut. XXXII, 2). De his quoque pluviis per Psalmistam dicitur: Voluntariam pluviam segregasti Deus haereditati tuae (Psal. LXVII, 10). Per Hyadas ergo doctores exprimuntur, quia dum adventu eorum verna mundi facies incalesceret, ex eorum praedicatione terra nostrarum mentium ad germinandum profecit.

16. Hyadae septem sunt.---Ipsae quoque Hyadae septem esse perhibentur. Quia nimirum doctores sanctae Ecclesiae, dum plenitudinem septiformis Spiritus accipiunt, per universum mundum ad praedicandum septenario numero diffunduntur. Quia vero Hyadae in Tauri fronte positae sunt, valde hunc ordinem nos oportet inquirere. Quid enim per Taurum nisi vel ipse Redemptor noster, vel quilibet in ejus corpore praedicator accipitur? Quia videlicet ille pro nobis in victimam mactari dignatus est; et hi laborem certaminis multo labore subeuntes, quasi in boum more, de exaratis mentibus fructus virtutum colligunt. Unde per legem dicitur: Non alligabis os bovi trituranti (Deut. XXV, 4). Et Paulus dicit: Numquid de bobus cura est Deo? (I Cor. IX, 9.) Quid ergo per caput Tauri nisi ipse auctor noster designatur? Quid autem per frontem nisi ejusdem auctoris nostri praesumptio et fiducia? Hyadae ergo in Tauri fronte positae sunt, quia doctores sancti in auctoris nostri praesumptione et fiducia clarescunt. Nam nisi ejus gratia munirentur, et in ejus se praesumptione roborarent, nequaquam vanae gloriae tunc mundi resistere, et ad nos doctrinae suae pluviam dilatare potuissent. Ipsi quoque in ejus fronte lucent, per quos nobis praeceptum fidei ejus et rectitudinis demonstratur. Quos dum loquentes audimus, in cujus fiducia fulgeant agnoscimus.

17. Interiora Austri, qui Auster?---Sed his omnibus Austri interiora subjungit. Quid namque Austri nomine nisi Spiritus sancti gratia figuratur? Qui dum corda hominum calore suo tetigerit, ab eis torporem frigoris relaxat. Unde per Psalmistam dicitur: Converte Domine captivitatem nostram sicut torrens in Austro (Psal. CXXV, 4). Auster enim calidus ventus est, et a suo loco torpentes aquas dissolvit. Sic, sic adventus Spiritus sancti relaxat in nobis frigus iniquitatis, et in torrentes poenitentiae lacrymas districtionis exsolvit.

Quienes empezaron entonces a aclararse, cuando ya la gentilidad, por la propicia divinidad, se abría a la luz de la verdad. Mas estas son llamadas Híades, porque tomaron su nombre de la lluvia en vocablo griego, de aquello que es hyen, lo cual ciertamente se dice llover. Rectamente, pues, son llamadas Híades las que con su llegada a la faz del mundo traen lluvias de doctrina. Las cuales, mientras se extienden a lo alto y giran en el eje del cielo, relajan nuestra tierra, árida de sed, en prole de frutos, infuso el aguacero de la doctrina. Pues si faltara el aguacero de la doctrina, de ningún modo los corazones que se secan en nuestras tierras reverdecerían. Por lo cual también se dice por Moisés: Espérese como la lluvia mi elocuencia (Deut. 32, 2). De estas lluvias también se dice por el Salmista: Una lluvia voluntaria apartaste, Dios, para tu heredad (Sal. 67, 10). Por las Híades, pues, se expresan los doctores, porque mientras con su llegada se calentaba la faz primaveral del mundo, por su predicación la tierra de nuestras mentes progresó para germinar.

16. Las Híades son siete.---Estas mismas Híades también se dice que son siete. Porque ciertamente los doctores de la santa Iglesia, mientras reciben la plenitud del Espíritu septiforme, se difunden por todo el mundo para predicar en el número septenario. Mas porque las Híades están puestas en la frente del Toro, nos es muy necesario inquirir este orden. Pues ¿qué se entiende por el Toro sino o bien nuestro mismo Redentor, o bien cualquier predicador en su cuerpo? Porque ciertamente Él se dignó ser inmolado como víctima por nosotros; y estos, sufriendo el trabajo del certamen con mucho esfuerzo, como a la manera de los bueyes, recogen de las mentes aradas los frutos de las virtudes. Por lo cual se dice por la ley: No atarás la boca al buey que trilla (Deut. 25, 4). Y Pablo dice: ¿Acaso tiene Dios cuidado de los bueyes? (1 Cor. 9, 9). ¿Qué, pues, se designa por la cabeza del Toro sino nuestro mismo Autor? Mas ¿qué por la frente sino la presunción y confianza de nuestro mismo Autor? Las Híades, por tanto, están puestas en la frente del Toro, porque los santos doctores brillan en la presunción y confianza de nuestro Autor. Pues si no fueran protegidos por su gracia, y se robustecieran en la presunción de Él, de ningún modo habrían podido entonces resistir a la vana gloria del mundo, y dilatar hasta nosotros la lluvia de su doctrina. Ellos mismos también lucen en su frente, por quienes se nos demuestra el precepto de su fe y rectitud. A los cuales, mientras los oímos hablar, reconocemos en qué confianza brillan.

17. Las interioridades del Austro, ¿quién es el Austro?---Mas a todas estas cosas añade las interioridades del Austro. Pues ¿qué se figura con el nombre del Austro sino la gracia del Espíritu Santo? El cual, mientras toca los corazones de los hombres con su calor, relaja de ellos el torpor del frío. Por lo cual se dice por el Salmista: Convierte, Señor, nuestra cautividad como torrente en el Austro (Sal. 125, 4). Pues el Austro es un viento cálido, y desde su lugar disuelve las aguas aletargadas. Así, así la llegada del Espíritu Santo relaja en nosotros el frío de la iniquidad, y disuelve en torrentes de penitencia las lágrimas de la estrechez.

Qui rursum Auster per Salomonem dicitur: Surge Aquilo, et veni Auster, perfla hortum meum, et fluant aromata illius (Cant. IV, 16). Aquilo quippe est malignus spiritus, qui corda nostra constringit, et ad fructus boni operis nequaquam florescere permittit. Sed ab horto Domini recedere jubetur Aquilo, et venire Auster, ut dum supernae gratiae Spiritus mentem possederit, per amorem ejus fluant aromata virtutum. Quia ergo Spiritus sanctus Auster dicitur, quid per ejus interiora nisi arcana ejus et occulta judicia designantur? Quae sicut a nobis videri non possunt, sic in eis quae foris aguntur ejusdem Spiritus virtus mirabiliter ordinatur. Post Arcturum ergo, post Orionas, post Hyadas, interiora Austri subjungit; quia post Ecclesiae statum, post martyrum certamina, post doctorum pluvias, mira et occulta ejusdem Spiritus judicia, quibus haec ipsa dispensantur, ostendit. Dum enim multi ad fidem veniunt, multi in sua perfidia relinquuntur; dum alii ad poenitnetiam a pravis actibus redeunt, alii in suis iniquitatibus perseverant; dum alii martyrii palma coronantur, alii, ad poenam ducti, ad abnegationem fracti fragilitate vertuntur; dum Hyadae doctrinam fundunt, alii hanc in augmentum fructus accipiunt, alii, clauso corde, in sui sterilitate conticescunt. Quid haec nisi interiora Austri, id est Spiritus sancti abscondita judicia sunt? Quae nimirum, quanto occultiora sunt, tanto magis in ejus laudibus admiranda. Unde et apte subjungitur:

VERS. 10.---Qui facit magna et incomprehensibilia, et mirabilia, quorum non est numerus.

18. Omnis creatura prae Conditore suo nihil.---Quia juxta litteram Deus haec omnia et prius fecit, et quotidie facit, quis ambigit? Sed sanctus vir, sicut diximus, facta Dei miratur, per quae aliud designari intelligit. Miratur namque Ecclesiae statum, martyrum certamina, et imbres doctorum, et quid aliud in eis nisi facientem Dominum stupet? Sed quia ipsa per se sunt magna, sed ei qui fecit, collata, nequaquam sunt magna, recte subjungitur: Qui facit magna et incomprehensibilia, et mirabilia, quorum non est numerus. Quae enim creata sunt, quamvis nobis incomprehensibilia, ad eum tamen qui fecit, sunt comprehensibilia. Unde et Joannes dicit: Quod factum est, in ipso vita erat (Joan. I, 3). In se quippe res creata non est vita, sed in auctore suo vita est, quia in ejus dispositione aeternaliter vivit. Quae igitur incomprehensibilia homini, in Deo comprehensa sunt; et quae in se sunt numerabilia, in eo sunt innumerabilia, quia ejus sapientiae non est numerus. Namque ea quae sunt numerabilia, nisi in se essent innumerabilia, numerum ejus sapientiae facerent.

El cual Austro de nuevo se dice por Salomón: Levántate, Aquilón, y ven, Austro, sopla por mi huerto, y fluyan sus aromas (Cant. 4, 16). Pues el Aquilón es el espíritu maligno, que constriñe nuestros corazones, y de ningún modo permite que florezcan para los frutos de la buena obra. Mas se manda al Aquilón retirarse del huerto del Señor, y venir al Austro, para que mientras el Espíritu de la gracia suprema posea la mente, por su amor fluyan los aromas de las virtudes. Porque, por tanto, el Espíritu Santo es llamado Austro, ¿qué se designa por sus interioridades sino sus secretos y ocultos juicios? Los cuales, así como no pueden ser vistos por nosotros, así en aquellas cosas que se hacen fuera la virtud del mismo Espíritu es maravillosamente ordenada. Después del Arcturo, pues, después de los Oriones, después de las Híades, añade las interioridades del Austro; porque después del estado de la Iglesia, después de los certámenes de los mártires, después de las lluvias de los doctores, muestra los admirables y ocultos juicios del mismo Espíritu, por los cuales estas mismas cosas son dispensadas. Pues mientras muchos vienen a la fe, muchos son dejados en su perfidia; mientras unos vuelven a la penitencia desde los actos depravados, otros perseveran en sus iniquidades; mientras unos son coronados con la palma del martirio, otros, llevados a la pena, son vueltos por la fragilidad rota a la abnegación; mientras las Híades derraman la doctrina, unos reciben esta para el aumento del fruto, otros, cerrado el corazón, callan en su esterilidad. ¿Qué son estas cosas sino las interioridades del Austro, esto es, los juicios escondidos del Espíritu Santo? Los cuales ciertamente, cuanto más ocultos son, tanto más han de ser admirados en sus alabanzas. Por lo cual también se añade aptamente:

VERS. 10.---Quien hace cosas grandes e incomprensibles, y maravillosas, de las cuales no hay número.

18. Toda criatura es nada ante su Creador.---¿Quién duda que, según la letra, Dios hizo todas estas cosas antes, y las hace cotidianamente? Mas el varón santo, como dijimos, admira los hechos de Dios, por los cuales entiende que se designa otra cosa. Pues admira el estado de la Iglesia, los certámenes de los mártires, y los aguaceros de los doctores, y ¿qué otra cosa en ellos sino al Señor que los hace se estupefacta? Mas porque estas mismas cosas son grandes por sí, mas comparadas con Aquel que las hizo, de ningún modo son grandes, rectamente se añade: Quien hace cosas grandes e incomprensibles, y maravillosas, de las cuales no hay número. Pues las cosas que son creadas, aunque incomprensibles para nosotros, sin embargo para Aquel que las hizo son comprensibles. Por lo cual también dice Juan: Lo que fue hecho, en Él era vida (Jn. 1, 3). Pues en sí la cosa creada no es vida, mas en su autor es vida, porque en su disposición vive eternalmente. Aquellas cosas, pues, incomprensibles para el hombre, en Dios están comprendidas; y las que en sí son numerables, en Él son innumerables, porque de su sabiduría no hay número. Pues aquellas cosas que son numerables, si no fueran en sí innumerables, harían número a su sabiduría.

Sed quia ad eum omnia finiuntur, ipse autem a nullo finitur, ipsa quoque quae in se finem habent, in ejus incomprehensibilitate sine fine sunt. Recte ergo dicitur: Qui facit magna et incomprehensibilia, et mirabilia, quorum non est numerus. Quasi aperte dicat: Quid mirum si haec ab eo facta credimus, quem nihil comprehensum claudit, nihil expletum finit? Qui cum sit ipse incomprehensibilis, etiam ipsa quae fecit incomprehensibiliter regit. Unde et Job ad semetipsum rediens, et in seipso incomprehensibilitatem conditoris stupens, adjungit:

VERS. 11.---Si venerit ad me, non videbo eum; si abierit, non intelligam.

19. Deus etsi videatur, non videtur.---Beatus Job non solum in mundi gubernatione, sed etiam in semetipso Dei potentiam considerat. Dum namque animadvertit quo ordine conditus sit, et quo rursum ordine regatur, haec ipsa quibus regitur sentit, sed quomodo regatur non videt. Nam sicut diximus, superius creaturae spiritus medius est inter Deum et carnem; qui in hoc quod a Deo vivificatur, infra Deum est; in hoc vero quod carnem vivificat, supra carnem est. Qui ergo supra carnem est, bene omnia quae infra se sunt videt; sed quia infra Deum est, hoc quod supra se est comprehendere non valet. Qui enim ipse comprehenditur, id a quo comprehenditur quomodo comprehendat? Deus igitur omnia quae sunt conspicit, et ab his quae sunt videri minime potest. De quo per Joannem dicitur: Deum nemo vidit unquam (Joan. I, 18). Et rursum scriptum est: Vultum meum nemo videbit, et vivet (Exod. XXXIII, 20); quia scilicet in hac vita quisquis Deum videt, ei moritur, ne videndo vivat. Nam nisi a praesentis saeculi delectatione funditus moriatur, ad aeternitatis visionem minime sublevatur. Unde et Job dicit: Si venerit ad me, non videbo eum. Venit namque ad nos Dominus, cum mentes nostras gratia suae visitationis illustrat. Quod dum fit, quia ejus in nobis mox virtus sentitur, venire dicitur. Sed quia ipsa ejus essentia a nulla creatura conspicitur, recte subjungitur: Non videbo eum. Visitationem namque ejus homo sentit, sed ipsum non videt. Qui tunc in seipsam mentem sublevat, cum humanarum cogitationum formas evacuat, et per intentionem ad id quod ultra hominem est tenditur. Sed cum ipse fulgor inaccessibilis intentionem mentis repercutit, ipsa infirmitas sua repercussa ad id quod intelligere potest, quasi in semetipsam relabitur. Quia igitur gratia suae visitationis praesto est, sed quis sit qui venit non videtur, recte dicitur: Si venerit ad me, non videbo eum.

Mas porque para Él todas las cosas terminan, mas Él por nadie es terminado, aquellas mismas que en sí tienen fin, en su incomprensibilidad son sin fin. Rectamente, pues, se dice: Quien hace cosas grandes e incomprensibles, y maravillosas, de las cuales no hay número. Como si dijera abiertamente: ¿Qué maravilla si creemos que estas cosas fueron hechas por Él, a quien nada comprendido encierra, nada acabado termina? Quien siendo Él mismo incomprensible, también gobierna incomprensiblemente aquellas cosas que hizo. Por lo cual también Job volviendo a sí mismo, y admirando en sí mismo la incomprensibilidad del creador, añade:

VERS. 11.---Si viniere a mí, no lo veré; si se fuere, no lo entenderé.

19. Dios, aunque sea visto, no es visto.---El bienaventurado Job no solo en la gobernación del mundo, sino también en sí mismo considera la potencia de Dios. Pues mientras advierte en qué orden fue fundado, y en qué orden de nuevo es gobernado, siente estas mismas cosas por las que es gobernado, mas cómo es gobernado no lo ve. Pues como dijimos, arriba el espíritu de la criatura es medio entre Dios y la carne; el cual en esto que es vivificado por Dios, está debajo de Dios; mas en esto que vivifica a la carne, está sobre la carne. El que, por tanto, está sobre la carne, bien ve todas las cosas que están debajo de él; mas porque está debajo de Dios, esto que está sobre él no puede comprenderlo. Pues ¿cómo el que es comprendido él mismo, comprendería aquello por lo que es comprendido? Dios, por tanto, contempla todas las cosas que son, y por estas que son de ningún modo puede ser visto. De quien se dice por Juan: A Dios nadie lo vio jamás (Jn. 1, 18). Y de nuevo está escrito: Mi rostro nadie lo verá, y vivirá (Éx. 33, 20); porque ciertamente en esta vida quienquiera que ve a Dios, muere para ella, para que viendo no viva. Pues si no muriera fundadamente para la delectación del presente siglo, de ningún modo se elevaría a la visión de la eternidad. Por lo cual también Job dice: Si viniere a mí, no lo veré. Pues viene a nosotros el Señor, cuando ilustra nuestras mentes con la gracia de su visitación. Lo cual mientras se hace, porque su virtud pronto se siente en nosotros, se dice que viene. Mas porque su misma esencia por ninguna criatura es contemplada, rectamente se añade: No lo veré. Pues el hombre siente su visitación, mas no lo ve a Él. Quien entonces eleva la mente hacia sí misma, cuando evacua las formas de las cogitaciones humanas, y por la intención se tiende a aquello que está más allá del hombre. Mas cuando el mismo fulgor inaccesible repele la intención de la mente, su misma flaqueza repelida a aquello que puede entender, recae como en sí misma. Porque, por tanto, la gracia de su visitación está presente, mas quién sea el que viene no se ve, rectamente se dice: Si viniere a mí, no lo veré.

20. Deus quomodo veniat, quomodo abeat.---Quia vero gratia haec eadem aliquando subtrahitur, ut mens in seipsa remissa cognoscat quid ipsa sit, recte subditur: Si abierit, non intelligam. Cum enim venit, ejus virtus sentitur; cum autem abscedit, ignoratur unde veniat, vel quo vadat. Quia scilicet visitationis ejus initium et finem nosse minime valemus. Unde et ad Nicodemum dicitur: Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat (Joan. III, 8). Vocem namque Spiritus audimus, cum per gratiam suam ejus adspiratione compungimur. Sed unde veniat, aut quo vadat nescimus, quia visitationis ejus nec exordia per praescientiam videmus, nec perseverantiam per comprehensionem tenemus. Recte ergo dicitur: Si abierit, non intelligam. Quasi enim venire ad nos Dominus tunc dicitur, cum mentes nostras grata visitatione compungit; sed tunc abire, cum post compunctionis suae gratiam mentes nostras deserit. Quia nimirum si mentes nostras semper in hac visitationis suae gratia teneret, in hac jam vita coelestis patriae gaudia videremus. Sed haec eadem gratia ad horam tribuitur, et protinus subtrahitur, ut nos ad se per desiderium rapiat, sed ne ad se per satietatem retineat. Ad se igitur venire nos facit, sed sibi praesentari in hac vita minime permittit.

VERS. 12.---Si repente interroget, quis respondebit ei? vel quis potest dicere: Quare ita facis?

Sed haec poma quae edere in terra renuimus, per maria portamus, quia concessa bona tot munerum inconcussi custodire in paradiso noluimus, et servare nunc in tentationibus conamur. Tendentes ad terminum, aura vitae praesentis impellimur, mutabilitatis nostrae fluctu fatigamur. Sed quia per crucis mysterium ad ingenita naturae bona restringimur, quasi per lignum poma portamus. Quod tamen intelligi et aliter potest. Naves etenim cum poma portant, suavitatem odoris habent, sed gravitatem ponderis 311 non habent. Et humanum genus paradisi gaudiis expulsum vim contemplationis perdidit, robur conditae fortitudinis amisit; cumque ad superna repetenda se erigit, fragrat quidem odore memoriae, sed digne non exerit pondus vitae. Pomorum ergo odoribus repletur, et tamen huc illucque leviter mentis nostrae navis impellitur, quia et paradisi celsitudinem cum odoris recordatione meminimus, et importunos tentationum fluctus ex carne toleramus. Unde et apte subjungitur: Sicut aquila volans ad escam. [Vet. XXV.] Aquila etenim alto valde volatu suspenditur, et adnisu praepeti ad aethera libratur; sed per appetitum ventris terras expetit, seseque a sublimibus repente deorsum fundit. Sic sic humanum genus in parente primo ad ima de sublimibus corruit, quod nimirum conditionis suae dignitas in rationis celsitudine quasi in aeris libertate suspenderat; sed quia, contra praeceptum, cibum vetitum contigit, per ventris concupiscentiam ad terras venit; et quasi post volatum carnibus pascitur, quia illa libera contemplationis inspiracula perdidit, et deorsum corporeis voluptatibus laetatur. Sicut ergo aquila volans ad escam, dies nostri velociter transeunt, quia quo ima petimus, eo subsistere in vita prohibemur.

51. Quaestiones durae circa hominis lapsum qui refrenandae. Menti etsi justa, tamen dura caecitas.---Sed cum haec ante mentis oculos continua cogitatione revolvimus, duris taciti quaestionibus urgemur, cur omnipotens Deus condidit quem periturum esse praescivit? cur is qui summe potens et summe bonus est nequaquam voluit hominem talem facere qui perire non posset? Cum vero haec tacita mens interrogat, pavet ne ipso interrogationis ausu in superbiam erumpat, seque humiliter comprimit, et cogitationes restringit.

Pero estos frutos que rehusamos comer en la tierra, los llevamos por los mares, porque no quisimos custodiar inconcusos en el paraíso los bienes concedidos de tantos dones, y tratamos de conservarlos ahora en las tentaciones. Tendiendo al término, somos impulsados por el aura de la vida presente, somos fatigados por la ola de nuestra mutabilidad. Pero porque por el misterio de la cruz somos restringidos a los bienes innatos de la naturaleza, llevamos frutos como por el leño. Lo cual, sin embargo, puede entenderse también de otro modo. Pues las naves cuando llevan frutos, tienen la suavidad del olor, pero no tienen la gravedad del peso. Y el género humano, expulsado de los gozos del paraíso, perdió la fuerza de la contemplación, perdió el robusto vigor de la fortaleza creada; y cuando se erige para repetir las cosas supernas, fragua por cierto con el olor de la memoria, pero no ejerce dignamente el peso de la vida. Se llena, pues, con los olores de los frutos, y sin embargo la nave de nuestra mente es impulsada levemente de aquí para allá, porque tanto recordamos la altura del paraíso con el recuerdo del olor, como toleramos las importunas olas de las tentaciones desde la carne. De donde también aptamente se subraya: Como águila que vuela hacia su presa. [Vet. XXV.] Pues el águila se suspende con un vuelo muy alto, y con esfuerzo veloz se equilibra hacia los éteres; pero por el apetito del vientre busca las tierras, y se vierte de repente desde lo alto hacia abajo. Así así el género humano cayó a lo más bajo desde lo alto en el primer padre, al cual a saber la dignidad de su condición había suspendido en la altura de la razón como en la libertad del aire; pero porque, contra el precepto, tocó el alimento prohibido, vino a las tierras por la concupiscencia del vientre; y como si después del vuelo se alimentara de carnes, porque perdió aquellos libres suspiros de la contemplación, y abajo se deleita con placeres corpóreos. Como por tanto el águila que vuela hacia su presa, nuestros días pasan velozmente, porque en lo que buscamos lo más bajo, en ello se nos prohíbe subsistir en la vida.

51. Cuestiones duras acerca del lapso del hombre que deben ser refrenadas. Ceguedad de la mente, aunque justa, sin embargo dura.---Pero cuando revolvemos estas cosas ante los ojos de la mente con continuo pensamiento, somos urgidos por duras cuestiones tácitas: ¿por qué el Dios omnipotente creó a quien previó que habría de perecer? ¿por qué aquel que es sumamente poderoso y sumamente bueno de ningún modo quiso hacer al hombre tal que no pudiera perecer? Pero cuando la mente tácita interroga estas cosas, teme no sea que por el mismo atrevimiento de la interrogación rompa en soberbia, y se comprime a sí misma humildemente, y restringe los pensamientos.

Sed eo gravius affligitur, quo inter mala quae sustinet etiam de conditionis suae abscondito intellectu cruciatur. Unde hic quoque apte subjungitur: Cum dixero, Nequaquam ita loquar, commuto faciem meam, et dolore torqueor. Nequaquam quippe ita nos debere loqui dicimus cum, nostrae infirmitatis modum ex inquisitione transeuntes, nosmetipsos pavore reprehendimus, et supernae reverentiae consideratione refrenamus. In qua refrenatione scilicet mentis nostrae facies commutatur, quia quae prius non capiens audenter summa requirebat, infirmitatem suam postmodum agnoscens, venerari inchoat quod ignorat. Sed in ipsa commutatione dolor est, quia valde affligitur, quoniam primae culpae merito ad intelligenda ea quae de ipsa sunt caecatur. Quae patitur, justa esse considerat; pavet, ne in dolore per licentiam locutionis excedat; ori silentium indicit, sed excitatus dolor eo ipso quo restringitur augetur. Dicat ergo: Cum dixero, Nequaquam ita loquar, commuto faciem meam, et dolore torqueor, quia tunc gravius plerumque affligimur, cum quasi per consolationis studium afflictionis nostrae nobis conamur mala levigare. Sed quisquis, jam subtiliter parentis primi damnatione propagata, humani generis damna considerat, superest ut his adjungere propria metuat. Unde vir sanctus postquam communia intulit, repente specialia subjungit, dicens:

Caput XXXIV

[Rec. XVII].

VERS. 28.---Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti.

52. Operibus etiam bonis timendum Job docet.---Quae beatus Job opera exercuit, sacrae hujus historiae textus ostendit. Holocaustis quippe multiplicibus auctorem placare studuit, quia juxta filiorum numerum, ut scriptum est, consurgens diluculo, offerebat holocausta per singulos; eosque non solum ab immundis actibus, sed a prava quoque cogitatione mundabat. De quo, Scriptura teste, perhibetur: Dicebat enim: Ne forte peccaverint filii mei, et benedixerint Deo in cordibus suis (Job. I, 5). Affectum ergo compassionis exercuit, quia ipse de se amicorum quaestionibus exactus dicit: Flebam quondam super eum qui afflictus erat (Job. XXX, 25). Ministerium pietatis impendit, qui ait: Oculus fui caeco, et pes claudo (Job. XXIX, 15). Castitatis munditiam in corde custodivit, qui obtestando se aperit, dicens: Si deceptum est cor meum super mulierem (Job. XXXI, 9). Humilitatis culmen medullitus tenuit, qui dicit: Si contempsi judicium subire cum servo meo et ancilla mea, cum disceptarent adversum me (Ibid., 13).

Pero es afligida tanto más gravemente cuanto que, entre los males que sostiene, también es torturada por el escondido entendimiento de su propia condición. De donde aquí también se añade aptamente: Cuando dijere: De ningún modo hablaré así, cambio mi rostro, y soy atormentado por el dolor. Pues decimos que de ningún modo debemos hablar así cuando, traspasando el modo de nuestra enfermedad por la inquisición, nos reprendemos a nosotros mismos con pavor, y nos refrenamos por la consideración de la suprema reverencia. En cuya refrenación ciertamente el rostro de nuestra mente es cambiado, porque la que antes, no captando, audazmente requería las cosas sumas, reconociendo después su enfermedad, comienza a venerar lo que ignora. Pero en la misma conmutación hay dolor, porque es muy afligida, ya que por el mérito de la primera culpa es cegada para entender aquellas cosas que son acerca de ella misma. Considera que lo que padece es justo; teme no sea que en el dolor exceda por la licencia de la locución; impone silencio a su boca, pero el dolor excitado es aumentado por aquello mismo por lo que es restringido. Diga, pues: Cuando dijere: De ningún modo hablaré así, cambio mi rostro, y soy atormentado por el dolor, porque entonces somos afligidos generalmente de modo más grave, cuando como por el estudio de la consolación intentamos suavizarnos los males de nuestra aflicción. Pero quienquiera que, ya sutilmente propagada la condenación del primer pariente, considera los daños del género humano, resta que tema añadir a estos los propios. De donde el varón santo, después que introdujo las cosas comunes, de repente añade las especiales, diciendo:

Capítulo XXXIV

[Rec. XVII].

VERS. 28.---Temía todas mis obras, sabiendo que no perdonarías al delincuente.

52. Job enseña que incluso de las obras buenas se debe temer.---Qué obras ejercitó el bienaventurado Job, lo muestra el texto de esta sagrada historia. Pues con holocaustos múltiples estudió aplacar al Autor, porque según el número de sus hijos, como está escrito, levantándose al amanecer, ofrecía holocaustos por cada uno; y los limpiaba no solo de los actos inmundos, sino también del pensamiento depravado. De quien, siendo testigo la Escritura, se relata: Pues decía: No sea que por ventura mis hijos hayan pecado, y hayan bendecido a Dios en sus corazones (Job 1, 5). Ejercitó, pues, el afecto de la compasión, porque él mismo, instado por las cuestiones de sus amigos, dice de sí mismo: Lloraba en otro tiempo sobre el que estaba afligido (Job 30, 25). Impartió el ministerio de la piedad, quien dice: Fui ojo para el ciego, y pie para el cojo (Job 29, 15). Custodió la limpieza de la castidad en su corazón, quien protestando se abre, diciendo: Si mi corazón fue engañado sobre mujer (Job 31, 9). Mantuvo el colmo de la humildad desde la médula, quien dice: Si desprecié sufrir juicio con mi siervo y mi sierva, cuando disputaban contra mí (Ibíd., 13).

Beneficia largitatis impendit, qui ait: Si comedi buccellam meam solus, et non comedit pupillus ex ea (Ibid., 17). Et rursum: Si non benedixerunt mihi latera ejus, et de velleribus ovium mearum calefactus est (Ibid., 20). Gratiam hospitalitatis exhibuit, qui dicit: Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit (Ibid., 32). Et inter haec ad virtutum cumulum per excellentiorem viam charitatis, et inimicos dilexit, qui ait: Si gavisus sum ad ruinam ejus qui me oderat (Ibid., 29). Et rursum: Non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expeterem maledicens animam ejus (Ibid., 30). Quid ergo vir sanctus sua opera verebatur, qui illa semper exhibuit, ex quibus placari Deus erga iniquitates solet? Quid ergo est quod, mira opera faciens, haec ipsa etiam veretur pavens, cum dicit: Verebar omnia opera mea, nisi quod in sancti viri actibus verbisque colligimus, ut si placere Deo veraciter cupimus, postquam perversa subigimus, ipsa in nobis etiam bene gesta timeamus?

[Vet. XXVI.] 53. In illis metuendae desidia et fraus.---Duo quippe sunt quae in bonis operibus necesse est ut studiose formidentur, desidia videlicet et fraus. Unde et per prophetam apud vetustam translationem dicitur: Maledictus omnis qui facit opus Dei fraudulenter et desidiose (Jerem. XLVIII, 10). Sed sciendum magnopere est, quia desidia per torporem nascitur, fraus per privatam dilectionem. Illam namque minor Dei amor exaggerat, hanc autem male mentem possidens proprius amor creat. Fraudem quippe in Dei opere perpetrat quisquis, semetipsum inordinate diligens, per hoc quod recte egerit, ad remunerationis transitoria bona festinat. Sciendum quoque est quod tribus modis fraus ipsa committitur, quia per hanc procul dubio aut tacita cordis humani gratia, aut favoris aura, aut res quaelibet exterior desideratur. Quo contra recte de justo per prophetam dicitur: Beatus qui excutit manus suas ab omni munere (Isai. XXXIII, 15). Quia enim non solum fraus in acceptione pecuniae est, munus procul dubio unum non est. Tres vero sunt acceptiones munerum, ad quas ex fraude festinatur. Munus namque a corde est captata gratia a cogitatione. Munus ab ore est gloria per favorem. Munus ex manu est praemium per dationem. Sed 313 justus quisque ab omni munere manus excutit, quia in eo quod recte agit, nec ab humano corde inanem gloriam, nec ab ore laudem, nec a manu recipere dationem quaerit. Solus ergo in Dei opere fraudem non facit, qui cum ad studia bonae actionis invigilat, nec ad corporalis rei praemia, nec ad laudis verba, nec ad humani judicii gratiam anhelat.

Impartió los beneficios de la largueza, quien dice: Si comí mi bocado solo, y no comió el huérfano de él (Ibíd., 17). Y de nuevo: Si no me bendijeron sus costados, y fue calentado con los vellones de mis ovejas (Ibíd., 20). Exhibió la gracia de la hospitalidad, quien dice: Fuera no permaneció el peregrino, mi puerta estuvo patente al viajero (Ibíd., 32). Y entre estas cosas, para el colmo de las virtudes por la más excelente vía de la caridad, amó también a sus enemigos, quien dice: Si me alegré por la ruina de aquel que me odiaba (Ibíd., 29). Y de nuevo: Pues no di al pecado mi garganta, para que buscara maldiciendo su alma (Ibíd., 30). ¿Por qué, pues, el varón santo temía sus obras, el cual siempre exhibió aquellas por las que Dios suele ser aplacado ante las iniquidades? ¿Qué es, pues, lo que, haciendo obras admirables, teme también estas mismas pavorecido, cuando dice: Temía todas mis obras, sino lo que recogemos en los actos y palabras del santo varón, que si deseamos verazmente agradar a Dios, después que sometemos lo perverso, temamos en nosotros mismos incluso lo bien gestionado?

[Vet. XXVI.] 53. En ellas deben ser temidas la desidia y el fraude.---Dos son ciertamente las cosas que en las buenas obras es necesario que sean pavorosamente temidas, a saber, la desidia y el fraude. De donde también por el profeta en la antigua traducción se dice: Maldito todo el que hace la obra de Dios fraudulenta y desidiosamente (Jer. 48, 10). Pero debe saberse grandemente, que la desidia nace por el torpor, el fraude por el amor privado. Pues a aquella la evita el menor amor de Dios, pero a este lo crea el amor propio que posee mal la mente. Pues perpetra fraude en la obra de Dios quienquiera que, amándose a sí mismo desordenadamente, por aquello que haya obrado rectamente, se apresura hacia los bienes transitorios de la remuneración. Debe saberse también que por tres modos se comete el fraude mismo, porque por este sin duda o se desea la tácita gracia del corazón humano, o el aura del favor, o cualquier cosa exterior. Contra lo cual rectamente se dice del justo por el profeta: Bienaventurado el que sacude sus manos de todo don (Isa. 33, 15). Porque pues no solo el fraude está en la acepción de dinero, el don sin duda no es uno. Pero tres son las acepciones de los dones, a las que por el fraude se apresura. Pues el don desde el corazón es la gracia captada por el pensamiento. El don desde la boca es la gloria por el favor. El don desde la mano es el premio por la dación. Pero 313 cada justo sacude las manos de todo don, porque en aquello que hace rectamente, ni busca recibir del corazón humano la vana gloria, ni de la boca la alabanza, ni de la mano la dación. Solo, pues, no hace fraude en la obra de Dios, quien cuando vigila para los estudios de la buena acción, ni anhela los premios de la cosa corpórea, ni las palabras de alabanza, ni la gracia del juicio humano.

Ipsa igitur bona nostra, quia insidiantis culpae evadere gladium nequeunt, nisi sollicito quotidie timore muniantur, per sanctum virum nunc recte dicitur: Verebar omnia opera mea. Ac si humili confessione diceretur: Quae aperte egerim video, sed quid in his latenter pertulerim ignoro. [Vet. XXVII]. Saepe enim bona nostra latrocinanti fraude depereunt, quia rectis se nostris actibus concupiscentiae terrenae subjungunt. Saepe desidia interveniente deficiunt, quia a fervore quo coepta sunt frigescente amore tabefiunt. Quia ergo culpae subreptio vel in ipso virtutis actu vix vincitur, quid ad securitatem superest, nisi ut studiose semper et in virtute timeatur?

54. Delictum nullum est inultum.---Sed post haec valde scrupulosum cordi se objicit quod subjungit: Sciens quod non parceres delinquenti. Si enim delinquenti non parcitur, quis ab aeterna morte eripitur, cum a delicto mundus nemo reperitur? An poenitenti parcit et delinquenti non parcit? Quia cum delicta plangimus, nequaquam jam delinquentes sumus. Sed quid quod Petrus cum negat respicitur, et Redemptoris negati respectu ad lacrymas vocatur? Quid quod Paulus cum Redemptoris nomen in terra conaretur exstinguere, ejus verba de coelo meruit audire? Sed tamen culpa in utroque punita est, quia et de Petro, teste Evangelio, scriptum est: Recordatus Petrus verbi Jesu, egressus foras, flevit amare (Luc. XXII, 61). Et de Paulo haec eadem, quae hunc vocavit, Veritas dicit: Ego ostendam ei quanta eum oporteat pro nomine meo pati (Act. IX, 16). Delinquenti ergo Dominus nequaquam parcit, quia delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc homo in se poenitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur, quia nullatenus sine vindicta laxatur Sic David (De poenit. dist. 1, cap. Si peccatum) audire post confessionem meruit: Dominus transtulit peccatum tuum (II Reg. XII, 13). Et tamen multis post cruciatibus afflictus ac fugiens, reatum culpae quam perpetraverat exsolvit. Sic nos salutis unda a culpa primi parentis absolvimur; sed tamen, reatum ejusdem culpae diluentes, absoluti quoque adhuc carnaliter obimus. Bene ergo dicitur: Sciens quod non parceres delinquenti, quia delicta nostra sive per nos, sive per semetipsum resecat, etiam cum relaxat. Ab electis enim suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere, quas in eis in perpetuum non vult videre. Sed saepe mens dum plus justo trepidat, dum pavore quatitur, dum sinistris suspicionibus urgetur, taedet hanc vivere, quae se ad vitam vel per labores ambigit pervenire. Unde et subsequenter adjungitur: VERS. 29.---Si autem et sic impius sum, quare frustra laboravi?

Por tanto, nuestras mismas obras buenas, porque no pueden evitar la espada de la culpa que acecha, si no son fortificadas diariamente por el solícito temor, ahora rectamente se dice por el santo varón: Temía todas mis obras. Como si se dijera por humilde confesión: Lo que abiertamente haya obrado lo veo, pero qué haya tolerado en estas latente lo ignoro. [Vet. XXVII]. Pues a menudo nuestras obras buenas perecen por el fraude latrocinante, porque a nuestros actos rectos se subyugan las concupiscencias terrenas. A menudo desfallecen interviniendo la desidia, porque del fervor con que fueron comenzadas se consumen al enfriarse el amor. Porque, pues, la subrepción de la culpa incluso en el acto mismo de la virtud apenas se vence, ¿qué resta para la seguridad, sino que se tema estudiosamente siempre incluso en la virtud?

54. Ningún delito queda sin castigo.---Pero después de estas cosas algo muy escrupuloso se objeta al corazón en lo que añade: Sabiendo que no perdonarías al delincuente. Pues si al delincuente no se le perdona, ¿quién es librado de la muerte eterna, cuando no se encuentra nadie limpio de delito? ¿O es que perdona al penitente y no perdona al delincuente? Porque cuando lloramos los delitos, de ningún modo somos ya delincuentes. Pero ¿qué hay del hecho de que Pedro cuando niega es mirado, y por la mirada del Redentor negado es llamado a las lágrimas? ¿Qué del hecho de que Pablo cuando intentaba extinguir en la tierra el nombre del Redentor, mereció oír sus palabras desde el cielo? Pero sin embargo la culpa en ambos fue castigada, porque también de Pedro, siendo testigo el Evangelio, está escrito: Recordó Pedro la palabra de Jesús, y saliendo fuera, lloró amargamente (Luc. 22, 61). Y de Pablo esta misma Verdad, que lo llamó, dice: Yo le mostraré cuánto le conviene padecer por mi nombre (Hech. 9, 16). Por tanto, el Señor de ningún modo perdona al delincuente, porque no deja el delito sin venganza. Pues o este lo castiga el hombre mismo en sí penitente, o esto Dios lo hiere vindicándolo con el hombre. De ningún modo, pues, se perdona el pecado, porque de ninguna manera se relaja sin vindicta. Así David mereció oír tras la confesión: El Señor trasladó tu pecado (2 Sam. 12, 13). Y sin embargo, afligido y huyendo tras muchos tormentos, pagó el reato de la culpa que había perpetrado. Así nosotros por la onda de la salvación somos absueltos de la culpa del primer pariente; pero sin embargo, diluyendo el reato de la misma culpa, absueltos también todavía morimos carnalmente. Bien, pues, se dice: Sabiendo que no perdonarías al delincuente, porque recorta nuestros delitos sea por nosotros, sea por sí mismo, incluso cuando los relaja. Pues de sus elegidos estudia limpiar las manchas de las iniquidades con la aflicción temporal, las cuales no quiere ver en ellos para siempre. Pero a menudo la mente, mientras trepida más de lo justo, mientras es sacudida por el pavor, mientras es urgida por siniestras sospechas, le hastía a esta vivir, la cual duda que ella llegue a la vida incluso por los trabajos. De donde también subsecuentemente se añade: VERS. 29.---Pero si también así soy impío, ¿por qué he trabajado en vano?

Caput XXXV

[Rec. XVIII].

314 55. Sancti ita incerti sunt ut confidant, ita confidunt ut non torpeant.---Si enim remota pietate discutimur, opus nostrum poena dignum est, quod remunerari praemiis praestolamur. Vir igitur sanctus, sub occulta judicia trepidans, dicit: Si autem et sic impius sum, quare frustra laboravi? non quo hunc laborasse poenitet, sed quo incertus esse de praemiis et inter labores dolet. Sciendum vero est quod viri sancti ita incerti sunt ut confidant, atque ita confidunt ut tamen ex securitate non torpeant. Quia ergo plerumque mens et impensa rectis actibus trepidat, restat ut postquam bonum opus agitur lacrymae deprecationis exquirantur, quatenus ad aeterna praemia meritum recti operis subvehat humilitas postulationis. [Vet. XXVIII, Rec. XIX.] Sed tamen sciendum est quia mundos nos ad perfectum reddere, vel vita, vel lacrymae non valent quousque nos mortalitas nostrae corruptionis tenet. Unde et apte subjungitur:

CAPUT XXXVI.

VERS. 30, 31.---Si lotus fuero quasi aquis nivis, et fulserint velut mundissimae manus meae; tamen sordibus intinges me, et abominabuntur me vestimenta mea.

56. Lacrymae mundant, si profluant cum humilitate. Si non propter terrena, sed superna bona.---Aquae enim nivis sunt lamenta humilitatis. Quae profecto humilitas, quia ante districti judicis oculos caeteris virtutibus praeeminet, quasi per magni meriti colorem candet. Sunt namque nonnulli qui lamenta habent, sed humilitatem non habent, quia afflicti plangunt, sed tamen in ipsis fletibus vel contra proximorum vitam superbiunt, vel contra ordinationem conditoris eriguntur. Hi nimirum aquas habent, sed nivis aquas non habent, et mundi esse nequeunt, quia humilitatis fletibus minime lavantur. Aquis autem nivis a culpa se laverat qui confidenter dicebat: Cor contritum et humiliatum Deus non spernit (Psal. L, 19). Qui enim lamentis affliguntur, sed murmurando rebelles sunt, mentem quidem conterunt, sed humiliari contemnunt. Quamvis aquae nivis intelligi et aliter possunt. Aqua enim fontis et fluminis ex terra oritur, aqua vero nivis ex aere proruit. Et sunt plerique qui per orationum lamenta se cruciant, sed tamen totis lamentorum laboribus ad sola terrena desideria exsudant; compunguntur in precibus, sed felicitatis transitoriae gaudia exquirunt.

Capítulo XXXV

[Rec. XVIII].

314 55. Los santos son de tal modo inciertos que confían, de tal modo confían que no se entorpecen.---Pues si somos discutidos removida la piedad, nuestra obra es digna de pena, la cual esperamos sea remunerada con premios. Por tanto, el varón santo, trepidando bajo los ocultos juicios, dice: Pero si también así soy impío, ¿por qué he trabajado en vano? no porque le pese haber trabajado, sino porque le duele estar incierto de los premios incluso entre los trabajos. Pero debe saberse que los varones santos son de tal modo inciertos que confían, y de tal modo confían que sin embargo por la seguridad no se entorpecen. Porque pues generalmente la mente incluso empleada en actos rectos trepida, resta que después que se hace la buena obra se busquen las lágrimas de la deprecación, en tanto que la humildad de la postulación suba el mérito de la obra recta hacia los premios eternos. [Vet. XXVIII, Rec. XIX.] Pero sin embargo debe saberse que ni la vida ni las lágrimas valen para devolvernos limpios hasta la perfección, mientras nos retenga la mortalidad de nuestra corrupción. De donde también se añade aptamente:

CAPÍTULO XXXVI.

VERS. 30, 31.---Si fuere lavado como con aguas de nieve, y brillaren como muy limpias mis manos; sin embargo en suciedades me teñirás, y me abominarán mis vestidos.

56. Las lágrimas limpian, si fluyen con humildad. Si no por los bienes terrenos, sino por los supremos.---Pues aguas de nieve son los lamentos de la humildad. Cuya humildad ciertamente, porque ante los ojos del juez estricto descuella sobre las demás virtudes, brilla como por el color de un gran mérito. Pues hay algunos que tienen lamentos, pero no tienen humildad, porque afligidos lloran, pero sin embargo en esos mismos llantos o se ensoberbecen contra la vida de los prójimos, o se erigen contra la ordenación del creador. Estos ciertamente tienen aguas, pero no tienen aguas de nieve, y no pueden estar limpios, porque de ningún modo son lavados por los llantos de la humildad. Pero con aguas de nieve de la culpa se había lavado quien confiadamente decía: El corazón contrito y humillado Dios no lo desprecia (Sal. 50, 19). Pues los que por los lamentos son afligidos, pero murmurando son rebeldes, ciertamente trituran la mente, pero desprecian humillarse. Aunque las aguas de nieve pueden entenderse también de otro modo. Pues el agua de la fuente y del río nace de la tierra, pero el agua de nieve cae del aire. Y hay muchísimos que por los lamentos de las oraciones se crucifican, pero sin embargo por todos los trabajos de los lamentos sudan por los solos deseos terrenos; se compungen en las preces, pero buscan los gozos de la felicidad transitoria.

Hos itaque nivis aqua non abluit, quia eorum fletus ab imis venit. Quasi enim ex terrae aqua perfusi sunt, qui pro terrenis bonis in precibus compunguntur. Qui vero idcirco plorant, quoniam praemia superna desiderant, aqua nivis hos diluit, quia coelestis compunctio infundit. Nam cum perennem patriam per lamenta appetunt, ejusque accensi desideriis plangunt, a summis accipiunt unde mundentur. Per manus autem quid aliud quam opera designantur? Unde quibusdam per prophetam dicitur: Manus vestrae sanguine plenae sunt (Isa. I, 15); id est, opera crudelitate.

57. Perfectam munditiam hic non assequimur.---Notandum vero quod vir sanctus non ait: Fulserunt mundissimae manus meae; sed, velut mundissimae manus meae, quia quousque poena corruptionis astringimur, quamlibet rectis operibus , veram munditiam nequaquam apprehendimus, sed imitamur. Unde et apte subjungitur: Tamen sordibus 315 intinges me. Deus nos sordibus intingere dicitur, intinctos sordibus demonstrare, quia quanto ad illum verius per bona opera surgimus, tanto subtilius vitae nostrae sordes agnoscimus, quibus ab ejus munditia discordamus. Ait ergo: Si lotus fuero quasi aquis nivis, et fulserint velut mundissimae manus meae, tamen sordibus intinges me. Ac si apertius dicat: Quamvis lamentis supernae compunctionis infundar, quamvis per studia rectae operationis exercear, in tua tamen munditia video quia mundus non sum. Intentam quippe Deo animam ipsa adhuc corruptibilis caro diverberat, ejusque amoris pulchritudinem obscenis et illicitis cogitationum motibus foedat.

[Vet. XXIX.] 58. Animae vestis corpus.---Unde et subditur: Et abominabuntur me vestimenta mea. Quid enim vestimenti nomine nisi hoc terrenum corpus exprimitur, quo induta anima tegitur, ne in subtilitate suae substantiae nuda videatur? Hinc etenim Salomon ait: Omni tempore sint vestimenta tua candida (Eccle. IX, 8); id est, membra corporis a sordidis actibus munda. Hinc Isaias ait: Vestimentum mistum sanguine erit in combustionem (Isai. IX, 5). Sanguine quippe vestimentum miscere est desideriis carnalibus corpus inquinare. Quibus nimirum se pollui Psalmista formidaverat, cum dicebat: Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae (Psal. L, 16). Hinc voce angeli ad Joannem dicitur: Habes pauca nomina in Sardis, quae non inquinaverunt vestimenta sua (Apoc. III, 4). More autem sacri eloquii vestimenta nostra nos abominari referuntur, quia abominabiles reddunt; sicut per Petrum quoque de Juda dicitur: Hic possedit agrum de mercede iniquitatis (Act. I, 18).

A estos, pues, el agua de nieve no los lava, porque su llanto viene de lo más bajo. Pues como del agua de la tierra están empapados, quienes por los bienes terrenos se compungen en las preces. Pero quienes por eso lloran, porque desean los premios supremos, el agua de nieve a estos los diluye, porque la compunción celestial los infunde. Pues cuando por los lamentos apetecen la patria perenne, e inflamados por sus deseos lloran, de lo sumo reciben de donde sean limpiados. Por las manos ¿qué otra cosa que las obras se designan? De donde a algunos por el profeta se dice: Vuestras manos están llenas de sangre (Isa. 1, 15); esto es, las obras con crueldad.

57. No conseguimos aquí la perfecta limpieza.---Debe notarse ciertamente que el varón santo no dice: Brillaron mis muy limpias manos; sino, como muy limpias mis manos, porque mientras somos retenidos por la pena de la corrupción, por más que con actos rectos, de ningún modo aprehendemos la verdadera limpieza, sino que la imitamos. De donde también se añade aptamente: Sin embargo en suciedades 315 me teñirás. Dios se dice que nos tiñe en suciedades, para mostrarte teñido en suciedades, porque cuanto más verdaderamente hacia él nos levantamos por las buenas obras, tanto más sutilmente reconocemos las suciedades de nuestra vida, con las que discordamos de su limpieza. Dice, pues: Si fuere lavado como con aguas de nieve, y brillaren como muy limpias mis manos, sin embargo en suciedades me teñirás. Como si dijera más abiertamente: Aunque sea infundido por los lamentos de la compunción suprema, aunque sea ejercitado por los estudios de la recta operación, sin embargo en tu limpieza veo que no estoy limpio. Pues a la mente atenta a Dios la golpea todavía la carne corruptible, y afea la belleza de su amor con los movimientos obscenos e ilícitos de los pensamientos.

[Vet. XXIX.] 58. El vestido de la alma es el cuerpo.---De donde también se añade: Y me abominarán mis vestidos. Pues ¿qué se expresa con el nombre de vestido sino este cuerpo terreno, con el que la alma vestida se cubre, para que no se vea desnuda en la sutileza de su sustancia? Por esto Salomón dice: En todo tiempo sean blancos tus vestidos (Ecl. 9, 8); esto es, los miembros del cuerpo limpios de actos sórdidos. Por esto Isaías dice: El vestido mezclado con sangre será para combustión (Isa. 9, 5). Pues mezclar con sangre el vestido es inquina con deseos carnales el cuerpo. Con los que ciertamente el Salmista había temido poluirse, cuando decía: Líbrame de las sangres Dios, Dios de mi salud (Sal. 50, 16). Por esto por la voz del ángel se dice a Juan: Tienes unos pocos nombres en Sardes, que no inquinaron sus vestidos (Apoc. 3, 4). Según el modo de la sagrada elocuencia, de nuestros vestidos se refiere que nos abominan, porque nos vuelven abominables; como también por Pedro se dice de Judas: Este poseyó un campo de la merced de la iniquidad (Hech. 1, 18).

Neque enim emptum pretio sanguinis agrum Judas possidere figuli potuit, qui, relatis triginta argenteis, traditionis crimen criminosiori in se protinus morte mulctavit; sed possedit dictum est possidere fecit. Ita hoc loco: Abominabuntur me vestimenta mea dicitur abominabilem facient, quia nimirum dum contra mentem membra superbiunt, dum sancti desiderii studia tentationum suarum tumultibus interrumpunt, in ipso suo certamine posita anima agnoscit quantum adhuc a divinitate despicitur, quae correptionem suam plene appetens transire, sed non valens, foedae pulvere cogitationis inquinatur. Hanc vestimentorum abominationem senserat qui dicebat: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis (Rom. VII, 23). Haec etiam vestimenta, in quibus perfecte placere non poterat, quandoque melius resumenda, deponere festine cupiebat, dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus (Rom. VII, 24)? Dicat ergo vir justus: Si lotus fuero quasi aquis nivis, et fulserint velut mundissimae manus meae; tamen sordibus intinges me, et abominabuntur me vestimenta mea, quia quantumlibet ad summa ex compunctione contemplationis ascenderit, quantumlibet in opere se per exercitium laboris accinxerit, indignum tamen adhuc aliquid de corpore mortis sentit, et abominabilem se esse considerat in multis, quae de pondere corruptionis portat.

[Vet. XXX, Rec. XX.] Cui hoc quoque fit gravius, quod saepe neque hoc intelligit unde delinquit. Flagella suscipit, sed districto judici quid 316 in se majus, quidve minus displiceat, non agnoscit. Unde et subditur:

CAPUT XXXVII.

VERS. 32.---Neque enim viro, qui similis mei est, respondebo, nec qui mecum in judicio ex aequo possit audiri.

59. Justo quam grave sit ignorare unde delinquit.---Dum cum quolibet in judicio ex aequo contendimus, et quid contra nos dicatur agnoscimus, et in his quae dicimus audimur, et quo objecta patenter apprehendimus, eo audenter ad proposita respondemus. Quia ergo invisibilis judex quae facimus videt, quasi audit quae dicimus; sed quia id quod ei displicet nequaquam plene cognoscimus, quasi quid ipse dicit ignoramus.

Pues ni pudo Judas poseer el campo del alfarero comprado con el precio de la sangre, el cual, devueltos los treinta dineros de plata, castigó en sí el crimen de la tradición con una muerte más criminosa; sino que se dijo poseyó por hizo poseer. Así en este lugar: Me abominarán mis vestidos se dice me harán abominable, porque ciertamente mientras los miembros se ensoberbecen contra la mente, mientras interrumpen los estudios del santo deseo con los tumultos de sus tentaciones, la alma puesta en su mismo certamen reconoce cuánto todavía es despreciada por la divinidad, la cual deseando plenamente pasar su corrección, pero no pudiendo, es inquinada por el polvo del pensamiento torpe. Esta abominación de los vestidos la había sentido quien decía: Veo otra ley en mis miembros repugnante a la ley de mi mente, y llevándome cautivo en la ley del pecado, que está en mis miembros (Rom. 7, 23). Estos vestidos también, en los que no podía agradar perfectamente, deseaba prontamente deponer, para ser mejor resumidos alguna vez, diciendo: Infeliz hombre yo, ¿quién me librará del cuerpo de esta muerte (Rom. 7, 24)? Diga, pues, el varón justo: Si fuere lavado como con aguas de nieve, y brillaren como muy limpias mis manos; sin embargo en suciedades me teñirás, y me abominarán mis vestidos, porque por más que a lo sumo haya ascendido por la compunción de la contemplación, por más que en la obra se haya ceñido por el ejercicio del trabajo, siente todavía algo indigno del cuerpo de muerte, y considera que él es abominable en muchas cosas, que porta del peso de la corrupción.

[Vet. XXX, Rec. XX.] A quien esto también se le hace más grave, que a menudo ni esto entiende de dónde delinque. Recibe flagelos, pero no reconoce ante el juez estricto qué 316 en sí le disgusta más, o qué menos. De donde también se añade:

CAPÍTULO XXXVII.

VERS. 32.---Pues ni a un hombre, que es semejante a mí, responderé, ni quien conmigo en juicio ex aequo pueda ser oído.

59. Cuán grave sea para el justo ignorar de dónde delinque.---Mientras con cualquiera en juicio ex aequo contendemos, y reconocemos lo que contra nosotros se dice, y en lo que decimos somos oídos, y por cuanto patentemente aprehendemos lo objetado, por tanto audazmente respondemos a lo propuesto. Porque, pues, el juez invisible ve lo que hacemos, casi oye lo que decimos; pero porque aquello que le disgusta de ningún modo lo conocemos plenamente, casi ignoramos lo que él mismo dice.

Vir igitur sanctus vestimentorum suorum abominationem considerans, eo amplius timet, quo audiri ex aequo in judicio non valet, quia quousque corruptionis suae pondere premitur, hoc in poena sua gravius tolerat, quod et sensum sui reprehensoris ignorat. Ac si aperte dicat: In hoc ex aequo non audior, quia et patent cuncta quae facio, et tamen ipse nescio per quanta reprehendor. Sequitur:

CAPUT XXXVIII.

VERS. 33.---Non est qui utrumque valeat arguere, et ponere manum suam in ambobus.

60. Arguere Deum quid sit.---Durum sonat ut quaeratur qui Deum arguat; sed durum non erit, si recurrat ad memoriam quod ipse per alium prophetam dicit. Per Isaiam quippe admonet, dicens: Quiescite agere perverse, discite benefacere, quaerite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam; et venite, et arguite me, dicit Dominus (Isai. I, 16). Ei namque quem arguimus rationis auctoritate contraimus. Et quid est quod Dominus, agere sancta nos admonens, adjungit: Venite, et arguite me, nisi quod aperte insinuat quantam bonis actibus fiduciam praestat? Ac si patenter dicat: Recta agite, et animadversionis meae motibus non jam per deprecationis gemitum, sed per fiduciam auctoritatis obviate. Hinc etenim Joannes dicit: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum (I Joan. III, 21). Hinc est quod Moyses, quia placet serviens, auditur tacens, cum silenti dicitur: Quid clamas ad me (Exod. XIV, 15)? Hinc est quod irascentem retinet, cum audit: Dimitte me, ut irascatur furor meus contra populum istum (Exod. XXXII, 10). Hinc est quod arguentem Dominus non habuisse se queritur, cum per prophetam dicitur: Quaesivi virum qui interponeret sepem, et staret oppositus contra me, ne dissiparem eam, et non inveni (Ezech. XXII, 30). Hinc est quod graviter Isaias deplorat, dicens: Omnes nos cecidimus quasi folium, et iniquitates nostrae quasi ventus abstulerunt nos; non est qui invocet nomen tuum, qui consurgat et teneat te (Isai. LXIV, 6, 7).

61. Christus solus potuit nos a morte liberare. Patiendo hominis culpam corripuit, et placavit Dei iram. ---Sed possunt recti quilibet per acceptae innocentiae meritum aliquando praesentis motibus animadversionis obviare, non autem valent virtute propria ab humano genere supplicia secuturae mortis expellere.

El varón santo, pues, considerando la abominación de sus vestidos, teme tanto más, cuanto que no vale para ser oído ex aequo en juicio, porque mientras es oprimido por el peso de su corrupción, esto tolera más gravemente en su pena, que también ignora el sentido de su reprensor. Como si dijera abiertamente: En esto no soy oído ex aequo, porque y patentes están todas las cosas que hago, y sin embargo yo mismo no sé por cuántas soy reprendido. Sigue:

CAPÍTULO XXXVIII.

VERS. 33.---No hay quien valga para reprender a ambos, y poner su mano sobre ambos.

60. Qué sea reprender a Dios.---Duro suena que se busque quien reprenda a Dios; pero no será duro, si vuelve a la memoria lo que él mismo dice por otro profeta. Pues por Isaías amonesta, diciendo: Cesad de obrar perversamente, aprended a hacer el bien, buscad el juicio, socorred al oprimido, juzgad al huérfano, defended a la viuda; y venid, y reprendedme, dice el Señor (Isai. I, 16). Pues a aquel a quien reprendemos, nos oponemos con la autoridad de la razón. ¿Y qué es lo que el Señor, amonestándonos a obrar cosas santas, añade: Venid, y reprendedme, sino que abiertamente insinúa cuánta confianza presta a los buenos actos? Como si dijera claramente: Obrad rectamente, y a los movimientos de mi animadversión ya no por el gemido de la deprecación, sino por la confianza de la autoridad salid al encuentro. De aquí pues dice Juan: Si nuestro corazón no nos reprendiere, confianza tenemos ante Dios (I Juan III, 21). De aquí es que Moisés, porque agrada sirviendo, es oído callando, cuando al que calla se le dice: ¿Por qué clamas a mí? (Éxod. XIV, 15). De aquí es que retiene al que se aíra, cuando oye: Déjame, para que se encienda mi furor contra este pueblo (Éxod. XXXII, 10). De aquí es que el Señor se queja de no haber tenido quien le reprendiera, cuando por el profeta se dice: Busqué un varón que interpusiera un vallado, y se pusiera opuesto contra mí, para que no la disipara, y no lo hallé (Ezeq. XXII, 30). De aquí es que Isaías deplora gravemente, diciendo: Todos nosotros caímos como una hoja, y nuestras iniquidades como el viento nos arrebataron; no hay quien invoque tu nombre, que se levante y te retenga (Isai. LXIV, 6, 7).

61. Cristo solo pudo liberarnos de la muerte. Padeciendo corrigió la culpa del hombre, y aplacó la ira de Dios. ---Pero pueden algunos rectos por el mérito de la inocencia recibida a veces oponerse a los movimientos de la presente animadversión, pero no valen por su propia virtud para expulsar del género humano los suplicios de la muerte que ha de seguir.

Vir igitur sanctus humanum genus consideret quo defluxit; aeternae mortis damna conspiciat; cui nimirum constat quia nequaquam justitia humana contradicat, videat quam perverse homo deliquerit; videat quam districte conditor contra hominem irascatur, et mediatorem Dei et hominis, Deum et hominem, requirat. [Vet. XXXI, Rec. XXI.] Quem quia longe post venturum considerat, deplorans dicat: Non est qui utrumque valeat arguere, et ponere manum suam in ambobus. Redemptor quippe humani generis, mediator Dei et hominis per carnem factus, quia justus in hominibus solus apparuit, et tamen ad poenam culpae etiam sine culpa pervenit, et hominem arguit ne delinqueret, et Deo obstitit ne feriret, exempla innocentiae praebuit, poenam malitiae suscepit. Patiendo ergo utrumque arguit, qui et culpam hominis, justitiam aspirando, corripuit, et iram judicis moriendo temperavit; atque in utrisque manum posuit, quia et exempla hominibus quae imitarentur praebuit, et Deo in se opera, quibus erga homines placaretur, ostendit. Nullus quippe ante hunc exstitit, qui sic pro alienis reatibus intercederet, ut proprios non haberet. Aeternae igitur morti tanto quis in aliis obviare non poterat, quanto hunc reatus de propriis astringebat. Venit itaque novus homo ad homines, contradictor ad culpam, amicus ad poenam; mira monstravit, crudelia pertulit. Manum ergo suam in ambobus posuit, quia unde reum recta docuit, inde iratum judicem placavit. Qui hoc quoque ipsis suis miraculis mirabilius praebuit, quia corda delinquentium mansuetudine potius quam terrore correxit. Unde et subditur:

Caput XXXIX

[Rec. XXII].

VERS. 34.---Auferat a me virgam suam, et pavor ejus non me terreat.

62. Mansuetudine potius quam terrore nos correxit. ---Per legem quippe virgam Deus tenuerat, cum dicebat: Si quis haec vel illa fecerit, morte moriatur. Sed incarnatus virgam abstulit, quia vias vitae per mansuetudinem ostendit. Unde ei per Psalmistam dicitur: Intende, prospere procede, et regna, propter veritatem et mansuetudinem et justitiam (Psal. XLIV, 5). [Vet. XXXII.] Timeri quippe quasi Deus noluit, sed quasi pater ut amaretur inspiravit. Quod liquido Paulus dicit: Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater (Rom. VIII, 15). Unde hic quoque apte subjungitur:

CAPUT XL.

VERS. 35.---Loquar, et non timebo eum.

El varón santo, pues, considere al género humano a dónde ha fluido; contemple los daños de la muerte eterna; contra la cual por cierto consta que de ningún modo la justicia humana contradice, vea cuán perversamente el hombre delinquió; vea cuán estrictamente el creador se aíra contra el hombre, y busque al mediador de Dios y del hombre, Dios y hombre. [Vet. XXXI, Rec. XXI.] Al cual, porque considera que ha de venir mucho después, deplorando diga: No hay quien valga para reprender a ambos, y poner su mano sobre ambos. Pues el Redentor del género humano, hecho mediador de Dios y del hombre por la carne, porque solo apareció justo entre los hombres, y sin embargo llegó a la pena de la culpa aun sin culpa, y reprendió al hombre para que no delinquiera, y se opuso a Dios para que no hiriera, dio ejemplos de inocencia, recibió la pena de la malicia. Padeciendo, pues, reprendió a ambos, quien y la culpa del hombre, aspirando la justicia, corrigió, y la ira del juez, muriendo, templó; y en ambos puso la mano, porque y dio ejemplos a los hombres que imitaran, y mostró a Dios en sí obras, por las cuales para con los hombres se aplacara. Pues ninguno antes de este existió, que así intercediera por los reatos ajenos, que los propios no tuviera. A la muerte eterna, pues, tanto uno no podía en otros oponerse, cuanto a este el reato de los propios lo ataba. Vino, pues, el nuevo hombre a los hombres, contradictor de la culpa, amigo de la pena; maravillas mostró, crueldades padeció. La mano, pues, en ambos puso, porque de donde al reo enseñó cosas rectas, de allí al juez airado aplacó. Quien esto también por sus mismos milagros más admirablemente dio, porque corrigió los corazones de los delincuentes más con la mansedumbre que con el terror. Por lo cual también se añade:

Capítulo XXXIX

[Rec. XXII].

VERS. 34.---Quite de mí su vara, y su pavor no me terree.

62. Con la mansedumbre más que con el terror nos corrigió. ---Pues por la ley Dios había tenido la vara, cuando decía: Si alguno hiciere esto o aquello, muera de muerte. Pero encarnado quitó la vara, porque mostró los caminos de la vida por la mansedumbre. Por lo cual se le dice por el Salmista: Apunta, procede prósperamente, y reina, por la verdad y la mansedumbre y la justicia (Sal. XLIV, 5). [Vet. XXXII.] Pues ser temido como Dios no quiso, sino como padre para que fuera amado inspiró. Lo cual líquidamente dice Pablo: Pues no recibisteis el espíritu de servidumbre otra vez en el temor, sino que recibisteis el espíritu de adopción de hijos, en el cual clamamos, Abbá padre (Rom. VIII, 15). Por lo cual aquí también aptamente se añade:

CAPÍTULO XL.

VERS. 35.---Hablaré, y no lo temeré.

63. Timor a peccato nos suscitare non valuit.---Vir enim sanctus, quia humani generis Redemptorem venire mitem conspicit, non metum ad Dominum, sed affectum ad patrem sumit; et timorem despicit, quia per adoptionis gratiam ad amorem surgit. Hinc Joannes ait: Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem (I Joan. IV, 18). Hinc Zacharias dicit: Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati serviamus illi (Luc. I, 74). A peccati igitur morte timor nos suscitare non valuit, sed ad statum vitae aspirata mansuetudinis gratia erexit. Quod bene Elisaeo Sunamitis filium suscitante signatur (IV Reg. IV, 30, 34), qui cum baculo puerum mittens, exstincto filio vitam minime reddidit; per semetipsum vero veniens, seque super mortuum sternens, atque ad ejus membra se colligens, huc illucque deambulans, et in ore mortui septies aspirans, hunc ad redivivam lucem protinus per ministerium compassionis animavit. Auctor quippe humani generis Deus, quasi mortuum puerum doluit, cum exstinctos nos iniquitatis aculeo miseratus aspexit. Et quia per Moysen terrorem legis protulit, quasi per puerum virgam misit. Sed puer cum baculo mortuum suscitare non valuit, quia, Paulo attestante: Nihil ad perfectum adduxit lex (Hebr. VII, 19). Ipse autem per semetipsum veniens, et super cadaver se humiliter sternens, ad exaequanda sibi mortui membra se collegit: Quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo (Philip. II, 6). Huc illucque deambulat, quia et Judaeam juxta, et longe positas gentes vocat. Super mortuum septies inspirat, quia per apertionem divini muneris gratiae septiformis spiritum in peccati morte jacentibus tribuit. Moxque vivens erigitur, quia is, quem terroris virga suscitare non potuit, per amoris spiritum puer ad vitam rediit. Dicat itaque ex sua, dicat ex voce humani generis: Auferat a me virgam suam, et pavor ejus non me terreat; loquar, et non timebo eum. Ubi et apte subjungitur:

CAPUT XLI.

IBID.---Neque enim possum metuens respondere

84. Unde bene per Moysen dicitur: Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra; et non revertetur prius quam ad vesperam lavetur aqua, et post solis occasum regredietur in castra (Deut. XXIII, 10). Nocturnum quippe est somnium tentatio occulta, per quam tenebrosa cogitatione turpe aliquid corde concipitur, quod tamen corporis opere non expletur.

82. La vocación de las gentes escondida en el consejo de Dios.---Como si abiertamente dijera: ¿Por qué de mí trepido, yo que también a todas las gentes que recoges sé? Lo cual sin embargo en tu corazón ocultas, porque esto todavía con abierto sermón no indicas. Pero tú que también de todas las cosas te acuerdas, me haces sin duda alguna cierto del perdón. [Vet. XXXIX.] Debe saberse mas que en algunos hechos tanto ciertos del perdón somos hechos, como después de perpetradas las culpas para la confianza de nuestra absolución por la corrección y penitencia subsiguiente somos robustecidos; sin embargo, de nuestras nequicias perpetradas todavía por la memoria somos tocados, y por el pensamiento ilícito apartados y no queriendo somos pulsados. De donde también aptamente se subañade:

Capítulo LV

[Rec. XXXI].

VERS. 14.---Si pequé, y por una hora me perdonaste, ¿por qué de mi iniquidad limpio me ser no permites?

83. Cómo los pecados borrados infectan la memoria y reparan la guerra. Qué debe hacerse entonces.---Por una hora el Señor perdona el pecado, cuando el reato de la culpa con los llantos otorgados al punto diluye. Pero de nuestra iniquidad limpios nos ser no permite, porque queriendo por cierto la culpa hicimos, pero a veces no queriendo su memoria con delectación toleramos. Pues a menudo esto que de la mirada ya del juez por el llanto interviniente fue borrado al ánimo vuelve, y la vencida culpa a la delectación de nuevo intenta serpentear, y en el antiguo certamen con rediviva pulsación se repara; de modo que lo que antes hizo en el cuerpo, esto con importuno pensamiento después verse en la mente. Lo cual cautamente aquel atleta espiritual mirar sabía, quien decía: Se pudrieron y se deterioraron mis cicatrices, ante la faz de mi insipiencia (Salmo XXXVII, 6). Pues ¿qué son las cicatrices, sino sanaciones de las heridas? [Vet. XL.] Las relajadas, pues, nequicias a la delectación de la memoria volver había mirado, quien las cicatrices deflaba. Pudrirse por cierto las cicatrices es las sanadas ya heridas de los pecados de nuevo en la tentación serpentear, y por las sugestiones de ellos, después de sobreducida la piel de la penitencia, el hedor de la culpa otra vez y el dolor sentir. En cuya cosa a saber y nada fuera con la obra se hace, y sola dentro con el pensamiento se peca; y con estricto reato la mente se obliga, si no esto con solícitos lamentos limpia.

84. De donde bien por Moisés se dice: Si hubiere entre vosotros un hombre que por un sueño nocturno estuviere poluto, saldrá fuera del campamento; y no volverá antes de que a la tarde se lave con agua, y después del ocaso del sol volverá al campamento (Deut. XXIII, 10). Pues sueño nocturno es la tentación oculta, por la cual con tenebroso pensamiento algo torpe en el corazón se concibe, que sin embargo con la obra del cuerpo no se completa.

Sed somnio nocturno pollutus egredi extra castra praecipitur, quia videlicet dignum est ut qui immunda cogitatione polluitur, indignum se cunctorum fidelium societatibus arbitretur, culpae suae meritum ante oculos ponat, et ex bonorum se aestimatione despiciat. Polluto ergo extra castra exire est turpi impugnatione laboranti, sese ex continentium comparatione despicere. Qui ad vesperam lavatur aqua, cum defectum suum conspiciens ad poenitenciae lamenta convertitur, ut fletibus diluat omne quod animum occulta inquinatio accusat. Sed post occasum solis ad castra redeat, quia, defervescente tentationis ardore, necesse est ut iterum fiduciam erga societatem bonorum sumat. Post aquae quippe lavationem, occumbente sole ad castra revertitur, qui post lamenta poenitentiae, frigescente flamma cogitationis illicitae, ad fidelium merita praesumenda reparatur; ut jam se a caeteris longe esse non aestimet, qui mundum se per obitum intimi ardoris gaudet. Sed inter haec sciendum est quod idcirco nonnunquam impulsu illicitae cogitationis affligimur, quia in quibusdam terrenae conversationis actibus, quamvis licitis, libenter occupamur. Cumque vel in minimis terrena actio per desiderium tangitur, crescente contra nos antiqui hostis fortitudine, mens nostra non minima importunitate tentationis inquinatur. Unde et sacerdos legis, membra hostiae per frusta concisa, caput atque ea quae erga jecur sunt, jubetur ignibus cremare, pedes vero atque intestina hostiae prius aqua diluere (Levit. I, 7, 12). Nos quippe ipsos sacrificium Deo offerimus cum vitam nostram cultui divino dedicamus. Qui membra hostiae per frusta concisa super ignem ponimus, cum vitae nostrae opera in virtutibus distinguentes immolamus. Caput atque ea quae juxta jecur continentur incendimus, cum in sensu nostro, quo omne corpus regitur, atque in occultis desideriis flamma divini amoris ardemus. Et tamen praecipitur ut pedes atque intestina hostiae laventur. Pedibus enim terra tangitur, intestinis vero stercora gestantur, quia plerumque jam ex desiderio in aeternitatem succendimur, jam toto devotionis sensu ad appetitum nostrae mortificationis inhiamus; sed quia adhuc terrenum prae infirmitate aliquid agimus, nonnulla etiam quae jam subegimus illicita in corde toleramus. Cumque cogitationes nostras immunda tentatio inquinat, quid aliud quam intestina hostiae stercus portant? Sed ut comburi debeant, laventur, quia nimirum necesse est, ut immundas cogitationes timoris fletus diluat, quas in acceptione sacrificii supernus amor incendat.

Pero al poluto por sueño nocturno se le manda salir fuera del campamento, porque a saber es digno que quien por un pensamiento inmundo se mancha, indigno se juzgue de las sociedades de todos los fieles, el mérito de su culpa ante los ojos ponga, y por la estimación de los buenos se desprecie. Salir, pues, fuera del campamento para el poluto es, para el que trabaja en una torpe impugnación, despreciarse a sí mismo por la comparación de los continentes. El cual a la tarde se llama con agua, cuando viendo su defecto a los lamentos de la penitencia se convierte, para que con llantos diluya todo lo que la oculta inquinación acusa al ánimo. Pero después del ocaso del sol al campamento vuelva, porque, enfervorizándose el ardor de la tentación, es necesario que otra vez la confianza hacia la sociedad de los buenos tome. Pues después de la lavación del agua, al ponerse el sol al campamento vuelve, quien después de los lamentos de la penitencia, enfriándose la llama del pensamiento ilícito, a los méritos de los fieles que han de presumirse se repara; para que ya no se estime estar lejos de los demás, quien se goza limpio por el óbito del ardor íntimo. Pero entre estas cosas debe saberse que por eso a veces por el impulso del pensamiento ilícito somos afligidos, porque en algunos actos de la conversación terrena, aunque lícitos, de buena gana nos ocupamos. Y cuando aun en lo mínimo la acción terrena por el deseo es tocada, creciendo contra nosotros la fortaleza del antiguo enemigo, nuestra mente por no mínima importunidad de la tentación es manchada. De donde también el sacerdote de la ley, los miembros de la hostia por trozos concisos, la cabeza y aquellas cosas que están cerca del hígado, se le manda quemar con fuegos, mas los pies y los intestinos de la hostia primero con agua diluir (Levit. I, 7, 12). Nosotros por cierto a nosotros mismos sacrificio a Dios ofrecemos cuando nuestra vida al culto divino dedicamos. Quienes los miembros de la hostia por trozos concisos sobre el fuego ponemos, cuando las obras de nuestra vida en las virtudes distinguiendo inmolamos. La cabeza y aquellas cosas que junto al hígado se contienen incendiamos, cuando en nuestro sentido, por el cual todo el cuerpo se rige, y en los deseos ocultos con la llama del divino amor ardemos. Y sin embargo se manda que los pies y los intestinos de la hostia se laven. Pues con los pies la tierra se toca, mas en los intestinos los estiércoles se gestan, porque frecuentemente ya por el deseo en la eternidad nos encendemos, ya con todo el sentido de la devoción al apetito de nuestra mortificación anhelamos; pero porque todavía algo terreno por la debilidad hacemos, algunas cosas también que ya subyugamos ilícitas en el corazón toleramos. Y cuando a nuestros pensamientos la inmunda tentación mancha, ¿qué otra cosa que los intestinos de la hostia estiércol portan? Pero para que deban quemarse, lávense, porque por cierto es necesario que el llanto del temor diluya los inmundos pensamientos, los cuales en la acepción del sacrificio el amor supremo incendie.

Et quidquid mens vel de inexperto certamine, vel de conversationis pristinae memoria patitur, lavetur, ut tanto suavius in conspectu sui spectatoris ardeat, quanto cum ei assistere coeperit nil terrenum secum, nil lubricum in ara suae orationis imponit. Vir igitur sanctus humanae mentis damna conspiciat, quod plerumque se cogitatione illicita inquinat; et postquam reatum operis judex relaxat, et, sua plorans, nostra quae ploremus aperiat, dicens: Si peccavi, et ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? Ac si aperte dicat: Si culpam venia abstulit, cur hanc et a memoria non detergit? [Vet. XLI, Rec. XXXII.] Saepe autem ita mens in culpae recordatione concutitur, ut ad perpetrationem illius longe gravius quam prius capta fuerat urgeatur; et deprehensa trepidat, seque ipsam variis motibus impulsa perturbat. Metuit quidem ne vincatur tentationibus, sed resistens hoc ipsum quod longo labore certaminis affligitur perhorrescit. Unde et apte subjungitur:

CAPUT LVI.

VERS. 15.---Et si impius fuero, vae mihi est; et si justus, non levabo caput, saturatus afflictione et miseria.

85. Vitiis renitentis ac cedentis discrimen.---Impius namque vae habet, justus miseriam, quia et aeterna damnatio reprobum sequitur, et electus quisque doloribus transitoriae adversitatis expiatur. Impius caput levat, sed elatus evadere vae quod sequitur non valet. Justus, labore sui certaminis afflictus, caput levare non sinitur, sed pressus a perpetua afflictione liberatur. Ille se in voluptatibus erigit, sed supplicii sequentibus mergit. Iste se in dolore deprimit, sed tamen a pondere aeternae animadversionis abscondit. Consideret ergo vir sanctus quod aut renitens homo vitiis praesenti labore afficitur, aut succumbens perpetuae afflictioni mancipatur, et dicat: Et si impius fuero, vae mihi est; et si justus, non levabo caput, saturatus afflictione et miseria. Ac si aperte deploret, dicens: Aut substratus carnis desideriis, supplicio aeterno subjicior; aut repugnans illicitis motibus poena praesenti crucior, quia a labore certaminis liber non sum. Sed superna dispensatio idcirco nos tota sibi intentione servientes carnis nostrae permittit impugnationibus concuti, ne mens nostra in superbiam audeat praesumptione suae securitatis elevari, ut dum pulsata trepidat, in solo auctoris adjutorio spei pedem robustius figat. Unde et adhuc apte subjungitur:

Y lo que sea que la mente o por el inexperto certamen, o por la memoria de la conversación prístina padece, lávese, para que tanto más suavemente en la mirada de su espectador arda, cuanto cuando a él asistir hubiere comenzado nada terreno consigo, nada resbaladizo en el ara de su oración imponga. El varón, pues, santo los daños de la mente humana contemple, que frecuentemente con pensamiento ilícito se mancha; y después de que el reato de la obra el juez relaja, y llorando lo suyo, abra lo nuestro que lloremos, diciendo: Si pequé, y por una hora me perdonaste, ¿por qué de mi iniquidad limpio me ser no permites? Como si abiertamente dijera: Si a la culpa el perdón quitó, ¿por qué ésta también de la memoria no deterge? [Vet. XLI, Rec. XXXII.] A menudo mas así la mente en la recordación de la culpa es sacudida, que a la perpetración de aquélla mucho más gravemente que antes había sido captada sea urgida; y sorprendida trepida, y a sí misma por varios movimientos impulsada perturba. Teme por cierto no sea vencida por las tentaciones, pero resistiendo esto mismo que por el largo trabajo del certamen es afligida lo horroriza. De donde también aptamente se subañade:

CAPÍTULO LVI.

VERSO 15.---Y si fuere impío, ¡ay de mí!; y si justo, no levantaré la cabeza, saturado de aflicción y de miseria.

85. El discernimiento entre el que resiste y el que cede a los vicios.---Pues el impío tiene el "ay", el justo la miseria, porque tanto la condenación eterna sigue al réprobo, como cada elegido es expiado por los dolores de la adversidad transitoria. El impío levanta la cabeza, pero elado no vale para evadir el "ay" que le sigue. El justo, afligido por el trabajo de su certamen, no se le permite levantar la cabeza, sino que oprimido de la perpetua aflicción es liberado. Aquél se erige en las voluptuosidades, pero con los suplicios siguientes se sumerge. Éste se deprime en el dolor, pero sin embargo se esconde del peso de la eterna animadversión. Considere, pues, el varón santo que o el hombre que resiste a los vicios por el presente trabajo es afectado, o el que sucumbe a la perpetua aflicción es entregado, y diga: Y si fuere impío, ¡ay de mí!; y si justo, no levantaré la cabeza, saturado de aflicción y de miseria. Como si abiertamente deplorara, diciendo: O postrado bajo los deseos de la carne, al suplicio eterno soy sujetado; o repugnando a los ilícitos movimientos por la pena presente soy crucificado, porque del trabajo del certamen libre no soy. Pero la suprema dispensación por eso a nosotros, que con toda la intención le servimos, permite ser sacudidos por las impugnaciones de nuestra carne, para que nuestra mente no ose elevarse a la soberbia por la presunción de su propia seguridad, para que mientras pulsada trepida, en el solo auxilio del autor el pie de la esperanza más robustamente fije. De donde también todavía aptamente se subañade:

Caput LVII

[Rec. XXXIII].

VERS. 16.---Et propter superbiam quasi leaenam capies me.

86. Leaena qua arte capiatur. Eodem modo et lapsi et reparati sumus.---Leaena cum escam catulis exquirit, inhianter in foveam captionis ruit. Sicut enim ex quibusdam regionibus fertur, fit in ejus itinere fovea, in qua pecus deponitur, ut illuc se ejus appetitu projicere leaena provocetur: quae angusta simul et alta praeparatur, ut in eam ruere ambiendo valeat, sed hanc saliendo nullo modo evadat. Alia quoque fovea, quae priori cohaereat, effoditur, quae tamen ei, in qua pecus est, extremae partis apertione conjungitur. In qua nimirum cavea ponitur, ut leaena corruens, quia desuper terroribus urgetur, cum quasi in secretiori parte foveae occultare se appetit, caveam volens intret; cujus jam saevitia nequaquam pertimescitur, quia clausa in cavea levatur. Quae enim sua sponte in foveam corruit, ad superiores partes circumsepta vectibus redit. Sic sic nimirum humana mens capta est, quae in libertate arbitrii condita, dum nutrire desideria carnis appetivit, quasi leaena catulis escam quaesivit, atque in deceptionis suae foveam cecidit, quae, suadente hoste, ad cibum prohibitum manum tetendit. Sed in fovea protinus caveam invenit, quia sponte ad mortem veniens corruptionis suae mox carcerem pertulit; atque ad auras liberas, gratia interveniente, reducitur. Sed cum multa agere conatur, et non valet, ejusdem corruptionis suae obstaculis quasi caveae vectibus ligatur. Jam quidem eam in quam ceciderat damnationis foveam evasit, quia secuturae mortis supplicium, manu redemptionis adjuta, ad veniam redeundo superavit. Sed tamen coarctata caveam tolerat, quia supernae quoque disciplinae nexibus cingitur, ne per carnis desideria vagetur. Quae ergo sponte sua in foveam cecidit, ad auras liberas clausa redit, quia et per libertatem arbitrii in culpam corruit, et tamen hanc a suis motibus, conditoris gratia coactam nolentemque constringit. Post foveam itaque caveam patitur, quae, erepta ex aeterno supplicio, a pravae libertatis motibus, et sub coelestis artificis dispensatione religatur. Recte igitur dicit: Et propter superbiam, quasi leaenam capies me, quia et liber homo per cibum sibi mortem intulit, et reductus ad veniam sub disciplina melius clausus vivit.

Capítulo LVII

[Rec. XXXIII].

VERSO 16.---Y por la soberbia, como a leona me cazarás.

86. Por qué arte sea cazada la leona. De igual modo también hemos caído y hemos sido reparados.---La leona, cuando busca alimento para los cachorros, ansiosamente se lanza al hoyo de la captura. Pues como se cuenta de algunas regiones, se hace en su camino un hoyo, en el cual se deposita una res, para que allí, por el apetito de ella, la leona sea provocada a proyectarse: el cual se prepara estrecho y al mismo tiempo profundo, para que en él pueda caer rodeándolo, pero de él saltando de ningún modo escape. Otro hoyo también, que sea coherente con el primero, se cava, el cual sin embargo se une a aquél en que está la res por la apertura de la parte extrema. En el cual por cierto se pone una jaula, para que la leona al caer, porque desde arriba es urgida por terrores, cuando desea ocultarse como en la parte más secreta del hoyo, entre queriendo en la jaula; cuya saicia ya de ningún modo se teme, porque cerrada en la jaula es levantada. Pues la que por su propia voluntad cayó en el hoyo, vuelve a las partes superiores cercada por barrotes. Así, así por cierto la mente humana fue capturada, la cual, constituida en la libertad del albedrío, mientras apeteció nutrir los deseos de la carne, como leona buscó alimento para los cachorros, y cayó en el hoyo de su propia decepción, la cual, por sugerencia del enemigo, hacia el alimento prohibido extendió la mano. Pero en el hoyo al punto encontró la jaula, porque viniendo espontáneamente a la muerte pronto sufrió la cárcel de su propia corrupción; y hacia los aires libres, interviniendo la gracia, es reducida. Pero cuando intenta hacer muchas cosas y no vale, por los obstáculos de su misma corrupción es ligada como por los barrotes de una jaula. Ya por cierto escapó de aquel hoyo de la condenación en el que había caído, porque el suplicio de la muerte que ha de seguir, ayudada por la mano de la redención, volviendo al perdón lo superó. Pero sin embargo estrechada tolera la jaula, porque también por los nexos de la suprema disciplina es ceñida, para que no vague por los deseos de la carne. La que, pues, por su propia voluntad cayó en el hoyo, vuelve cerrada a los aires libres, porque tanto por la libertad del albedrío cayó en la culpa, y sin embargo la gracia del creador la constriñe de sus propios movimientos, forzada y no queriendo. Después del hoyo, por tanto, padece la jaula, la que, arrebatada del eterno suplicio, de los movimientos de la depravada libertad es también ligada bajo la dispensación del celestial artífice. Rectamente, pues, dice: Y por la soberbia, como a leona me cazarás, porque tanto el hombre libre por el alimento se trajo la muerte, como reducido al perdón vive mejor cerrado bajo la disciplina.

Quasi leaena ergo propter superbiam captus est, quia inde nunc eum disciplina suae corruptionis deprimit, unde transgressionem praecepti non timens, audacter in foveam saltum dedit.

[Vet. XLII.] 87. Sic et elatus de virtute cadere sinitur, ut a superbia sanetur.---Sed si parumper obtutum mentis a culpa primi parentis avertimus, nos adhuc quotidie ut leaenam capi per vitium elationis invenimus. Saepe namque homo acceptis virtutibus in audaciam suae praesumptionis erigitur, sed mira dispensatione pietatis ante ejus oculos res quaelibet, in qua corruat ordinatur. Dumque per culpam aliquid appetit, quid aliud quam praedam in fovea concupiscit? Sua sponte inhians cadit, sed suis surgere viribus non valet. Qui cum se nihil ex se esse considerat, discit procul dubio cujus adjutorium requirat. Quem tamen superna miseratio captum quasi a fovea evehit, quia hunc infirmitate cognita ad veniam reducit. Leaenae itaque more, propter superbiam ad superiores partes in caveam remeat, qui cum de virtute extollitur lapsus ad desideria in humilitate religatur. Quia enim prius propria praesumptione perierat, mira pietate agitur, ut infirmitatis suae jam notitia clausus vivat. Quod quia sanctus vir crebro accidere hominibus conspicit, nostri in se periculi vocem sumit; ut cum nos ejus fletus agnoscimus, quae in nobis sunt flenda discamus. But when elation lifts up our mind, the compunction of the highest love straightway recedes from us; but when heavenly grace visits us, it straightway instigates us by tears to its own desires. Unde et apte subjungitur:

Caput LVIII

[Rec. XXXIV].

IBID.---Reversusque mirabiliter me crucias.

88. Mentis a Deo desertae obduratio, visitatae compunctio.---Cum ab auctore relinquimur, nec ipsa ullatenus destitutionis nostrae damna sentimus. Quo enim longe nos conditor deserit, eo mens nostra insensibilius obdurescit, nulla quae Dei sunt diligit, nequaquam superna concupiscit; et quia amoris intimi calorem non habet, frigida deorsum jacet, ac miserando modo fit quotidie tanto securior, quanto pejor; cumque unde sit lapsa non meminit, et supplicia secutura non metuit, quantum lugenda sit nescit.

Como leona, pues, por la soberbia fue capturado, porque de allí ahora la disciplina de su corrupción lo deprime, de donde no temiendo la transgresión del precepto, audazmente dio el salto al hoyo.

[Vet. XLII.] 87. Así también el elado por la virtud se permite caer, para que sea sanado de la soberbia.---Pero si por un poco apartamos la mirada de la mente de la culpa del primer padre, todavía diariamente nos encontramos siendo cazados como leona por el vicio de la elación. Pues a menudo el hombre, recibidas las virtudes, se eleva a la audacia de su propia presunción, pero por una maravillosa dispensación de piedad cualquier cosa ante sus ojos, en la cual caiga, se ordena. Y mientras por la culpa algo apetece, ¿qué otra cosa que la presa en el hoyo codicia? Por su propia voluntad ansioso cae, pero por sus propias fuerzas no vale levantarse. Quien cuando considera que nada es por sí mismo, aprende sin duda de quién deba requerir el auxilio. A quien sin embargo la suprema miseración, capturado, lo eleva como del hoyo, porque a éste, conocida su debilidad, lo reduce al perdón. Al modo, pues, de la leona, por la soberbia vuelve a las partes superiores en la jaula, quien cuando de la virtud es ensalzado, habiendo caído a los deseos, es ligado en la humildad. Porque puesto que antes por su propia presunción había perecido, con maravillosa piedad se actúa para que ya con la noticia de su debilidad viva cerrado. Lo cual, porque el varón santo frecuentemente ve suceder a los hombres, toma en sí la voz de nuestro peligro; para que cuando nosotros reconocemos su llanto, aprendamos las cosas que en nosotros son de llorar. Pero cuando la elación eleva nuestra mente, la compunción del sumo amor al punto se retira de nosotros; pero cuando la suprema gracia nos visita, pronto por las lágrimas hacia sus deseos nos instiga. De donde también aptamente se subañade:

Capítulo LVIII

[Rec. XXXIV].

IBID.---Y vuelto maravillosamente me torturas.

88. El endurecimiento de la mente desertada por Dios, la compunción de la visitada.---Cuando somos abandonados por el autor, ni siquiera sentimos en absoluto los daños mismos de nuestra destitución. Pues por cuanto lejos nos deserta el creador, por tanto nuestra mente más insensiblemente se endurece, nada de lo que es de Dios ama, de ningún modo lo supremo codicia; y porque el calor del amor íntimo no tiene, fría yace abajo, y de modo miserable se hace cada día tanto más segura cuanto peor; y cuando no recuerda de dónde ha caído, y no teme los suplicios que han de seguir, cuánto haya de ser llorada no sabe.

At si afflatu sancti Spiritus tangitur, ad considerationem protinus suae perditionis evigilat, in coelestium inquisitione se excutit, amoris summi aestibus inardescit, quae se circumprimunt damna considerat, et plorat proficiens quae prius laeta peribat. Bene ergo conditori dicitur: Reversusque mirabiliter me crucias, quia omnipotens Deus unde mentem nostram visitans ad amorem suum erigit, inde hanc per lacrymas gravius affligit. Ac si aperte dicat: Relinquendo me nequaquam afficis, quia insensibilem reddis; sed cum reverteris crucias, quia dum te insinuas mihi me quam sim lugendus demonstras. Unde et nequaquam se poenaliter, sed mirabiliter asserit cruciari, quia dum per fletum mens ad summa rapitur, compunctionis suae poenam gaudens miratur; et libet affici, quia afflictione sua se conspicit ad alta sublevari. [Vet. XLIII.] Saepe autem cum nos a sancti desiderii exercitatione torpescere superna pietas cernit, exempla se sequentium nostris obtutibus objicit, ut mens per otium remissa, quo in aliis vigilantium provectus considerat, eo in se pigritudinem torporis erubescat. Unde et recte subjungitur:

Caput LIX

[Rec. XXXV].

VERS. 17.---Instauras testes tuos contra me, et multiplicas iram tuam, et poenae militant in me.

89. Exemplis bonorum Deus ad se nos revocat.---Testes enim Dei sunt, qui per exercitium sancti operis testantur quae electos secutura sint praemia veritatis. Unde hos quoque quos pro veritate passos agnoscimus Graeco eloquio martyres, id est testes, vocamus. Et per Joannem voce angelica Dominus dicet: In diebus Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos (Apoc. II, 13). Sed testes suos contra nos Dominus instaurat, cum electorum vitam pravitati nostrae contrariam ad arguendos nos instruendosque multiplicat. Contra nos ergo testes illius instaurantur, quia cuncta quae agunt studiis nostrae pravitatis adversa sunt. Unde et sermo veritatis adversarius vocatur, cum Mediatoris voce per Evangelium dicitur: Esto consentiens adversario tuo cito, dum es cum illo in via (Matth. V, 25). Atque de hoc eodem Redemptore reprobi persequentes dicunt: Contrarius est operibus nostris (Sap. II, 12); et paulo post: Et dissimilis est aliis vita illius (Ibid., 15).

Mas si por el aliento del Espíritu Santo es tocada, al punto para la consideración de su perdición despierta, en la inquisición de lo celestial se sacude, con los ardores del sumo amor se enciende, considera los daños que la circundan, y llora progresando la que antes alegre perecía. Bien, pues, al creador se dice: Y vuelto maravillosamente me torturas, porque el Dios omnipotente de donde visitando nuestra mente la eleva a su amor, de allí la aflige más gravemente por las lágrimas. Como si abiertamente dijera: Abandonándome de ningún modo me afectas, porque me vuelves insensible; pero cuando vuelves me torturas, porque mientras te me insinúas me demuestras cuán digno de llanto soy. De donde también asegura ser torturado no penalmente, sino maravillosamente, porque mientras por el llanto la mente a lo sumo es raptada, gozosa se maravilla de la pena de su compunción; y place ser afectada, porque por su aflicción se ve a sí misma ser elevada a lo alto. [Vet. XLIII.] A menudo mas cuando la suprema piedad ve que nosotros por el ejercicio del santo deseo nos entorpecemos, los ejemplos de los que la siguen a nuestras miradas objeta, para que la mente por el ocio remisa, por cuanto en otros los progresos de los vigilantes considera, por tanto en sí la pereza de su torpor se avergüence. De donde también rectamente se subañade:

Capítulo LIX

[Rec. XXXV].

VERSO 17.---Instauras tus testigos contra mí, y multiplicas tu ira, y las penas militan en mí.

89. Por los ejemplos de los buenos Dios nos revoca a sí.---Pues testigos de Dios son los que, por el ejercicio de la santa obra, testifican qué premios de la verdad han de seguir a los elegidos. De donde a estos también que reconocemos haber padecido por la verdad, los llamamos en la elocuencia griega mártires, esto es, testigos. Y por Juan, con voz angélica dirá el Señor: En los días de Antipas, mi testigo fiel, que fue muerto entre vosotros (Apoc. 2, 13). Pero el Señor instaura sus testigos contra nosotros cuando multiplica la vida de los elegidos, contraria a nuestra depravación, para argüirnos e instruirnos. Contra nosotros, pues, sus testigos se instauran, porque todas las cosas que hacen son adversas a los estudios de nuestra depravación. De donde también la palabra de la verdad es llamada adversaria, cuando por la voz del Mediador a través del Evangelio se dice: Sé consintiente con tu adversario pronto, mientras estás con él en el camino (Mat. 5, 25). Y de este mismo Redentor los réprobos perseguidores dicen: Contrario es a nuestras obras (Sab. 2, 12); y poco después: Y disímil es de los otros la vida de aquél (Ibíd., 15).

Testes itaque suos contra nos Dominus instaurat, quia bona quae facere ipsi negligimus, haec ad correptionem nostram fieri ab aliis demonstrat; ut qui praeceptis non accendimur, saltem exemplis excitemur, atque in appetitu rectitudinis nil sibi mens nostra difficile aestimet quod perfecte peragi ab aliis videt. Et fit plerumque ut cum alienae vitae bona conspicimus, nostrae sollicitius damna timeamus; et eo patescat quantae post pondere animadversionis impatimur, quo nunc a bonorum moribus longe discrepamus.

90. Eorum labor indicat quae reprobos poena maneat. Bona in aliis visa quos animi motus excitare debeant.---Unde et testium instauratione memorata, protinus apte subjungitur: Et multiplicas iram tuam. Eo nobis multiplicari ira Dei dicitur, quo esse multiplex indicatur, quia ex ipsa nunc bonorum vita et labore cognoscimus, si emendari, dum tempus est, nolumus, quanta post animadversione feriamur. Electos quippe Dei cernimus et pia agere, et crudelia multa tolerare. Hinc ergo colligitur districtus judex quanta illic feriat districtione quos reprobat, si hic sic cruciat quos amat; Petro attestante qui ait. Tempus est ut judicium incipiat de domo Dei; si autem primum a nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Evangelio (I Pet. IV, 17)? Omnipotens igitur Deus cum contra nos testes instaurat, iram multiplicat, quia quo bonorum vitam nostris oculis objicit, eo pravitatis perpetratae duritiam qua districtione in judicio percutiat ostendit. Nam cum solis se sequentibus dona exaggerat, torpentes jam quia reliquerit demonstrat. Cum bona ergo in aliis cernimus, valde necesse est ut et exsultationem nostrae formidini, et formidinem nostrae exsultationi misceamus, quatenus et de alienis provectibus charitas gaudeat, et de suis infirmitatibus conscientia contremiscat. But when we are refreshed by fraternal progress, when we weigh the strictness of the internal Judge over us from our very sluggishness, what remains but that the soul return to discuss itself, and whatever it finds reprobate in itself, whatever depraved, it should afflict? Unde et apte subjungitur: Et poenae militant in me. Consideratis quippe Dei testibus, poenae in nobis militant, quia dum miranda illorum facta conspicimus, vitam nostram, quae ex eorum nobis comparatione displicet, studiosa afflictione cruciamus; ut quidquid in nobis polluerunt opera, diluant lamenta; et si quid adhuc culpa delectationis inquinat, poena moeroris tergat. Beatus igitur Job, quia vitam patrum praecedentium conspicit, quid in se gemere debeat subtilius agnoscit. Sed magni doloris magisterio, dum sua plangit, ad lamenta nos instruit: ut quo virtutes in aliis cernimus, eo apud districtum judicem nostra sollicite delicta timeamus. Sequitur:

El Señor, por tanto, instaura sus testigos contra nosotros, porque los bienes que nosotros mismos descuidamos hacer, demuestra que son hechos por otros para nuestra corrección; para que quienes no nos encendemos por los preceptos, al menos por los ejemplos seamos excitados, y en el apetito de la rectitud nuestra mente nada estime difícil para sí que vea ser perfectamente acabado por otros. Y sucede frecuentemente que cuando los bienes de la vida ajena contemplamos, más solícitamente los daños de la nuestra temamos; y por tanto sea patente con cuánto peso de animadversión después somos afectados, por cuanto ahora de las costumbres de los buenos lejos discrepamos.

90. El trabajo de ellos indica qué pena aguarda a los réprobos. Qué movimientos del ánimo deben excitar los bienes vistos en otros.---De donde, mencionada la instauración de los testigos, al punto aptamente se subañade: Y multiplicas tu ira. Se nos dice que se nos multiplica la ira de Dios en esto, en que se indica ser múltiple, porque por la misma vida y trabajo de los buenos ahora conocemos, si no queremos ser enmendados mientras hay tiempo, con cuánta animadversión después seremos heridos. Pues a los elegidos de Dios vemos tanto obrar piadosamente como tolerar muchas cosas crueles. De aquí, pues, se colige con cuánta estrechez el juez estrecho herirá allí a quienes reprueba, si aquí así tortura a quienes ama; atestiguándolo Pedro, que dice: Tiempo es de que el juicio comience por la casa de Dios; pero si primero por nosotros, ¿cuál será el fin de aquellos que no creen al Evangelio de Dios (1 Ped. 4, 17)? El Dios omnipotente, por tanto, cuando contra nosotros instaura testigos, multiplica la ira, porque por cuanto la vida de los buenos a nuestros ojos objeta, por tanto demuestra la dureza de la depravación perpetrada, con qué estrechez en el juicio herirá. Pues cuando solo a los que le siguen lanza los dones, demuestra que ya ha abandonado a los torpes. Cuando, pues, vemos los bienes en otros, muy necesario es que mezclemos tanto la exultación a nuestro temor, como el temor a nuestra exultación, a fin de que tanto la caridad se goce de los progresos ajenos, como la conciencia tiemble de sus propias debilidades. Pero cuando por el progreso fraterno somos refrescados, cuando la estrechez del juez interno sobre nosotros por nuestro mismo torpor pensamos, ¿qué resta sino que el ánimo vuelva a discutirse a sí mismo, y lo que sea que en sí encuentre réprobo, lo que sea depravado, lo aflija? De donde también aptamente se subañade: Y las penas militan en mí. Pues considerados los testigos de Dios, las penas militan en nosotros, porque mientras contemplamos sus hechos admirables, nuestra vida, que por la comparación de ellos nos desplace, con estudiosa aflicción la torturamos; para que lo que sea que en nosotros mancharon las obras, lo diluyan los lamentos; y si algo todavía la culpa del deleite mancha, la pena del moeror lo deterja. El bienaventurado Job, por tanto, porque contempla la vida de los padres precedentes, reconoce más sutilmente qué deba gemir en sí. Pero por el magisterio de un gran dolor, mientras llora lo suyo, a los lamentos nos instruye: para que por cuanto vemos las virtudes en otros, por tanto ante el juez estrecho solícitamente temamos nuestros delitos. Sigue:

CAPUT LX.

VERS. 18.---Quare de vulva eduxisti me? Qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret.

91. Quod nimirum prima oratione jam protulit, dicens: Quare non in vulva mortuus sum? Qui hoc quoque quod hic adjicit, subdens,---VERS. 19.---Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum, illic verbis aliis non aliter adjungit, dicens: Sicut abortivum absconditum non subsisterem, vel qui concepti non viderunt lucem (Job. III, 16). Quia vero haec superius late digessimus (Lib. IV, n. 48 et seq.), pro vitando lectoris fastidio, exposita replicare declinamus. Sequitur:

Caput LXI

[Vet. XLIV, Rec. XXXVI].

VERS. 20.---Nunquid non paucitas dierum meorum finietur brevi?

92. Vitae terminus, potissimum attendendus. Cautum se ac sollicitum vivere ostendit, qui brevitatem praesentis vitae considerans, non ejus usum, sed terminum conspicit, ut ex fine colligat nihil esse quod transiens delectat. Hinc namque per Salomonem dicitur: Si annis multis vixerit homo, et in his omnibus laetatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis et dierum multorum; qui cum venerint, vanitatis arguentur praeterita (Eccle. XI, 8). Hinc rursum scriptum est: In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis (Eccli. VII, 40). Igitur cum culpa animum tentat, mens necesse est ut brevitatem suae delectationis aspiciat, ne ad vivacem mortem iniquitas rapiat, cum constet quod ad terminum citius mortalis vita percurrat. Sed saepe oculus contemplationis nostrae confunditur dum dolor noster flagellis crebrescentibus aggravatur. Libet praesentis vitae exsilium gemere, sed prae ipsa afflictione mens non valet damna suae caecitatis aestimare. Unde protinus subdit:

Caput LXII.

[Rec. XXXVII].

IBID.---Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum.

93. Lacrymas et doloris sensum tollit nimius moeror. Flere mala nostra nos non sinit vis consuetudinis. Sicut enim moderata afflictio lacrymas exprimit, ita immoderata subducit, quia moeror ipse quasi sine moerore fit, qui, afflicti mentem devorans, sensum doloris tollit.

CAPÍTULO LX.

VERSO 18.---¿Por qué me sacaste de la vulva? Ojalá hubiera sido consumido, para que ningún ojo me viera.

91. Lo cual por cierto ya profirió en su primer discurso, diciendo: ¿Por qué no morí en la vulva? El cual esto también que aquí añade, subañadiendo,---VERSO 19.---Hubiera sido como si no fuera, del útero traslatado al túmulo, allí con otras palabras no de otro modo adjunta, diciendo: Como abortivo escondido no subsistiría, o los que concebidos no vieron la luz (Job 3, 16). Pero porque estas cosas arriba extensamente digerimos (Lib. IV, n. 48 y sig.), para evitar el fastidio del lector, declinamos replicar lo expuesto. Sigue:

Capítulo LXI

[Vet. XLIV, Rec. XXXVI].

VERSO 20.---¿Acaso la poquedad de mis días no se acabará pronto?

92. El término de la vida debe ser especialmente atendido. Muestra que vive cauto y solícito quien, considerando la brevedad de la vida presente, no mira su uso, sino su término, para que del fin colija que nada es lo que deleita pasando. Pues de aquí se dice por Salomón: Si el hombre viviere muchos años, y en todos ellos se hubiere alegrado, debe acordarse del tiempo tenebroso y de los muchos días; los cuales, cuando vinieren, serán argüidos de vanidad los pasados (Ecl. 11, 8). De aquí otra vez está escrito: En todas tus obras acuérdate de tus novísimos, y no pecarás eternamente (Eclo. 7, 40). Por tanto, cuando la culpa tienta al ánimo, es necesario que la mente mire la brevedad de su delectación, no sea que la iniquidad rapte hacia la muerte vivificante (vivacem mortem), constando que la vida mortal corre más velozmente hacia su término. Pero a menudo el ojo de nuestra contemplación se confunde mientras nuestro dolor se agrava por los flagelos que crecen. Place gemir el exilio de la vida presente, pero por la misma aflicción la mente no vale para estimar los daños de su ceguera. Por lo cual inmediatamente añade:

Capítulo LXII.

[Rec. XXXVII].

IBID.---Déjame, pues, para que llore un poco mi dolor.

93. El excesivo pesar quita las lágrimas y el sentido del dolor. La fuerza de la costumbre no nos deja llorar nuestros males. Pues así como la aflicción moderada expresa las lágrimas, así la inmoderada las retira, porque el pesar mismo se hace como si fuera sin pesar, el cual, devorando la mente del afligido, quita el sentido del dolor.

Vir igitur sanctus feriri plus quam sufficit pertimescit, dicens: Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum.

Ac si aperte dicat: Flagella tuae percussionis tempera, ut, moderatis doloribus, aestimare mala quae patior flendo convalescam. Quod tamen intelligi et aliter potest. Saepe namque peccator iniquitatis suae vinculis ita constringitur, ut pondus quidem peccatorum toleret, sed tamen quia tolerat ignoret. Saepe etiamsi cognoscat quanto reatu premitur, erumpere conatur, et non potest, ut hunc in se mente libera, conversione integra, persequatur. Flere ergo dolorem suum non valet, quia et iniquitatis suae reatum considerat, et tamen prae terrenae occupationis pondere hanc ei gemere nequaquam vacat. Flere dolorem suum non valet, qui pravae quidem consuetudini contraire nititur, sed tamen adhuc succrescentibus desideriis carnis gravatur. Hujus doloris praesentia Prophetae mentem cruciaverat, cum dicebat: Dolor meus ante me est semper, quoniam iniquitatem meam ego pronuntio, et cogitabo pro peccato meo (Psal. XXXVII, 18, 19). Sed solutis iniquitatis vinculis dimissum se noverat qui exsultabat dicens: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis (Psal. CXV, 16).

94. Nisi Deus ad id nos adjuvet. Tunc igitur ad plangendum dolorem nos Dominus dimittit, cum et mala nobis quae fecimus demonstrat, atque ad haec eadem flenda quae cognoscimus adjuvat. Culpas oculis objicit, et pia manu gratiae vincula cordis solvit, ut ad vacationem poenitentiae mens nostra se erigat, et, carnis soluta compedibus, in auctorem suum libera gressum amoris tendat. [Vet. XLV.] Plerumque etenim vitam nostram ipsi reprehendimus, sed tamen libenter agimus hoc quod in nobis recte reprobamus. Ad justitiam nos spiritus erigit, ad consuetudinem caro restringit. Amori suo mens renititur, sed protinus delectata captivatur. Bene itaque dicitur: Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum, quia nisi a reatu culpae, quo nos ligavimus, misericorditer dimittamur, perfecte flere non possumus hoc quod in nobis ipsis contra nosmetipsos dolemus. Sed tunc veraciter reatus nostri dolor plangitur, cum tenebrosa illa inferni retributio intento timore praevidetur. Unde apte subjungitur:

Caput LXIII

[Rec. XXXVIII].

VERS. 21.---Antequam vadam, et non revertar, ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine.

El varón santo, por tanto, teme ser herido más de lo que basta, diciendo: Déjame, pues, para que llore un poco mi dolor.

Como si abiertamente dijera: Templa los flagelos de tu percusión, para que, con dolores moderados, convalezca para estimar llorando los males que padezco. Lo cual, sin embargo, puede entenderse de otro modo. Pues a menudo el pecador está de tal modo constreñido por los vínculos de su iniquidad, que tolera ciertamente el peso de los pecados, pero sin embargo porque lo tolera lo ignora. A menudo, aunque conozca con cuánto reato es oprimido, intenta brotar y no puede, para perseguir esto en sí con mente libre y conversión íntegra. No vale, pues, para llorar su dolor, porque considera el reato de su iniquidad, y sin embargo, por el peso de la ocupación terrena, de ningún modo le queda vagar para gemirlo. No vale para llorar su dolor quien ciertamente se esfuerza por contrariar la depravada costumbre, pero todavía es gravado por los deseos de la carne que crecen. La presencia de este dolor había crucificado la mente del Profeta, cuando decía: Mi dolor está siempre ante mí, porque yo pronunciaré mi iniquidad, y pensaré por mi pecado (Salm. 37, 18. 19). Pero se conocía desatado, rotos los vínculos de la iniquidad, el que exultaba diciendo: Rompiste mis vínculos, a ti sacrificaré hostia de alabanza (Salm. 115, 16).

94. Si Dios no nos ayuda para ello. Entonces, pues, el Señor nos deja para llorar el dolor, cuando nos demuestra los males que hemos hecho, y nos ayuda a llorar estos mismos que conocemos. Pone las culpas ante los ojos, y con piadosa mano de gracia suelta los vínculos del corazón, para que nuestra mente se erija a la vacación de la penitencia, y, suelta de los grillos de la carne, tienda libre el paso del amor hacia su autor. [Vet. XLV.] Pues muchísimas veces nosotros mismos reprendemos nuestra vida, pero sin embargo gustosamente hacemos esto que en nosotros rectamente reprobamos. Al espíritu nos erige la justicia, a la costumbre nos restringe la carne. Al amor suyo la mente renitente se opone, pero inmediatamente deleitada es captivada. Bien, pues, se dice: Déjame, pues, para que llore un poco mi dolor, porque si no somos misericordiosamente dejados del reato de la culpa con que nos ligamos, no podemos llorar perfectamente esto que en nosotros mismos contra nosotros mismos dolemos. Pero entonces verazmente se llora el dolor de nuestro reato, cuando aquella tenebrosa retribución del infierno se prevé con intento temor. Por lo cual aptamente se subyunta:

Capítulo LXIII

[Rec. XXXVIII].

VERSO 21.---Antes que vaya, y no vuelva, a la tierra tenebrosa y cubierta de la calígine de la muerte.

95. Inferni poenae nec transitoriae nec phantasticae. Infernus cur terra, cur lacus. Quid enim terrae tenebrosae nomine, nisi tetra tartari claustra signantur? Quae aeternae mortis caligo operit, quia damnatos quosque in perpetuum a vitae luce disjungit. Nec immerito infernus terra dicitur, quia quicunque ab eo capti fuerint, stabiliter tenentur. Scriptum quippe est: Generatio praeterit, et generatio advenit, terra vero in aeternum stat (Eccle. I, 4). Recte igitur inferni claustra tenebrosa terra nominantur, quia quos puniendos accipiunt, nequaquam poena transitoria, vel phantastica imaginatione cruciant, sed ultione solida perpetuae damnationis servant. Quae aliquando tamen laci appellatione signantur, propheta attestante, qui ait: Portaverunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum (Ezech. XXXII, 24, 25). Infernus ergo et terra nominantur, quia susceptos stabiliter tenet; et lacus dicitur, quia hos quos semel ceperit semper fluctuantes et trepidos tormentis circumfluentibus absorbet. Sanctus autem vir sive sua, seu humani generis voce dimitti se postulat, antequam vadat, non quia ad terram tenebrosam qui culpam deflet iturus est, sed quia ad hanc procul dubio qui plangere negligit vadit; sicut debitori suo creditor dicit: Solve debitum prius quam pro debito constringaris; qui tamen non constringitur, si quod debet solvere non moratur. Ubi et recte subditur: Non revertar, quia nequaquam ultra misericordia parcentis liberat quos semel in locis poenalibus justitia judicantis damnat [Vet. XLVI]. Quae adhuc subtilius loca describuntur, cum dicitur:

CAPUT LXIV.

VERS. 22.---Terram miseriae et tenebrarum.

96. Quos tenet, foris cruciantur, intus caecantur. Miseria ad dolorem pertinet, tenebrae ad caecitatem. Ea ergo quae a conspectu districti judicis expulsus tenet, miseriae et tenebrarum terra perhibetur, quia foris dolor cruciat quos divisos a vero lumine intus caecitas obscurat. Quamvis miseriae et tenebrarum terra intelligi et aliter potest. Nam haec quoque terra in qua nascimur est quidem miseriae, sed tenebrarum non est, quia multa hic corruptionis nostrae mala patimur, sed tamen adhuc in ea per conversionis gratiam ad lucem redimus, Veritate suadente, quae ait: Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebrae comprehendant (Joan. XII, 35). Illa vero simul miseriae et tenebrarum terra est, quia quisquis ad toleranda ejus mala descenderit, nequaquam ulterius ad lucem redit. In cujus adhuc descriptione subjungitur:

4. Pravi vera in se mala flere renuunt, et aliis falsa impingunt. Pravi vera in se mala flere renuunt, et aliis falsa impingunt.---Qui beati Job dictorum meminit, quam falso hoc voci illius impingatur agnoscit. Sed habet hoc pravorum malitia, ut cum vera in se 339 flere mala renuit, fingat aliena. Nam quasi solatio facinoris utitur, si falsis vocibus et vita corripientis inquinetur. [Vet. IV.] Sciendum vero est quod plerumque perversi verbotenus bona optant, ut mala esse quae in praesentibus habentur ostendant; et quasi faventes prospera expetunt, ut benigni videantur. Unde et Sophar protinus subjicit, dicens:

CAPUT V.

VERS. 5.---Atque utinam Deus loqueretur tecum, et aperiret labia sua tibi! 5.

Pues lo que recuerda haber hecho en el interior, se avergüenza de oírlo en el exterior. De donde pronto se prepara para la defensa, para cubrir la vergüenza de su reato por medio de las palabras de una perversa refutación. Pues así como los rectos juzgan la voz de la corrección (correptionis) sobre algunas cosas que no han sido hechas rectamente por ellos como un ministerio de caridad, así los perversos la piensan una contumelia (contumeliam) de escarnio. Aquellos se postran pronto a la obediencia, estos se erigen a la locura de su defensa. Aquellos consideran el auxilio de la corrección como el patrocinio de su vida, por el cual, mientras se corrige la culpa de la vida presente, se templa la ira del juez venidero; estos, cuando ven que se les ataca con la redargución, creen que es una espada de percusión, porque mientras por la voz de la corrección se detecta la culpa, se empaña la opinión de la gloria presente. Pues de aquí, en alabanza del justo, por Salomón dice la Verdad: Enseña al justo, y se apresurará a recibir (Prov. IX, 9). De aquí desprecia la contumacia de los perversos, diciendo: El que instruye al mofador, se hace injuria a sí mismo (Ibíd. 7). Pues sucede frecuentemente que cuando no pueden defender los males corregidos en sí mismos, por la vergüenza se hacen peores; y así se ensoberbecen en su defensa, que inquieren algunos vicios contra la vida del que los corrige; y por ello no se consideran criminales si imponen crímenes también a otros. Los cuales, cuando no pueden encontrarlos verdaderos, los fingen, para que ellos también tengan algo que parezcan increpar con no desigual justicia. De donde también Sofar, porque se dolió como de ser escarnecido por la increpación, inmediatamente mintiendo subyunge:

Pues ¿cómo pudo decir que era limpio el que dijo: Si quisiere justificarme, mi propia boca me condenará (Job IX, 20)?

CAPÍTULO IV.

VERS. 4.---Pues has dicho: Puro es mi discurso, y limpio soy ante tu vista.

4. Los perversos rehúsan llorar los males verdaderos en sí mismos, e imputan falsos a otros. Quien recuerda los dichos del bienaventurado Job, reconoce cuán falsamente se imputa esto a su voz. Pero tiene esto la malicia de los perversos, que cuando rehúsa llorar los males verdaderos en sí, finge los ajenos. Pues usa como un consuelo del crimen (solatio facinoris), si por falsas voces también se mancha la vida del que corrige. Pero debe saberse que frecuentemente los perversos optan por cosas buenas de palabra, para mostrar que son malas las que se tienen en las presentes; y como favoreciendo, piden cosas prósperas para parecer benignos. De donde también Sofar inmediatamente subyunge, diciendo:

CAPÍTULO V.

VERS. 5.---¡Y ojalá Dios hablara contigo, y abriera sus labios para ti!

5. Homini quando Deus loquatur, quando ipse sibi. Homini quando Deus loquatur, quando ipse sibi. ---Ipse quippe sibi homo loquitur, cum per hoc quod sentit nequaquam Divinitatis spiritu a carnalis prudentiae intellectu separatur; cum caro sensum exerit, et mentem, quasi ad intelligentiam provocans, foras mittit. Unde et adhuc Petro terrena sapienti Veritas dicit: Non enim sapis quae Dei sunt, sed quae hominum (Marc. Cui tamen recta confitenti dicitur: Caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in coelis est (Matth. Quid autem Dei labia nisi judicia ejus accipimus? Clausis namque labiis vox premitur, et sensus tacentis ignoratur; apertis autem sermo dum promitur, animus loquentis invenitur. Labia itaque sua Deus aperit cum voluntatem suam hominibus per aperta judicia ostendit. Quasi enim reserato ore loquitur, cum remota obscuritate dispositionis intimae renuit occultare quod vult. Nam velut clausis labiis sensum nobis suum non indicat, cum per occulta judicia cur quid faciat celat. Sophar itaque beatum Job ut de carnali intellectu redarguat, seque ipsum quantae sit benignitatis ostendat, ei bona optat, quae et cum habentur ignorat, dicens: Atque utinam Deus loqueretur tecum et aperiret labia sua tibi! Ac si patenter dicat: Imperitiae tuae potius quam poenae compatior, quia, sola carnis prudentia praeditum, a veritatis te spiritu vacuum agnosco. Si enim Dei judicia occulta cognosceres, tam procaces contra illum sententias non sonares. Et quia omnipotens Deus cum ad consideranda nos sua judicia sublevat, ignorantiae nostrae protinus caecitatem fugat, quae apertis ejus labiis, ad nos eruditio prodeat, protinus adjungendo manifestat, dicens:

Caput VI

[Rec. IV].

VERS. 6.---Ut ostenderet tibi secreta sapientiae, et quod multiplex sit lex ejus.

6. Sapientiae opera quae publica. Quae secreta.---Publica sapientiae supernae sunt opera, cum omnipotens Deus regit quos creat, perficit bona quae inchoat, et aspirando adjuvat quos visitationis suae lumine illustrat. Cunctis etenim liquet quia quos gratis condidit benigne disponit. Et cum spiritalia dona largitur, ipse perficit quod ipse ex munere suae benignitatis inchoavit.

5. Cuándo habla Dios al hombre, y cuándo el hombre a sí mismo. Pues el hombre se habla a sí mismo cuando por aquello que siente de ninguna manera es separado del intelecto de la prudencia carnal (carnalis prudentiae intellectu) por el espíritu de la Divinidad; cuando la carne ejerce su sentido y envía la mente fuera, como provocándola a la inteligencia. De donde también a Pedro, que aún saboreaba las cosas terrenas, dice la Verdad: Pues no sabes las cosas que son de Dios, sino las que son de los hombres (Mc VIII, 33). Al cual, sin embargo, cuando confiesa cosas rectas, se le dice: La carne y la sangre no te lo revelaron, sino mi Padre que está en los cielos (Mt XVI, 17). ¿Pero qué tomamos por los labios de Dios (Dei labia) sino sus juicios (judicia)? Pues con los labios cerrados la voz es reprimida y el sentido del que calla es ignorado; pero con los abiertos, mientras se emite el discurso, se encuentra el ánimo del que habla. Por tanto, Dios abre sus labios cuando muestra su voluntad a los hombres por medio de juicios abiertos. Pues habla como con la boca abierta cuando, removida la obscuridad de la disposición íntima, rehúsa ocultar lo que quiere. Pues como con los labios cerrados no nos indica su sentido cuando por juicios ocultos oculta por qué hace lo que hace. Así pues Sofar, para redargüir al bienaventurado Job sobre el intelecto carnal y mostrar de cuánta benignidad sea él mismo, le opta cosas buenas, las cuales ignora incluso cuando se tienen, diciendo: ¡Y ojalá Dios hablara contigo y abriera sus labios para ti! Como si dijera patentemente: Compadezco tu impericia (imperitiae) más que tu pena, porque te reconozco dotado solo de la prudencia carnal, vacío del espíritu de la verdad. Pues si conocieras los juicios ocultos de Dios, no sonarías tan procaces sentencias contra Él. Y porque el Dios omnipotente, cuando nos eleva a considerar sus juicios, pronto ahuyenta la ceguera de nuestra ignorancia, qué instrucción salga hacia nosotros por sus labios abiertos, pronto lo manifiesta añadiendo:

Capítulo VI

[Rec. IV].

VERS. 6.---Para que te mostrara los secretos de la sabiduría, y que su ley es múltiple.

6. Obras de la sabiduría que son públicas. Cuáles son secretas.---Públicas son las obras de la sabiduría suprema, cuando el Dios omnipotente rige a quienes crea, perfecciona los bienes que inicia, y aspirando ayuda a quienes ilustra con la luz de su visitación. Pues a todos consta que a quienes creó gratuitamente, los dispone benignamente. Cuando otorga dones espirituales, él mismo perfecciona lo que él mismo por don de su benignidad inició.

Secreta vero sapientiae supernae sunt opera cum Deus quos creavit deserit; cum bona quae praeveniendo coeperat; nequaquam prosequendo consummat; cum claritate nos suae illustrationis illuminat, et tamen, permissis carnis tentationibus, tenebris caecitatis pulsat; cum dona quae contulit minime custodit; cum et mentis nostrae ad se desideria excitat, et tamen occulto judicio difficultate nos nostrae imbecillitatis angustat.

[Vet. V.] 7. Haec non inveniendo invenit, qui comprehendi non posse didicit. Lex Dei et Christi charitas.---Quae nimirum secreta ejus sapientiae pauci valent inquirere, sed nullus invenire, quia quod super nos de nobis ad immortali sapientia non injuste 340 disponitur, justum profecto est ut a nobis adhuc mortalibus ignoretur. Sed haec ipsa sapientiae illius secreta conspicere utcunque jam incomprehensibilitatis ejus est potentiam videre, quia etsi in ipsa consiliorum ejus inquisitione deficimus, deficiendo tamen verius discimus quem timeamus. Ad haec se Paulus sapientiae illius secreta tetenderat, cum dicebat: O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viae ejus. Quis enim cognovit sensus Domini? vel quis consiliarius ejus fuit (Rom. XI, 33)? Qui superius etiam ex ipsa inquisitione lassescens, sed tamen ad cognitionem infirmitatis propriae lassescendo proficiens, praemittit dicens: O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit: Quare me fecisti sic (Rom. IX, 20)? Qui igitur ad occulta Dei pertingere non valens ad infirmitatis suae cognitionem rediit, atque ad eruditionem se propriam deficiendo revocavit, ut ita dicam, secreta sapientiae non inveniens invenit, quia cum ad superna consilia requirenda lassesceret, didicit ut humilius timeret; et quem sua infirmitas a cognitione intima repulit, hunc ei verius humilitas junxit. Sophar itaque et per scientiae studium peritus, et per audaciam tumidae locutionis ignarus, quia ipse gravitatem non habet, meliori optat quod habet, dicens: Atque utinam Deus loqueretur tecum, et aperiret labia sua tibi, ut ostenderet tibi secreta sapientiae! Qui eam quoque, qua se super amicum pollere aestimat, optando sapientiam ostentat, cum protinus subdit: Et quod multiplex sit lex ejus. Quid hoc loco Dei lex accipi nisi charitas debet, per quam semper in mente legitur praecepta vitae qualiter in actione teneantur?

Secretas, empero, son las obras de la sabiduría suprema cuando Dios desampara a quienes creó; cuando de ningún modo consuma prosiguiendo los bienes que por prevención había comenzado; cuando nos ilumina con la claridad de su ilustración, y sin embargo, permitidas las tentaciones de la carne, nos golpea con las tinieblas de la ceguera; cuando mínimamente custodia los dones que confirió; cuando tanto excita hacia sí los deseos de nuestra mente, como sin embargo por oculto juicio nos estrecha con la dificultad de nuestra imbecilidad.

[Vet. V.] 7. Estos no encontrándolos los encuentra, quien aprendió que no pueden ser comprendidos. La ley de Dios y la caridad de Cristo.---Cuyos secretos de su sabiduría, a saber, pocos pueden inquirir, pero ninguno encontrar, porque lo que sobre nosotros acerca de nosotros por la sabiduría inmortal no injustamente se dispone, justo es por cierto que sea ignorado todavía por nosotros mortales. Pero contemplar de algún modo estos mismos secretos de aquella sabiduría es ya ver la potencia de su incomprensibilidad, porque aunque desfallecemos en la misma inquisición de sus consejos, desfalleciendo sin embargo más verdaderamente aprendemos a quién debemos temer. A estos secretos de aquella sabiduría se había extendido Pablo, cuando decía: ¡Oh profundidad de las riquezas de la sabiduría y de la ciencia de Dios, cuán incomprensibles son sus juicios e investigables sus caminos! ¿Pues quién conoció el sentido del Señor? ¿o quién fue su consejero? (Rom. XI, 33). Quien también arriba cansándose por la misma inquisición, pero sin embargo aprovechando por el cansancio para el conocimiento de su propia debilidad, premite diciendo: Oh hombre, ¿quién eres tú que respondas a Dios? ¿Acaso dice lo formado al que lo formó: Por qué me hiciste así? (Rom. IX, 20). Quien, por tanto, no pudiendo llegar a lo oculto de Dios regresó al conocimiento de su debilidad, y se revocó a su propia erudición desfalleciendo, por así decirlo, no encontrando los secretos de la sabiduría los encontró, porque cuando se cansaba para requerir los consejos supernos, aprendió a temer más humildemente; y a quien su debilidad repelió del conocimiento íntimo, a este le unió más verdaderamente la humildad. Sofar, pues, tanto perito por el estudio de la ciencia, como ignorante por la audacia de su hinchada locución, porque él mismo no tiene gravedad, desea para el mejor lo que tiene, diciendo: ¡Y ojalá Dios hablara contigo, y abriera sus labios para ti, para que te mostrara los secretos de la sabiduría! Quien también ostenta aquella sabiduría por la que estima aventajar a su amigo, deseándola, cuando enseguida añade: Y que su ley es múltiple. ¿Qué debe entenderse en este lugar por ley de Dios sino la caridad, por la cual siempre se lee en la mente de qué modo se han de mantener en la acción los preceptos de la vida?

De hac etenim lege Veritatis voce dicitur: Hoc est praeceptum meum ut diligatis invicem (Joan. XV, 12). De hac Paulus ait: Plenitudo legis, dilectio (Rom. XIII, 10). De hac iterum dicit: Invicem onera vestra portate, et sic adimplebitis legem Christi (Galat. VI, 2). Lex etenim Christi quid congruentius intelligi quam charitas potest, quam tunc vere perficimus cum fraterna onera ex amore toleramus.

8. Charitas a duobus praeceptis incipit, et ad innumera se extendit. Proximi dilectio cavet nocere, curat benefacere. Haec duo quam multis modis praestantur.---Sed haec eadem lex multiplex dicitur, quia studiosa sollicitudine charitas ad cuncta virtutum facta dilatatur. Quae a duobus quidem praeceptis incipit, sed se ad innumera extendit. Hujnamque legis initium dilectio Dei est ac dilectio proximi. [Vet. VI.] Sed Dei dilectio per tria distinguitur, quia ex toto corde, et ex tota anima, et ex tota fortitudine diligi conditor jubetur. Qua in re notandum est quod divinus sermo cum Deum diligi praecipit, non solum narrat ex quo, sed etiam informat ex quanto, cum subjungit ex toto, ut videlicet qui perfecte Deo placere desiderat sibi de se nihil relinquat. Proximi autem dilectio ad duo praecepta derivatur, cum et per quemdam justum dicitur: Quod ab alio tibi odis fieri, vide ne tu alteri facias (Tob. IV, 16). Et per semetipsam Veritas dicit: Quae vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis (Matth. VII, 12). Quibus duobus scilicet utriusque Testamenti mandatis, per unum malitia compescitur, per aliud benignitas praerogatur, ut malum quod pati non vult quisque non faciens; cesset a nocendi opere; et rursum bonum quod sibi fieri appetit, 341 impendens, erga utilitatem se proximi exerceat ex benignitate. Sed haec nimirum duo dum sollicita intentione cogitantur, cor ad innumera virtutum ministeria tenditur, ne vel ad inferenda quae non debet desideriis inquieta mens ferveat, vel erga exhibenda quae debet otio resoluta torpescat. Nam cum cavet alteri facere quod nequaquam vult ab altero ipsa tolerare, sollicita se intentione circumspicit, ne superbia elevet, et usque ad despectum proximi animum dejiciens exaltet; ne ambitio cogitationem laniet, cumque hanc ad appetenda aliena dilatat, angustet; ne cor luxuria polluat, et subjectum desideriis per illicita corrumpat; ne ira exasperet, et usque ad proferendam contumeliam inflammet; ne invidia mordeat, et alienis felicitatibus aemula, sua se face consumat; ne immoderate linguam loquacitas pertrahat, eamque usque ad lasciviam obtrectationis extendat;

Pues acerca de esta ley se dice por la voz de la Verdad: Este es mi precepto, que os améis los unos a los otros (Juan XV, 12). De esta dice Pablo: La plenitud de la ley es la dilección (Rom. XIII, 10). De esta dice de nuevo: Sobrellevad los unos las cargas de los otros, y así cumpliréis la ley de Cristo (Gálat. VI, 2). Pues qué puede entenderse más congruentemente como ley de Cristo que la caridad, la cual entonces verdaderamente perfeccionamos cuando toleramos las cargas fraternas por amor.

8. La caridad comienza por dos preceptos, y se extiende a innumerables. El amor al prójimo evita dañar, cuida de beneficiar. Estos dos de cuántos modos se prestan.--- Pero esta misma ley se dice múltiple, porque con estudiosa solicitud la caridad se dilata a todos los hechos de las virtudes. La cual comienza por cierto de dos preceptos, pero se extiende a innumerables. Pues el inicio de esta ley es la dilección de Dios y la dilección del prójimo. [Vet. VI.] Pero la dilección de Dios se distingue por tres, porque se manda amar al creador con todo el corazón, y con toda el alma, y con toda la fortaleza. En cuya cosa ha de notarse que el discurso divino cuando manda amar a Dios, no solo narra desde qué, sino que también informa desde cuánto, cuando subraya "con todo", para que a saber quien desea agradar perfectamente a Dios no se deje nada de sí para sí. Pero la dilección del prójimo se deriva a dos preceptos, cuando también por cierto justo se dice: Lo que odias que otro te haga, mira que tú no lo hagas a otro (Tob. IV, 16). Y por sí misma dice la Verdad: Las cosas que queréis que los hombres os hagan, hacedlas vosotros también a ellos (Mat. VII, 12). Con cuyos dos mandatos, a saber de ambos Testamentos, por uno se reprime la malicia, por el otro se prorroga la benignidad, para que no haciendo cada uno el mal que no quiere padecer, cese de la obra de dañar; y de nuevo impendiendo el bien que apetece que se le haga, se ejercite hacia la utilidad del prójimo por benignidad. Pero estos dos a saber, mientras se piensan con solicita intención, el corazón se extiende a innumerables ministerios de las virtudes, para que ni la mente inquieta por los deseos hierva por inferir lo que no debe, ni se entorpezca resuelta en el ocio por exhibir lo que debe. Pues cuando evita hacer a otro lo que de ningún modo quiere tolerar de otro, se circunscribe con solicita intención, para que la soberbia no la eleve, y deponiendo el ánimo hasta el desprecio del prójimo lo exalte; para que la ambición no lacere el pensamiento, y cuando lo dilata hacia lo ajeno apetecible, lo estreche; para que la lujuria no manche el corazón, y corrompa al sujeto a los deseos por lo ilícito; para que la ira no exaspere, e inflame hasta proferir la contumelia; para que la envidia no muerda, y émula de las felicidades ajenas, se consuma con su propia tea; para que la locuacidad no arrastre inmoderadamente la lengua, y la extienda hasta la lascivia de la detracción;

ne odium malitia excitet, et os usque ad jaculum maledictionis irritet. Rursum cum cogitat ut ea alteri faciat quae ipsa sibi fieri ab altero exspectat, pensat nimirum ut malis bona, et bonis meliora respondeat; ut erga procaces mansuetudinem longanimitatis exhibeat; ut malitiae peste languentibus gratiam benignitatis impendat; ut discordes pace uniat, et concordes ad concupiscentiam verae pacis accingat; ut indigentibus necessaria tribuat; ut errantibus viam rectitudinis ostendat; ut afflictos verbo et compassione mulceat; ut accensos in hujus mundi desideriis increpatione restinguat; ut minas potentum ratiocinatione mitiget; ut oppressorum angustias quanta praevalet ope levet; ut foris resistentibus opponat patientiam; ut intus superbientibus exhibeat cum patientia disciplinam; ut erga errata subditorum sic mansuetudo zelum temperet, quatenus a justitiae studio non enervet; sic ad ultionem zelus ferveat, ne tamen pietatis limitem fervendo transcendat; ut ingratos beneficiis ad amorem provocet; ut gratos quosque ministeriis in amore servet; ut proximorum mala cum corrigere non valet, taceat, utque cum corrigi loquendo possunt, silentium consensum esse pertimescat; ut sic ea quae tacet toleret, ne tamen in anima virus doloris occultet; ut sic malevolis munus benignitatis exhibeat, ne tamen per gratiam a jure rectitudinis excedat; ut cuncta proximis quae praevalet impendat, sed haec impendendo non tumeat; ut sic in bonis quae exhibet tumoris praecipitium paveat, ne tamen a boni exercitio torpescat; ut sic quae possidet tribuat, quatenus quanta sit largitas remunerantis attendat; ne cum terrena largitur, suam plus quam necesse est inopiam cogitet, et in oblatione muneris hilaritatis lumen tristitia obscuret.

[Vet. VII.] 9. Charitas multiformis exemplis sanctorum ostenditur. Charitas multiformis exemplis sanctorum ostenditur.---Bene ergo lex Dei multiplex dicitur, quia nimirum cum una eademque sit charitas, si mentem plene coeperit, hanc ad innumera opera multiformiter accendit. Cujus diversitatem breviter exprimimus, si in electis singulis bona illius perstringendo numeremus. Haec namque per Abel et electa Deo munera, obtulit, et fratris gladium non reluctando toleravit (Genes.

para que la malicia no excite el odio, e irrite la boca hasta el dardo de la maldición. De nuevo cuando piensa hacer a otro aquellas cosas que ella misma espera que otro le haga, sopesa a saber que responda a los males con bienes, y a los bienes con cosas mejores; que hacia los procaces exhiba la mansedumbre de la longanimidad; que a los que languidecen por la peste de la malicia les impenda la gracia de la benignidad; que una con la paz a los discordes, y ciña a los concordes a la concupiscencia de la verdadera paz; que a los indigentes les atribuya lo necesario; que a los errantes les muestre el camino de la rectitud; que a los afligidos los acaricie con la palabra y la compasión; que a los encendidos en los deseos de este mundo los restrinja con la increpación; que mitigue las amenazas de los potentes con el razonamiento; que alivie las angustias de los oprimidos con cuanta ayuda prevalezca; que a los que resisten por fuera les oponga la paciencia; que a los que se ensoberbecen por dentro les exhiba con paciencia la disciplina; que hacia los errores de los súbditos la mansedumbre temple de tal modo el celo, que no lo enerve del estudio de la justicia; el celo hierva así para la venganza, que sin embargo no trascienda hirviendo el límite de la piedad; que a los ingratos los provoque al amor con beneficios; que a todos los gratos los mantenga en el amor con ministerios; que cuando no puede corregir los males de los prójimos, calle, y que cuando pueden ser corregidos hablando, tema que el silencio sea consentimiento; que tolere así aquellas cosas que calla, que sin embargo no oculte en el alma el virus del dolor; que exhiba así a los malévolos el don de la benignidad, que sin embargo no exceda por la gracia del derecho de la rectitud; que impenda a los prójimos todo lo que prevalezca, pero que impendiendo esto no se hinche; que tema así el precipicio del tumor en los bienes que exhibe, que sin embargo no se entorpezca por el ejercicio del bien; que así dé lo que posee, en cuanto atiende cuán grande es la largueza del remunerador; para que cuando impende cosas terrenas, no piense su propia penuria más de lo necesario, y en la oblación del don la tristeza no obscurezca la luz de la hilaridad.

9. La caridad (charitas) multiforme se muestra por los ejemplos de los santos. Bien pues se dice múltiple la ley de Dios, porque a saber siendo una y la misma la caridad, si ocupare plenamente la mente, la enciende para innumerables obras multiformemente. Cuya diversidad expresamos brevemente, si en cada uno de los elegidos numeramos sus bienes pasándolos ligeramente. Pues esta por medio de Abel y ofreció a Dios dones selectos, y toleró la espada del hermano sin resistirse (Gén IV, 4, 8).

Haec Enoch et inter homines vivere spiritaliter docuit, et ad sublimem vitam ab hominibus etiam corporaliter abstraxit (Genes. V, 24). 342 Haec Noe, despectis omnibus solum Deo placabilem ostendit, atque in arcae fabricam studio longi laboris exercuit, et mundo superstitem pio opere exercendo servavit (Genes. Haec per Sem et Japhet humiliter verenda patris erubuit, et superjecto dorsis pallio, quae non videbat abscondit (Genes. Haec Abrahae dextram quia ad mortem filii obediendo extulit, hunc prolis innumerae, gentium patrem fecit (Genes. Haec Isaac mentem, quia semper ad munditiam tenuit, caligantibus aetate oculis, ad videnda longe post ventura dilatavit (Genes. Haec Jacob compulit et amissum bonum filium medullitus gemere, et pravorum filiorum praesentiam sub aequanimitate tolerare (Genes. Haec Joseph docuit a fratribus venundatum, et libertate animi infracta servitium perpeti, et eisdem post fratribus mente non elata principari (Genes. Haec Moysen, delinquente populo, et usque ad petitionem mortis in precibus stravit, et usque ad interfectionem populi per zeli studium erexit, ut et pro pereunte plebe sese morti objiceret, et contra peccantem protinus vice Domini irascentis saeviret (Exod. Haec Phinees brachium in ultionem peccantium erexit, ut arrepto gladio, coeuntes transfigeret, et iram Domini iratus placaret (Num. Haec Jesum exploratorem docuit, ut et prius contra falsiloquos cives veritatem verbo defenderet, et hanc postmodum gladio contra hostes allegaret (Josue I, 2, seq.; Num. Haec Samuel et in principatu humilem praebuit, et integrum in dejectione servavit, qui cum persequentem se plebem diligeret, ipse sibi testimonio exstitit, quia culmen ex quo dejectus est non amavit (I Reg. Haec David ante iniquum regem et humilitate commovit ad fugam, et pietate replevit ad veniam; qui persecutorem suum et timendo fugit ut dominum, et tamen cum potestatem feriendi reperit, non agnovit inimicum (I Reg. Haec Nathan et contra peccantem regem in auctoritatem liberae increpationis sustulit, et cum regis culpa deesset, in petitione humiliter stravit (II Reg. Haec per Isaiam nuditatem carnis in praedicatione non erubuit, et subducto carnali velamine, superna mysteria penetravit (Isai. Haec Eliam, quia fervoris zelo vivere spiritaliter docuit, ad vitam quoque et corporaliter abstraxit (IV Reg. Haec Elisaeum, quia magistrum diligere simpliciter instituit, magistri spiritu dupliciter implevit (Ibid., 10). Per hanc Jeremias ne in Aegyptum populus descenderet restitit; sed tamen et inobedientes diligens, quo descendi prohibuit, et ipse descendit (Jerem.

Esta a Enoc enseñó a vivir espiritualmente entre los hombres, y hasta lo abstrajo de los hombres corporalmente a una vida sublime (Gén V, 24). Esta a Noé, despreciados todos, lo mostró aplacable solo a Dios, y lo ejercitó en la fábrica del arca con el estudio de un largo trabajo, y lo conservó superviviente al mundo ejercitándolo en una piadosa obra (Gén VII, 6). Esta por medio de Sem y Jafet se avergonzó humildemente de las vergüenzas del padre, y echado el manto sobre las espaldas, ocultó lo que no veía (Gén IX, 23). Esta porque elevó la diestra de Abraham obedeciendo hasta la muerte del hijo, lo hizo padre de una prole innumerable, de las gentes (Gén XXII, 10). Esta dilató la mente de Isaac, porque siempre la mantuvo en la limpieza, aun con los ojos oscurecidos por la edad, para ver las cosas que habían de venir mucho después (Gén XXVII, 1). Esta compelió a Jacob tanto a gemir desde las entrañas por el buen hijo perdido, como a tolerar con ecuanimidad la presencia de los hijos perversos (Gén XXXVII, 34). Esta enseñó a José, vendido por sus hermanos, tanto a padecer el servicio con la libertad del ánimo no quebrantada, como a mandar después sobre esos mismos hermanos con la mente no elada (Gén XLII, 33). Esta a Moisés, delinquiendo el pueblo, tanto lo postró en ruegos hasta la petición de la muerte, como lo erigió por el estudio del celo hasta la matanza del pueblo, para que tanto se ofreciera él mismo a la muerte por la plebe que perecía, como sañara pronto contra el que pecaba en vez del Señor que se airaba (Éxodo XXXII, 33). Esta erigió el brazo de Finees para la venganza de los que pecaban, para que arrebatada la espada, traspasara a los que se juntaban, y airado aplacara la ira del Señor (Núm XXV, 8, 9). Esta enseñó a Josué (Jesum) el explorador, para que tanto antes defendiera con la palabra la verdad contra los ciudadanos falsilocuos, como después alegara esta con la espada contra los enemigos (Josué I, 2, sig.; Núm XIV, 6, 7, sig.). Esta a Samuel tanto lo mostró humilde en el principado, como lo conservó íntegro en la deyección, el cual como amara a la plebe que lo perseguía, fue él mismo testimonio para sí, porque no amó la cumbre de la cual fue deyectado (I Rey III, 4, sig.). Esta ante un rey inicuo tanto conmovió a David por la humildad a la fuga, como lo llenó por la piedad para el perdón; el cual huyó de su perseguidor temiéndolo como a señor, y sin embargo cuando encontró la potestad de herir, no reconoció al enemigo (I Rey XXIV, 6, 18). Esta a Natán tanto lo levantó contra el rey pecador a la autoridad de una libre increpación, como lo postró humildemente en la petición cuando faltaba la culpa del rey (II Rey XII, 1, sig.). Esta por medio de Isaías no se avergonzó de la desnudez de la carne en la predicación, y retirado el velo carnal, penetró los misterios supremos (Isaías XX, 2). Esta a Elías, porque le enseñó a vivir espiritualmente por el celo del fervor, lo abstrajo también corporalmente a la vida (IV Rey II, 11). Esta a Eliseo, porque lo instituyó para amar sencillamente al maestro, lo llenó doblemente con el espíritu del maestro (Ibíd. 10). Por esta Jeremías resistió para que el pueblo no descendiera a Egipto; pero sin embargo amando también a los inobedientes, adonde prohibió descender, allí descendió él mismo (Jerem XLII, 18).

Haec Ezechielem, quia prius a terrenis desideriis sustulit, post per cincinnum capitis in aere libravit (Ezech. Haec in Daniele, quia a regiis dapibus gulam compescuit, ei et esurientium ora leonum clausit (Dan. XIV, 40), Haec tribus pueris, quia in tranquillitate positis incendia vitiorum subdidit, tribulationis tempore et flammas in fornace temperavit (Dan. Haec in Petro et minis terrentium principum fortiter restitit, et in circumcisione submovenda minorum verba humiliter audivit. Haec in Paulo et manus persequentium humiliter pertulit, et tamen in circumcisionis negotio longe se imparis prioris sensum audenter increpavit (Act. Multiplex ergo ista lex Dei est, quae singulis rerum articulis non permutata congruit, et causis se variantibus non variata conjungit.

[Vet. VIII.] 10. Charitatis officia ex Paulo. Charitatis officia ex Paulo.---Cujus nimirum legis multiplicitatem bene 343 Paulus enumerat, dicens: Charitas patiens est, benigna est; non aemulatur, non inflatur, non agit perperam, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati (I Cor. Patiens quippe est charitas, quia illata mala aequanimiter tolerat. Benigna vero est, quia pro malis bona largiter ministrat. Non aemulatur, quia per hoc quod in praesenti mundo nil appetit, invidere terrenis successibus nescit. Non inflatur, quia cum praemium internae retributionis anxia desiderat, de bonis se exterioribus non exaltat. Non agit perperam, quia quo se in solum Dei ac proximi amorem dilatat, quidquid a rectitudine discrepat ignorat. Non est ambitiosa, quia quo ardenter intus ad sua satagit, foras nullatenus aliena concupiscit. Non quaerit quae sua sunt, quia cuncta quae hic transitorie possidet velut aliena negligit, cum nihil sibi esse proprium nisi quod secum permaneat agnoscit. Non irritatur, quia et injuriis lacessita ad nullos se ultionis suae motus excitat, dum pro magnis laboribus majora post praemia exspectat. Non cogitat malum, quia in amore munditiae mentem solidans, dum omne odium radicitus eruit, versare in animo quod inquinat nescit. Non gaudet super iniquitate, quia quo sola dilectione erga omnes inhiat, nec de perditione adversantium exsultat. Congaudet autem veritati, quia ut se caeteros diligens, per hoc quod rectum in aliis conspicit, quasi de augmento proprii provectus hilarescit.

Esta a Ezequiel, porque primero lo levantó de los deseos terrenos, después lo equilibró en el aire por un guedeja de su cabeza (Ezeq VIII, 3). Esta en Daniel, porque cohibió la gula de los manjares regios, también le cerró las bocas de los leones hambrientos (Dan XIV, 40). Esta a los tres jóvenes, porque les sometió los incendios de los vicios estando en tranquilidad, en el tiempo de la tribulación también templó las llamas en el horno (Dan III, 50). Esta en Pedro tanto resistió fuertemente a las amenazas de los príncipes que aterrorizaban, como escuchó humildemente las palabras de los menores sobre la circuncisión que debía removerse. Esta en Pablo tanto sobrellevó humildemente las manos de los perseguidores, como sin embargo en el negocio de la circuncisión increpó audazmente el sentido del anterior muy desigual a sí (Hechos XV). Múltiple (multiplex) es pues esa ley de Dios, que a cada uno de los artículos de las cosas se adapta sin ser permutada, y a las causas que se varían se conjunta sin ser variada.

10. Los oficios de la caridad (charitas) según Pablo. Cuya multiplicidad de la ley por cierto bien enumera Pablo, diciendo: La caridad es paciente, es benigna; no es envidiosa, no se hincha, no obra perversamente, no es ambiciosa, no busca lo suyo, no se irrita, no piensa mal, no se goza sobre la iniquidad (iniquitate), mas se congoza con la verdad (I Cor XIII, 4). Pues la caridad es paciente (patiens), porque tolera con ecuanimidad los males inferidos. Mas es benigna (benigna), porque por los males ministra largamente bienes. No es envidiosa (non aemulatur), porque por esto que nada apetece en el presente mundo, no sabe envidiar los sucesos terrenos. No se hincha (non inflatur), porque cuando desea ansiosa el premio de la retribución interna, no se exalta por los bienes exteriores. No obra perversamente, porque en lo que se dilata en el solo amor de Dios y del prójimo, ignora todo lo que discrepa de la rectitud. No es ambiciosa, porque en lo que ardientemente se afana dentro por lo suyo, de ninguna manera codicia fuera lo ajeno. No busca lo suyo, porque todas las cosas que posee aquí transitoriamente las descuida como ajenas, ya que reconoce que nada es su propiedad sino lo que permanece consigo. No se irrita, porque aun provocada por injurias no se excita a ningún movimiento de su venganza, mientras espera por grandes trabajos mayores premios después. No piensa mal, porque consolidando la mente en el amor de la limpieza, mientras arranca de raíz todo odio, no sabe revolver en el ánimo lo que mancha. No se goza sobre la iniquidad, porque en lo que anhela hacia todos con sola la dilección, tampoco se exulta por la perdición de los adversarios. Mas se congoza con la verdad, porque amando a los demás como a sí misma, por aquello que ve recto en los otros, se alegra como por el aumento del propio provecho.

Multiplex ergo ista lex Dei est, quae contra uniuscujusque culpae jaculum, quod perimendam mentem impetit, instructionis suae munimine occurrit, ut quia antiquus hostis varia circumfusione nos obsidet, ipsa hunc de nobis multipliciter expugnet. Quam nimirum legem si sollicita consideratione pensamus, auctori nostro quantum quotidie delinquamus agnoscimus. Si autem culpas perpendimus, profecto aequanimiter flagella toleramus; nec ex dolore ad impatientiam proruit, cum suo se judicio conscientia addicit. Unde Sophar, quid diceret sciens, sed cui diceret nesciens, postquam praemisit dicens, Ut ostenderet tibi secreta sapientiae, et quod multiplex sit lex ejus, protinus adjungit:

Caput VII

[Rec.

V.] IBID.---Et intelligeres quod multo minora exigaris a Deo quam meretur iniquitas tua. 11.

11. Culparum nostrarum cognitio temperat dolorem flagellorum. Culparum nostrarum cognitio temperat dolorem flagellorum.---Dolor quippe, ut diximus, flagelli temperatur cum culpa cognoscitur, quia et tanto quisque patientius ferramentum medici tolerat, quanto putridum conspicit esse quod secat. Qui igitur multiplicitatem legis intelligit, cuncta quae patitur quam sint minora perpendit, quia per hoc quod culpae pondus agnoscitur, afflictionis poena levigatur. [Vet.

[Vet. IX.] 12. Venialiter peccant, qui zeli fervore modum correptionis excedunt. Venialiter peccant, qui zeli fervore modum correptionis excedunt.---Sed inter haec sciendum est quia sine magna iniquitate non fuerit quod Sophar virum justum usque ad objectionem iniquitatis increpavit. Unde et eorum audaciam Veritas juste redarguit, sed benigne ad gratiam reducit; quia apud misericordem judicem nequaquam sine venia culpa relinquitur, cum per fervorem zeli ex ejus amore peccatur. Saepe namque magnis hoc doctoribus mirandisque contingit, ut quo alta charitate fervent, 344 modum correptionis exaggerent, et lingua aliquid quod non debet dicat, quia mentem dilectio quantum debet inflammat. Sed verbum prolatae contumeliae tanto citius parcitur, quanto et ex qua radice prodeat pensatur. Unde bene per Moysen Dominus praecepit dicens: Si quis abierit cum amico suo simpliciter in silvam ad ligna caedenda, et lignum securis fugerit manu, ferrumque lapsum de manubrio amicum ejus percusserit, et occiderit, hic ad unam supradictarum urbium fugiet, et vivet, ne forte proximus ejus, cujus effusus est sanguis, doloris stimulo persequatur, et apprehendat eum, et percutiat animam ejus (Deut. Ad silvam quippe cum amico imus quoties cum quolibet proximo ad intuenda delicta nostra convertimur, et simpliciter ligna succidimus cum delinquentium vitia pia intentione resecamus.

Múltiple (multiplex) es pues esta ley de Dios, que contra el dardo de la culpa de cada uno, que ataca la mente para destruirla, sale al paso con el baluarte de su instrucción, para que porque el antiguo enemigo nos obsesiona con variada circunsfusión, ella misma lo expugne de nosotros múltiplemente. Cuya ley por cierto si pensamos con solícita consideración, reconocemos cuánto delinquimos diariamente ante nuestro autor. Mas si pesamos las culpas, por cierto toleramos con ecuanimidad los azotes; ni prorrumpe a la impaciencia por el dolor, cuando la conciencia se adjudica por su propio juicio. De donde Sofar, sabiendo qué decía, pero no sabiendo a quién lo decía, después de que premisó diciendo: Para que te mostrara los secretos de la sabiduría, y que su ley es múltiple, pronto añade:

CAPÍTULO VII.

IBID.---Y para que entendieras que eres exigido por Dios mucho menos de lo que merece tu iniquidad (iniquitas).

11. El conocimiento de nuestras culpas templa el dolor de los azotes (flagellorum). El dolor del azote por cierto se templa, como hemos dicho, cuando se reconoce la culpa, porque tanto más pacientemente cada uno tolera el instrumento de hierro del médico, cuanto más ve que está podrido lo que corta. El que por tanto entiende la multiplicidad de la ley, pondera cuán menores son todas las cosas que padece, porque por esto que se reconoce el peso de la culpa, se alivia la pena de la aflicción.

12. Pecan venialmente los que por el fervor del celo exceden el modo de la corrección (correptionis). Pero entre estas cosas debe saberse que no habrá sido sin gran iniquidad el que Sofar increpara al varón justo hasta la objeción de la iniquidad. De donde también la Verdad justamente redarguye su audacia, pero benignamente los reduce a la gracia; porque ante el Juez misericordioso de ninguna manera se deja sin perdón la culpa, cuando por fervor del celo (zeli) se peca por amor de Él. Pues frecuentemente acontece esto a grandes y admirables doctores, que por lo que hierven con alta caridad, exageran el modo de la corrección, y la lengua dice algo que no debe, porque la dilección inflama la mente cuanto debe. Pero la palabra de la contumelia proferida tanto más pronto se perdona, cuanto más se piensa también de qué raíz sale. De donde bien por Moisés mandó el Señor diciendo: Si alguno fuere con su amigo simplemente a la selva (silvam) a cortar leña, y el palo de la hacha (securis) se le escapare de la mano, y el hierro caído del mango hiriere a su amigo y lo matare, éste huirá a una de las ciudades sobredichas y vivirá, no sea que el pariente de aquel cuya sangre fue derramada, perseguido por el estímulo del dolor, lo alcance y hiera su alma (Deut XIX, 5). Pues a la selva vamos con el amigo cuantas veces nos convertimos con cualquier prójimo a contemplar nuestros delitos, y simplemente cortamos leña cuando reseca los vicios de los delincuentes con piadosa intención.

Sed securis manu fugit cum sese increpatio plus quam necesse est in asperitatem pertrahit. Ferrumque de manubrio prosilit cum de correptione sermo durior excedit; et amicum percutiens occidit, quia auditorem suum prolata contumelia ab spiritu dilectionis interficit. Correpti namque mens repente ad odium proruit, si hanc immoderata increpatio plus quam debuit addicit. Sed is qui incaute ligna percutit, et proximum exstinguit, ad tres necesse est urbes fugiat, ut in una earum defensus vivat, quia si, ad poenitentiae lamenta conversus, in unitate sacramenti sub spe, fide et charitate absconditur, reus perpetrati homicidii non tenetur; eumque exstincti proximus et cum invenerit non occidit, quia cum districtus judex venerit, qui sese nobis per naturae nostrae consortium junxit, ab eo procul dubio vindictam de culpae reatu non expetit quem sub ejus venia spes, fides et charitas abscondit. Citius ergo culpa dimittitur quae nequaquam malitiae studio perpetratur. Unde et Sophar iniquum vocat quem superna sententia laudaverat; nec tamen a venia reprobatus excluditur, quia ad verba contumeliae divini amoris zelo promovetur. Qui pro eo quod beati Job merita non agnoscit, ex imperita adhuc irrisione subjungit, dicens:

Caput VIII

[Rec.

VERS. 7.---Forsitan vestigia Dei comprehendes, et usque ad perfectum, Omnipotentem reperies. 13.

Dei vestigia sunt ejus dona quibus ad superna provocamur. Deus hic non videtur manifeste. Contemplationis vis. Quid Dei vestigia nisi benignitatem illius visitationis vocat? Quibus nimirum progredi ad superna provocamur cum ejus Spiritus afflatu tangimur, et, extra carnis angustias sublevati, per amorem agnoscimus auctoris nostri contemplandam speciem, quam sequamur. Nam cum mentem nostram spiritalis patriae amor inflammat, quasi sequentibus iter insinuat, et substrato cordi velut quoddam vestigium Dei gradientis imprimitur, ut ab eo rectis cogitationum gressibus via vitae teneatur. Quem enim necdum cernimus, restat necesse est ut per vestigia sui amoris indagemus, quatenus usque ad contemplationis speciem quandoque mens inveniat quem nunc, quasi a tergo subsequens, per sancta desideria explorat. Haec Psalmista auctoris nostri vestigia bene sequi noverat cum dicebat: Adhaesit anima mea post te (Psal. Quem reperire quoque usque ad visionem suae celsitudinis satagebat, dicens: Sitivit anima mea 345 ad Deum vivum; quando veniam, et parebo ante faciem Dei (Psal.

Pero el hacha se escapa de la mano cuando la increpación se prolonga más de lo necesario en la aspereza. Y el hierro salta del mango cuando de la corrección excede un discurso más duro; e hiriendo al amigo lo mata, porque la contumelia proferida mata a su oyente desde el espíritu de la dilección. Pues la mente del corregido de repente prorrumpe al odio, si la increpación inmoderada la condena más de lo que debió. Pero el que incautamente hiere la leña y extingue al prójimo, es necesario que huya a tres ciudades para que viva defendido en una de ellas, porque si, convertido a los lamentos de la penitencia, se esconde en la unidad del sacramento bajo la esperanza, la fe y la caridad, no es tenido por reo del homicidio perpetrado; y el prójimo del extinguido no lo mata ni aun cuando lo hubiere encontrado, porque cuando viniere el Juez severo, el cual se unió a nosotros por el consorcio de nuestra naturaleza, sin duda no exigirá de él la venganza por el reato de la culpa a quien la esperanza, la fe y la caridad esconden bajo su perdón. Más pronto pues se perdona la culpa que de ninguna manera se perpetra por estudio de malicia. De donde también Sofar llama inicuo a quien la sentencia suprema había alabado; ni sin embargo siendo reprobado es excluido del perdón, porque es movido a las palabras de la contumelia por el celo del amor divino. El cual, por esto que no reconoce los méritos del bienaventurado Job, por una irrisión todavía imperita subyunge, diciendo:

CAPÍTULO VIII.

VERS. 7.---¿Por ventura comprenderás los vestigios de Dios, y al Omnipotente encontrarás hasta la perfección?

13. Los vestigios de Dios son sus dones por los cuales somos provocados a las cosas supremas. Dios no se ve manifiestamente aquí. La fuerza de la contemplación. La mente angélica o humana no contempla plenamente la esencia de Dios. ¿A qué llama vestigios de Dios (vestigia Dei) sino a la benignidad de su visitación? Por los cuales por cierto somos provocados a progresar hacia las cosas supremas cuando somos tocados por el soplo de su Espíritu y, levantados fuera de las angustias de la carne, reconocemos por el amor la especie contemplable de nuestro autor, la cual sigamos. Pues cuando el amor de la patria espiritual inflama nuestra mente, como que insinúa el camino a los que le siguen, y en el corazón substrato se imprime como un cierto vestigio de Dios que camina, para que por él se mantenga el camino de la vida con rectos pasos de pensamientos. Pues a aquel a quien todavía no divisamos, resta que es necesario que lo rastreemos por los vestigios de su amor, a fin de que hasta la especie de la contemplación (contemplationis) la mente encuentre alguna vez a aquel a quien ahora, como siguiendo por detrás, explora por medio de santos deseos. Estos vestigios de nuestro autor bien sabía seguir el Salmista cuando decía: Mi alma se pegó tras de ti (Sal LXII, 9). Al cual también se afanaba por encontrar hasta la visión de su alteza, diciendo: Mi alma tuvo sed del Dios vivo; ¿cuándo vendré y apareceré ante la faz de Dios? (Sal XLI, 3).

XLI, 3) Tunc quippe cogitatione manifesta omnipotens Deus reperitur, cum, mortalitatis nostrae funditus corruptione calcata, ab assumptis nobis in divinitatis suae claritate conspicitur. Nunc autem a carnali cogitatione animum infusi Spiritus gratia sublevat, et in contemptum rerum transeuntium exaltat; totumque mens quod appetebat in infimis despicit, atque ad superna desideria ignescit, et contemplationis suae vi extra carnem tollitur, quae corruptionis suae pondere adhuc in carne retinetur. Incircumscripti luminis jubar intueri conatur, et non valet; quod infirmitate pressus animus et nequaquam penetrat, et tamen repulsus amat. Jam namque de se conditor per quod ametur ostendit, sed visionis suae speciem amantibus subtrahit. Sola ergo ejus vestigia conspicientes gradimur, qui hunc per donorum suorum signa sequimur, quem necdum videmus. [Vet.

VII.] Quae nimirum vestigia comprehendi nequeunt, quia unde, ubi, quibusve modis veniant ejus Spiritus dona, nesciuntur, Veritate attestante, quae ait: Spiritus ubi vult spirat, et vocem ejus audis, et nescis unde veniat, et quo vadat (Joann. In retributionis autem culmine reperiri Omnipotens per contemplationis speciem potest, sed tamen ad perfectum non potest, quia etsi hunc in claritate sua quandoque conspicimus, non tamen ejus essentiam plene contuemur. Angelica etenim, vel humana mens cum ad incircumscriptum lumen inhiat, eo ipso se, quo est creatura, coangustat; et super se quidem per provectum tenditur, sed tamen ejus fulgorem comprehendere nec dilatata sufficit, qui et transcendendo et portando omnia et implendo concludit. Unde et adhuc subditur:

CAPUT IX.

VERS. 8, 9.---Excelsior coelo est, et quid facies? profundior inferno, et unde cognosces? Longior terra mensura ejus, et latior mari.

14. Qui Deus omnia transcendat.---Quod Deus coelo excelsior, inferno profundior, terra longior, marique latior esse describitur, tanto spiritaliter debet intelligi, quanto de eo quidquam nefas est juxta corporea lineamenta sentire. Sed coelo est excelsior, quia incircumscriptione sui spiritus cuncta transcendit; inferno profundior, quia transcendendo subvehit; terra longior, quia creaturae modum perennitate suae aeternitatis excedit; mari latior, quia rerum temporalium fluctus sic regens possidet, ut hos sub omnimoda potentiae suae praesentia coangustando circumdet.

Pues entonces por cierto el Dios omnipotente (Omnipotens) es encontrado por el pensamiento manifiesto, cuando, pisoteada a fondo la corrupción de nuestra mortalidad, es visto por nosotros asumidos en la claridad de su divinidad. Pero ahora la gracia del Espíritu infundido levanta el ánimo del pensamiento carnal, y lo exalta al desprecio de las cosas transitorias; y la mente desprecia todo lo que apetecía en lo ínfimo, y se enciende hacia los deseos supremos, y por la fuerza de su contemplación es arrebatada fuera de la carne, ella que por el peso de su corrupción todavía es retenida en la carne. Intenta contemplar el rayo de la luz incircunscrita, y no puede; lo cual el ánimo oprimido por la enfermedad de ninguna manera penetra, y sin embargo rechazado ama. Pues ya el Creador muestra de sí aquello por lo cual sea amado, pero sustrae la especie de su visión a los que le aman. Por tanto caminamos contemplando solo sus vestigios, los que seguimos a este por las señales de sus dones, al cual todavía no vemos.

Cuyos vestigios por cierto no pueden ser comprendidos, porque de dónde, adónde, o por qué modos vengan los dones de su Espíritu, no se sabe, atestiguándolo la Verdad, que dice: El Espíritu sopla donde quiere, y oyes su voz, y no sabes de dónde viene ni a dónde va (Jn III, 8). Mas en la cumbre de la retribución puede ser encontrado el Omnipotente (Omnipotens) por la especie de la contemplación, pero sin embargo no hasta la perfección, porque aunque a este alguna vez lo contemplemos en su claridad, sin embargo no contemplamos plenamente su esencia (essentiam). Pues la mente angélica o humana, cuando anhela hacia la luz incircunscrita, por eso mismo que es criatura, se coarta; y por cierto se tiende sobre sí por el provecho, pero sin embargo ni dilatada basta para comprender su fulgor, el cual tanto trascendiendo como portando todas las cosas y llenándolas las concluye. De donde también todavía se añade:

CAPÍTULO IX.

VERS. 8, 9.---Es más excelso que el cielo, ¿y qué harás? más profundo que el infierno, ¿y de dónde lo conocerás? Más larga que la tierra es su medida, y más lata que el mar.

14. Cómo Dios trasciende todas las cosas.---El que Dios sea descrito como más excelso que el cielo, más profundo que el infierno, más largo que la tierra y más lato que el mar, debe entenderse tanto más espiritualmente cuanto que es ilícito sentir algo de Él según lineamientos corpóreos. Pero es más excelso que el cielo, porque por la incircunscripción de su espíritu trasciende todas las cosas; más profundo que el infierno, porque trascendiendo las sostiene; más largo que la tierra, porque excede el modo de la criatura por la perennidad de su eternidad; más lato que el mar, porque de tal modo posee las olas de las cosas temporales rigiéndolas, que las rodea coartándolas bajo la presencia omnímoda de su potencia.

Quamvis possunt et coeli appellatione angeli, et inferni vocabulo daemonia designari; per terram vero justi homines, per mare autem peccatores intelligi. Excelsior itaque coelo est, quia ipsi quoque electi spiritus visionem tantae celsitudinis perfecte non penetrant. Profundior inferno est, quia malignorum spirituum astutias longe subtilius quam ipsi putaverant judicans damnat. Terra longior, quia longanimitatem nostram patientia divinae longanimitatis exsuperat, quae nos et peccantes tolerat, et conversos ad praemia remunerationis exspectat. Mari latior, quia ubique facta peccantium retributionis suae praesentia occupat, ut et cum non praesens per speciem cernitur, praesens per judicium sentiatur.

15. Cuncta tamen ad solum referri hominem possunt, ut ipse sit coelum cum jam per desiderium summis inhaereat; ipse infernus, cum, tentationum suarum caligine perturbatus, in infimis jacet; ipse terra, quia in bono opere fixae spei ubertate fructificat; ipse mare, quia in quibusdam trepidus quatitur, et aura suae mutabilitatis agitatur. Sed coelo est excelsior Deus, quia potentiae ejus magnitudine vincimur, etiam cum super nosmetipsos elevamur; inferno profundior, quia nimirum plus judicat quam ipse se humanus animus in tentationibus investigat; terra longior, quia fructus vitae, quos in fine retribuit, nequaquam nunc vel spes nostra comprehendit; mari latior, quia humana mens fluctuans multa de his quae ventura sunt conjicit, sed cum jam cernere quae aestimaverat coeperit, angustam se fuisse in sua aestimatione cognoscit.

[Vet. XI.] Excelsior igitur coelo fit cum ipsa in eum nostra contemplatio deficit. Unde et cor Psalmista in altum posuerat, sed necdum se eum contigisse sentiebat, dicens: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, nec potero ad eam (Psal. CXXXVIII, 6). Inferno profundiorem noverat, qui semetipsum discutiens, sed ejus subtiliora judicia pertimescens, dicebat: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum; qui autem judicat me, Dominus est (I Cor. IV, 4). Longiorem terra viderat, cum minora ei esse humanae mentis vota pensabat, dicens: Qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus (Ephes. III, 20). Latiorem mari conspexerat, qui timendo pensabat quia nequaquam mens humana immensitatem districtionis ejus agnosceret, quantumlibet inquirendo fluctuaret, dicens: Quis novit potestatem irae tuae, aut prae timore iram tuam dinumerare (Psal. LXXXIX, 11)?

Aunque también pueden designarse por la apelación del cielo los ángeles, y por el vocablo del infierno los demonios; pero por la tierra entenderse los hombres justos, y por el mar los pecadores. Es, pues, más excelso que el cielo, porque los mismos espíritus electos no penetran perfectamente la visión de tan gran altura. Es más profundo que el infierno, porque juzgando condena las astucias de los espíritus malignos mucho más sutilmente de lo que ellos mismos habían pensado. Más largo que la tierra, porque la paciencia de la divina longanimidad (longanimitatis) supera nuestra longanimidad, la cual tanto nos tolera cuando pecamos, como nos aguarda convertidos para los premios de la remuneración. Más lato que el mar, porque por doquier la presencia de su retribución ocupa los hechos de los pecadores, para que aun cuando no sea discernido presente por la especie, sea sentido presente por el juicio.

15. Sin embargo, todas las cosas pueden referirse al solo hombre, de modo que él mismo sea el cielo cuando ya por el deseo se adhiere a lo sumo; él mismo el infierno, cuando, perturbado por la calígine de sus tentaciones, yace en lo ínfimo; él mismo la tierra, porque fructifica en la ubertad de la esperanza fija en la buena obra; él mismo el mar, porque en ciertas cosas es sacudido trépido, y es agitado por el aura de su mutabilidad. Pero Dios es más excelso que el cielo, porque somos vencidos por la magnitud de su potencia, aun cuando somos elevados sobre nosotros mismos; más profundo que el infierno, porque por cierto juzga más de lo que el mismo ánimo humano se investiga a sí mismo en las tentaciones; más largo que la tierra, porque de ningún modo comprende ahora nuestra esperanza los frutos de la vida que Él retribuye al final; más lato que el mar, porque la mente humana fluctuante conjetura muchas cosas de aquellas que han de venir, pero cuando ya ha comenzado a discernir lo que había estimado, reconoce que ella fue estrecha en su propia estimación.

[Vet. XI.] Por tanto, se hace más excelso que el cielo cuando nuestra misma contemplación en Él desfallece. De donde también el Salmista había puesto su corazón en lo alto, pero aún no sentía haberlo tocado, diciendo: Maravillosa se ha hecho tu ciencia sobre mí, se ha fortalecido, y no podré llegar a ella (Sal. CXXXVIII, 6). Lo conocía como más profundo que el infierno quien, discutiéndose a sí mismo, pero temiendo mucho sus juicios más sutiles, decía: De nada soy consciente a mí mismo, pero no por esto soy justificado; pues quien me juzga es el Señor (I Cor. IV, 4). Lo había visto más largo que la tierra cuando pensaba que los votos de la mente humana eran menores que Él, diciendo: Que es potente para hacer todas las cosas superabundantemente más de lo que pedimos o entendemos (Ef. III, 20). Lo había contemplado más lato que el mar quien, temiendo, pensaba que de ningún modo la mente humana reconocería la inmensidad de su estrechez (districtionis), por más que fluctuara inquiriendo, diciendo: ¿Quién conoce la potestad de tu ira, o por temor dinumerar tu ira? (Sal. LXXXIX, 11).

Cujus bene potentiam egregius nobis doctor insinuat, cum breviter narrat: Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, longitudo, sublimitas et profundum (Ephes. III, 18). Habet quippe Deus latitudinem, quia dilectionem suam usque ad collectionem persequentium tendit. Habet longitudinem, quia ad vitae patriam nos longanimiter tolerando perducit. Habet sublimitatem, quia ipsorum quoque intelligentiam qui recepti in supernam fuerint congregationem transcendit. Habet profundum, quia damnatis inferius districtionis suae judicium incomprehensibiliter exerit. Quae scilicet quatuor nobis in hac vita positis singulis exercet, quia et latitudinem amando, et longitudinem tolerando, et celsitudinem, non solum nostram intelligentiam, sed etiam vota superando, et profunditatem suam exhibet, occultos et illicitos cogitationum motus districte judicando. But how uninvestigable His loftiness and depth may be, no one acknowledges, unless he who has begun either to be carried by contemplation to the highest things, or, resisting hidden movements, to be disturbed by the importunity of temptations. Unde et beato Job dicitur: Excelsior coelo est, et quid facies? profundior inferno, et unde cognosces? Ac si ei aperto despectu diceretur: Profunditatem ejus atque excellentiam quando tu cognoscere sufficis, qui vel virtute ad summa evehi, vel temetipsum reprehendere in tentationibus nescis. Sequitur:

Caput X.

[Rec. VIII].

VERS. 10.---Si subverterit omnia, vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei? vel quis dicere ei potest, Cur ita facis?

16. Quomodo Deus in nobis coelum, infernum, terram, mare subvertat.---Subvertit Dominus coelum cum terribili et occulta dispensatione humanae contemplationis celsitudinem destruit. Subvertit infernum cum cujuslibet mentem in suis tentationibus pavidam cadere etiam ad deteriora permittit. Subvertit terram cum fructificationem boni operis adversis irruentibus intercidit. Subvertit mare cum fluctuationem nostrae titubationis emergente subito pavore confundit. Dubietate quippe sua cor anxium hoc ipsum quia titubat valde formidat, et quasi mare subvertitur cum ipsa in Deum nostra trepidatio, considerato ejus judicii terrore, turbatur. [Vet. XII.] Quia igitur quomodo coelum vel infernus, terra vel mare, subvertitur breviter diximus, nunc aliquantulum laboriosius restat ut haec qualiter in unum coarctari valeant, demonstremus.

Cuya potencia bien nos insinúa el egregio doctor, cuando brevemente narra: Para que podáis comprender con todos los santos cuál sea la latitud, la longitud, la sublimidad y la profundidad (Ef. III, 18). Pues Dios tiene latitud, porque tiende su dilección hasta la congregación de los que lo persiguen. Tiene longitud, porque nos conduce a la patria de la vida tolerándonos longánimamente. Tiene sublimidad, porque trasciende también la inteligencia de aquellos que hayan sido recibidos en la congregación suprema. Tiene profundidad, porque ejerce incomprensiblemente el juicio de su estrechez sobre los condenados abajo. Las cuales cuatro cosas por cierto ejerce para cada uno de nosotros puestos en esta vida, porque exhibe tanto la latitud amando, como la longitud tolerando, y la celsitud, superando no sólo nuestra inteligencia, sino también nuestros votos, y su profundidad, juzgando estrechamente los movimientos ocultos e ilícitos de los pensamientos. Pero cuán investigable sea su celsitud y profundidad nadie lo reconoce, sino quien haya comenzado o a ser llevado por la contemplación a lo sumo, o, resistiendo a los movimientos ocultos, a ser perturbado por la importunidad de las tentaciones. De donde también se dice al bienaventurado Job: Es más excelso que el cielo, ¿y qué harás? más profundo que el infierno, ¿y de dónde lo conocerás? Como si se le dijera en abierto desprecio: Cuándo bastas tú para conocer su profundidad y excelencia, tú que no sabes ni ser elevado por la virtud a lo sumo, ni reprenderte a ti mismo en las tentaciones. Sigue:

Capítulo X.

[Rec. VIII].

VERS. 10.---Si subvirtiera todas las cosas, o las coartara en una sola, ¿quién le contradirá? ¿o quién puede decirle: ¿Por qué haces así?

16. Cómo Dios subvierte en nosotros el cielo, el infierno, la tierra, el mar.--- Subvierte el Señor el cielo cuando por una terrible y oculta dispensación destruye la celsitud de la contemplación humana. Subvierte el infierno cuando permite que la mente de cualquiera, pávida en sus propias tentaciones, caiga aun hacia cosas peores. Subvierte la tierra cuando interrumpe la fructificación de la buena obra por adversidades que irrumpen. Subvierte el mar cuando confunde la fluctuación de nuestra titubeación por un pavor que emerge súbitamente. Pues por su propia duda el corazón ansioso teme grandemente esto mismo que titubea, y como el mar es subvertido cuando nuestra misma trepidación hacia Dios, considerado el terror de su juicio, se turba. [Vet. XII.] Porque, por tanto, hemos dicho brevemente cómo se subvierte el cielo o el infierno, la tierra o el mar, ahora resta que demostremos algo más laboriosamente cómo estas cosas puedan coartarse en una sola.

17. Coelum et infernus simul, in una mente contemplatio et carnis tentatio.---Saepe namque contingit ut ad summa jam mentem spiritus elevet, sed tamen hanc importunis caro tentationibus impugnet. Cumque ad contemplanda coelestia animus ducitur, objectis actionis illicitae imaginibus reverberatur. Nam carnis repente hunc stimulus sauciat quem extra carnem contemplatio sancta rapiebat. Coelum ergo simul infernusque coarctatur cum unam eamdemque mentem et sublevatio contemplationis illuminat, et importunitas tentationis obscurat; ut et videat intendendo quod appetat, et succumbendo in cogitatione toleret quod erubescat. De coelo quippe lux oritur, infernus autem tenebris possidetur. In unum ergo coelum infernusque redigitur cum mens, quae jam lucem patriae supernae considerat, etiam de carnis bello tenebras occultae tentationis portat. Certe jam Paulus tertii coeli culmen ascenderat, jam paradisi secreta cognoverat, et tamen adhuc carnis bella tolerans gemebat, dicens: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis (Rom. VII, 23). Quid ergo in hujus tanti praedicatoris pectore nisi coelum Deus infernumque coarctaverat, qui et visionis intimae jam lumen acceperat, et tamen adhuc tenebras de carne tolerabat? Super se viderat quod laetus appeteret, in se cernebat quod metuens doleret. Jam coelestis patriae lux irradiaverat, sed adhuc tentationis obscuritas animum confundebat. Cum coelo ergo infernum pertulit, quia et illuminatum securitas erexit, et tentatum gemitus stravit.

18. Terra et mare simul, fidei certitudo cum aliquantula dubietate.---Et saepe contingit ut fides in mente jam vigeat, sed tamen ex parte aliquantula in dubietate contabescat; quatenus et certa se a visibilibus elevet, et ex quibusdam sese incerta perturbet. Nam plerumque ad aeterna appetenda se erigit, et subortis cogitationum stimulis agitata, sibimet ipsa contradicit. [Vet. XIII.] In unum ergo terra mareque coarctatur cum unam eamdemque mentem, et certitudo solidae fidei roborat, et tamen ex aliquantula mutabilitate perfidiae aura dubietatis versat. An non in suo pectore coarctari terram mareque cognoverat, qui et per fidem sperans, et per infidelitatem fluctuans, dicebat: Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam (Marc. IX, 23)? Quid itaque est, quod et se credere asserit, et adjuvari in se incredulitatem quaerit, nisi quod coarctari in suis cogitationibus terram cum mari deprehenderat, qui et exorare certus jam per fidem coeperat, et adhuc incertus undas perfidiae ex incredulitate tolerabat?

17. El cielo y el infierno juntos, en una sola mente la contemplación y la tentación de la carne.---Pues a menudo acontece que el espíritu ya eleva la mente a lo sumo, pero sin embargo la carne impugna a esta con importunas tentaciones. Y cuando el ánimo es llevado a contemplar las cosas celestiales, es reverberado por las imágenes de la acción ilícita objetadas. Pues de repente el estímulo de la carne hiere a aquel a quien la santa contemplación arrebataba fuera de la carne. El cielo, pues, y el infierno se coartan juntos cuando tanto la elevación de la contemplación ilumina una sola y misma mente, como la importunidad de la tentación la oscurece; de modo que tanto vea pretendiendo lo que desee, como sucumbiendo en el pensamiento tolere lo que se avergüence. Pues del cielo nace la luz, mas el infierno es poseído por las tinieblas. En uno solo, pues, se reducen el cielo y el infierno cuando la mente, que ya considera la luz de la patria suprema, también porta desde la guerra de la carne las tinieblas de la oculta tentación. Ciertamente ya Pablo había ascendido a la cumbre del tercer cielo, ya había conocido los secretos del paraíso, y sin embargo todavía gemía tolerando las guerras de la carne, diciendo: Veo otra ley en mis miembros que pugna contra la ley de mi mente, y que me lleva cautivo en la ley del pecado, la cual está en mis miembros (Rom. VII, 23). ¿Qué, pues, en el pecho de este tan gran predicador sino el cielo y el infierno había coartado Dios, quien tanto ya había recibido la luz de la visión íntima, como sin embargo todavía toleraba las tinieblas desde la carne? Sobre sí había visto lo que alegre desearía, en sí veía por lo que temiendo se dolería. Ya la luz de la patria celestial había irradiado, pero todavía la oscuridad de la tentación confundía el ánimo. Con el cielo, pues, sufrió el infierno, porque tanto la seguridad lo erigió iluminado, como el gemido lo postró tentado.

18. Tierra y mar juntos, la certidumbre de la fe con alguna pequeña duda.---Y a menudo acontece que la fe ya vigora en la mente, pero sin embargo en alguna pequeña parte desfallece en la duda; para que tanto cierta se eleve de las cosas visibles, como por ciertas cosas incierta se perturbe. Pues muchísimas veces se erige para desear las cosas eternas, y agitada por los estímulos de los pensamientos que surgen, se contradice a sí misma. [Vet. XIII.] En uno solo, pues, se coartan la tierra y el mar cuando tanto la certidumbre de la fe sólida robustece una sola y misma mente, como sin embargo por alguna pequeña mutabilidad de la perfidia el aura de la duda la versa. ¿O acaso no había reconocido que se coartaban en su pecho la tierra y el mar quien, tanto esperando por la fe como fluctuando por la infidelidad, decía: Creo, Señor, ayuda mi incredulidad (Mc. IX, 23)? ¿Qué es, pues, lo que tanto asevera que cree, como busca ser ayudado en la incredulidad en sí, sino que había aprehendido que se coartaba en sus pensamientos la tierra con el mar, quien tanto ya había comenzado a orar cierto por la fe, como todavía incierto toleraba las ondas de la perfidia desde la incredulidad?

19. Qui mentem ad recta surgentem Deus impugnari sinat.---Quod tamen occulta fieri dispensatione permittitur, ut cum mens jam surgere ad rectitudinem coeperit, pravitatis suae reliquiis impugnetur; quatenus haec ipsa impugnatio, aut resistentem exerceat, aut delectationibus seductam frangat. Recte itaque nunc dicitur: Si subverterit omnia, vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei? vel quis dicere ei potest: Cur ita facis? quia nimirum divinum judicium nec adversitate valet imminui, nec inquisitione cognosci, cum vel virtutes quas tribuerat subtrahit, vel has omnino non adimens, vitiorum concuti impugnatione permittit. Saepe namque in elationem cor tollitur cum laetis successibus in virtute roboratur, sed dum latentes motus audaciae in cogitatione conditor conspicit, se sibi hominem ostendendo derelinquit, ut ejus mens derelicta quid sit inveniat, quae male in se secura gaudebat. Unde cum subverti omnia, vel in unum coarctari, dicerentur, protinus additur:

Caput XI

[Rec. IX].

VERS. 11.---Ipse enim novit hominum vanitatem, et videns iniquitatem, nonne considerat?

20. Vanitatis ab iniquitate discrimen.---Ac si praemissa patefaciendo subjungeret, dicens: Quia tolerando succrescere vitia conspicit, judicando dona confundit. Rectus vero in descriptione ordo servatur, cum prius nosci vanitas, et post considerari iniquitas perhibetur. Omnis quippe iniquitas, vanitas, non tamen omnis vanitas esse iniquitas solet. Vana namque agimus quoties transitoria cogitamus. Unde et evanescere dicitur quod repente ab intuentium oculis aufertur. Hinc Psalmista ait: Universa vanitas omnis homo vivens (Psal. XXXVIII, 6); quoniam per hoc quod vivendo ad interitum tendit, recte quidem vanitas dicitur, sed nequaquam recte etiam iniquitas appellatur, quia etsi de poena est culpae quod deficit, non tamen hoc ipsum culpa est, quod a vita percurrit. Vana sunt itaque, quae transeunt. Unde et per Salomonem dicitur: Omnia vanitas (Eccle. I, 2).

19. Por qué Dios permite que la mente que surge hacia lo recto sea impugnada.---Lo cual, sin embargo, se permite que se haga por una oculta dispensación, para que cuando la mente ya haya comenzado a surgir hacia la rectitud, sea impugnada por las reliquias de su propia pravidad; para que esta misma impugnación, o ejercite al que resiste, o quebrante al seducido por los deleites. Rectamente, pues, se dice ahora: Si subvirtiera todas las cosas, o las coartara en una sola, ¿quién le contradirá? ¿o quién puede decirle: ¿Por qué haces así?, porque ciertamente el juicio divino ni puede ser disminuido por la adversidad, ni conocido por la inquisición, cuando o retira las virtudes que había dado, o no quitando estas del todo, permite que [la mente] sea sacudida por la impugnación de los vicios. Pues a menudo el corazón se eleva a la elación cuando es robustecido en la virtud por sucesos alegres, pero mientras el Creador contempla los latentes movimientos de audacia en el pensamiento, abandona al hombre a sí mismo mostrándoselo a sí mismo, para que su mente, abandonada, encuentre lo que ella es, la que malvadamente se alegraba segura en sí misma. De donde, al decirse que todas las cosas eran subvertidas, o coartadas en una sola, prontamente se añade:

Capítulo XI

[Rec. IX].

VERS. 11.---Pues él conoce la vanidad de los hombres, y viendo la iniquidad, ¿no la considera?

20. El discrimen de la vanidad respecto de la iniquidad.---Como si patentizando lo premiso subyugara, diciendo: Porque por tolerar contempla que crecen los vicios, por juzgar confunde los dones. Mas se guarda un orden recto en la descripción, cuando primero se hace conocer la vanidad, y después se afirma ser considerada la iniquidad. Pues toda iniquidad es vanidad, mas sin embargo no toda vanidad suele ser iniquidad. Pues hacemos cosas vanas cuantas veces pensamos cosas transitorias. De donde también se dice desvanecerse lo que de repente es quitado de los ojos de los que miran. De aquí el Salmista dice: Universal vanidad todo hombre que vive (Sal. XXXVIII, 6); puesto que por esto que viviendo tiende al interito, rectamente por cierto se dice vanidad, pero de ningún modo rectamente se llama también iniquidad, porque aunque es por la pena de la culpa el que desfallezca, sin embargo no es esto mismo la culpa, el que recorra la vida. Vanas son, por tanto, las cosas que pasan. De donde también se dice por Salomón: Todo vanidad (Ecl. I, 2).

21. Vanitas ducit ad iniquitatem. Vanitas mentem obnubilat, iniquitas caecat.---Apte autem post vanitatem protinus iniquitas subinfertur, quia dum per quaedam transitoria ducimur, in quibusdam noxie ligamur; cumque mens incommutabilitatis statum non tenet, a semetipsa defluens, ad vitia prorumpit. Vanitate ergo ad iniquitatem labitur, quae assueta rebus mutabilibus, dum ex aliis ad alia semper impellitur, suborientibus culpis inquinatur. [Vet. XIV.] Potest tamen et vanitas culpa intelligi, et iniquia is nomine reatus gravior demonstrari. Si enim aliquando vanitas culpa non esset, Psalmista non diceret: Quanquam in imagine Dei ambulet homo, tamen vane conturbatur; thesaurizat, et ignorat cui congreget ea (Psal. XXXVIII, 8); quia quamvis Trinitatis imaginem in natura servemus, vanis tamen delectionis motibus perturbati, in conversatione nostra delinquimus; ut modis nos semper alternantibus cupido concutiat, metus frangat, laetitia mulceat, dolor affligat. Ex vanitate ergo, ut et superius dictum est, ad iniquitatem ducimur cum prius per levia delicta defluimus, ut, usu cuncta levigante, nequaquam post committere etiam graviora timeamus.

Caput XII

[Rec. XV, Rec. X].

VERS. 12.---Vir vanus in superbiam erigitur.

22. Vanitas audacem ex culpa reddit, et in naturae motibus effrenum.---Vanitatis quippe finis est, ut cum peccato mentem sauciat, hanc ex culpa audacem reddat; quatenus, sui reatus oblita, quae amisisse se innocentiam non dolet, justo excaecata judicio, simul et humilitatem perdat. Et fit plerumque ut, pravis desideriis serviens, a jugo se divini timoris excutiat, et, quasi in malorum perpetrationem jam libera, omne quod voluptas suggerit implere contendat. Unde cum vir vanus se erigere in superbiam dicitur, illico subinfertur:

CAPUT XIII.

IBID.---Et quasi pullum onagri se liberum natum putat.

21. La vanidad conduce a la iniquidad. La vanidad obnubila la mente, la iniquidad la ciega.---Aptamente, pues, después de la vanidad se subinfiere la iniquidad, porque mientras somos llevados por ciertas cosas transitorias, en ciertas otras nos ligamos nocivamente; y cuando la mente no mantiene el estado de la inmutabilidad, fluyendo de sí misma, prorrumpe a los vicios. Por la vanidad, pues, se desliza a la iniquidad, la cual, acostumbrada a las cosas mutables, mientras siempre es impulsada de unas a otras, se mancha por las culpas que surgen. [Vet. XIV.] Puede, sin embargo, entenderse también la vanidad por culpa, y demostrarse con el nombre de iniquidad un reato más grave. Pues si alguna vez la vanidad no fuera culpa, el Salmista no diría: Aunque el hombre camine en la imagen de Dios, sin embargo vanamente se conturba; atesora, e ignora para quién congrega esas cosas (Sal. XXXVIII, 8); porque aunque guardemos la imagen de la Trinidad en la naturaleza, sin embargo perturbados por vanos movimientos de delectación, delinquimos en nuestra conversación; para que con modos siempre alternantes nos sacuda el deseo, nos quebrante el miedo, nos halague la alegría, nos aflija el dolor. De la vanidad, pues, como también se dijo arriba, somos conducidos a la iniquidad cuando primero fluimos por delitos leves, para que, nivelándolo todo el uso, de ningún modo temamos después cometer aun cosas más graves.

Capítulo XII

[Rec. XV, Rec. X].

VERS. 12.---El varón vano se erige en soberbia.

22. La vanidad hace al audaz por la culpa, y desenfrenado en los movimientos de la naturaleza.---Pues el fin de la vanidad es que, cuando hiere la mente con el pecado, la vuelva audaz por la culpa; para que, olvidada de su reato, la que no se duele de haber perdido la inocencia, cegada por un justo juicio, pierda a la vez la humildad. Y acontece muchísimas veces que, sirviendo a los depravados deseos, se sacuda de sí el yugo del temor divino, y, como si ya estuviera libre para la perpetración de los males, contienda por cumplir todo lo que la voluptuosidad sugiere. De donde, al decirse que el varón vano se erige en soberbia, al punto se subinfiere:

CAPÍTULO XIII.

IBID.---Y como pollino de onagro se piensa nacido libre.

23. Per pullum quippe onagri omne agrestium genus exprimitur, quod, naturae dimissum motibus, loris dominantium non tenetur. Agri namque animalia in libertate habent et ire quo appetunt, et quiescere cum lassantur. Et quamvis insensatis animalibus homo longe sit melior; hoc tamen plerumque homini non licet quod brutis animalibus licet. Quae enim ad aliud minime servantur, eorum motus procul dubio nequaquam sub disciplina restringitur. Homo autem qui ad sequentem vitam ducitur, necesse profecto est ut in cunctis suis motibus sub disciplinae dispositione religetur, et quasi domesticum animal loris vinctum serviat, atque aeternis dispositionibus restrictum vivat. Qui ergo implere cuncta quae desiderat per effrenatam libertatem quaerit, quid aliud quam pullo onagri esse similis concupiscit, ut disciplinae hunc lora non teneant, sed audenter vagus per silvam desideriorum currat?

24. Lora quibus nos Deus coercet ac regit.---Saepe autem divina miseratio, quos prodire in effrenationem illicitae libertatis conspicit, objectione properae adversitatis frangit, quatenus elisi discant quam reproba erectione tumuerant; ut jam flagelli experimentis edomiti, quasi jumenta domestica praeceptorum loris mentis colla subjiciant, et vitae praesentis itinera ad nutum praesidentis pergant. Quibus bene loris ligatum se noverat, qui dicebat: Ut jumentum factus sum apud te, et ego semper tecum (Psal. LXXII, 23). Unde et saevus ille persecutor ab agro perfidae voluptatis ad domum fidei deductus, rectoris sui calcaribus punctus, audiebat: Durum est tibi contra stimulum calcitrare (Act. IX, 5). Restat ergo ut si esse jam similes pullo onagri nolumus, in cunctis quae appetimus nutum prius intimae dispensationis exquiramus, ut mens nostra in omne quod nititur, superni regiminis loro teneatur; et inde magis vota sua ad vitam impleat, unde vitae suae studia et contra propriam voluntatem calcat. Multa Sophar fortia protulit, sed quod meliori se haec loquitur nescit. Unde adhuc increpando subjungit:

CAPUT XIV.

VERS. 13.---Tu autem firmasti cor tuum, et expandisti ad eum manus tuas.

23. Pues por el pollino del onagro se expresa todo género de fieras, que, abandonado a los movimientos de la naturaleza, no es retenido por las bridas de los que dominan. Pues los animales del campo tienen en su libertad tanto el ir a donde desean, como el descansar cuando se cansan. Y aunque el hombre es mucho mejor que los animales insensatos; sin embargo, esto la mayoría de las veces no le es lícito al hombre, lo que les es lícito a los animales brutos. Pues aquellos que para nada más se reservan, su movimiento sin duda de ningún modo se restringe bajo la disciplina. Mas el hombre que es conducido a la vida siguiente, es ciertamente necesario que en todos sus movimientos sea ligado bajo la disposición de la disciplina, y como animal doméstico sirva atado con bridas, y viva restringido por las eternas disposiciones. Quien, pues, busca cumplir todas las cosas que desea por una libertad desenfrenada, ¿qué otra cosa apetece sino ser semejante al pollino del onagro, para que las bridas de la disciplina no lo retengan, sino que corra audazmente vago por la selva de los deseos?

24. Las bridas con que Dios nos coarta y rige.---Mas a menudo la divina misericordia, a los que contempla salir al desenfreno de la ilícita libertad, los quebranta con la objeción de una súbita adversidad, para que abatidos aprendan con cuánta réproba erección se habían hinchado; para que ya domados por las experiencias del azote, sometan los cuellos de la mente a las bridas de los preceptos como jumentos domésticos, y recorran los itinerarios de la vida presente al arbitrio del que los preside. Con cuyas bridas bien se conocía ligado aquel que decía: Como un jumento me he hecho ante ti, y yo siempre contigo (Sal. LXXII, 23). De donde también aquel saevo perseguidor, conducido desde el campo de la pérfida voluptuosidad a la casa de la fe, punzado por los espolones de su rector, oía: Duro es para ti dar coces contra el aguijón (Hch. IX, 5). Resta, pues, que si ya no queremos ser semejantes al pollino del onagro, en todas las cosas que apetecemos busquemos primero el arbitrio de la íntima dispensación, para que nuestra mente en todo lo que se esfuerza, sea retenida por la brida del régimen supremo; y de ahí más bien cumpla sus votos para la vida, de donde pisa los estudios de su vida aun contra su propia voluntad. Muchas cosas fuertes profirió Sofar, pero ignora que habla estas cosas a uno mejor que él. De donde todavía increpando subyuga:

CAPÍTULO XIV.

VERS. 13.---Mas tú has afirmado tu corazón, y has extendido a él tus manos.

25. Sophar arguit Job animi obdurati et superbi. Illum imitantur mali et haeretici adversus bonos et catholicos.---Firmati cor non hoc loco per virtutem dicitur, sed per insensibilitatem. Omnis namque a intus qui districtionis intimae considerationi se subjicit, ex ejus protinus timore mollescit; eumque sagitta divinae formidinis penetrat, quia infirma viscera per humilitatem gestat. Quisquis autem pertinacia insensibilitatis obdurescit, quasi cor firmat, ne hoc jacula timoris superni confodiant. Unde quibusdam per prophetam Dominus misericorditer dicit: Tollam vobis cor lapideum, et dabo vobis cor carneum (Ezech. XXXVI, 26). Cor quippe lapideum tollit cum a nobis superbiae duritiam subtrahit, et cor carneum tribuit cum eamdem protinus nostram duritiam ad sensibilitatem vertit. Per manus vero, ut jam crebro docuimus, opera designantur. Cum culpa igitur manus ad Deum expandere est contra largitoris gratiam de virtute operum superbire. Qui enim in conspectu aeterni judicis loquens sibi bona quae facit tribuit, ad Deum manus superbiens tendit. Sic profecto contra electos reprobi, sic contra catholicos haeretici semper effrenantur, ut cum objurgare facta nequeunt, bonos reprehendere de factorum elatione moliantur, quatenus eos quos redarguere ex infirmitate actionis non valent, ex crimine tumoris accusent. Unde et ea bona quae exterius fiunt, nequaquam bona esse jam censent, quae quasi per studium turgidae cogitationis exhibentur. Qui saepe humilia tumentes increpant, et quod dictis suis semetipsos feriunt ignorant. Sed quia justum virum Sophar hactenus reprehendendo corripuit, nunc velut docendo subjungit:

Caput XV

[Vet. XVI, Rec. XI].

VERS. 14, 15.---Si iniquitatem quae est in manu tua abstuleris a te, et non manserit in tabernaculo tuo injustitia, tunc levare poteris faciem tuam absque macula, et eris stabilis, et non timebis.

26. Ut mens sit munda, prius operis, tum cordis iniquitas resecanda.---Omne peccatum aut sola cogitatione committitur, aut cogitatione simul et opere perpetratur. Iniquitas ergo in manu est culpa in opere, injustitia vero in tabernaculo iniquitas in mente. Mens quippe nostra tabernaculum non incongrue vocatur, in qua apud nosmetipsos abscondimur, cum foris in opere non videmur. Sophar itaque, quia justi viri amicus est, novit quod dicat; sed quia justum increpat, haereticorum tenens speciem, proferre recte etiam quae novit ignorat.

25. Sofar arguye a Job de ánimo obdurado y soberbio. A aquel imitan los malos y heréticos contra los buenos y católicos.---Afirmar el corazón no se dice en este lugar por virtud, sino por insensibilidad. Pues todo aquel que por dentro se somete a la consideración de la íntima estrechez (districtionis), al punto se ablanda por el temor de ella; y lo penetra la saeta de la divina formación, porque gesta débiles vísceras por la humildad. Mas quienquiera que se endurece por la pertinacia de la insensibilidad, como que afirma el corazón, para que no lo traspasen los dardos del temor supremo. De donde a algunos por el profeta dice el Señor misericordiosamente: Quitaré de vosotros el corazón de piedra, y os daré un corazón de carne (Ez. XXXVI, 26). Pues quita el corazón de piedra cuando retira de nosotros la dureza de la soberbia, y otorga el corazón de carne cuando vuelve esa misma dureza nuestra al punto a la sensibilidad. Mas por las manos, como ya frecuentemente hemos enseñado, se designan las obras. Extender las manos a Dios con culpa, por tanto, es soberbecerse por la virtud de las obras contra la gracia del dador. Pues quien, hablando en la presencia del Juez eterno, se atribuye a sí mismo los bienes que hace, tiende a Dios manos soberbias. Así por cierto siempre se desenfrenan los réprobos contra los electos, así los heréticos contra los católicos, para que cuando no pueden objetar los hechos, se empeñen en reprender a los buenos por la elación de sus hechos, a fin de que a aquellos a quienes no valen redargüir por la enfermedad de la acción, los acusen por el crimen de la hinchazón (tumoris). De donde también esos bienes que se hacen exteriormente, de ningún modo juzgan ya que sean bienes, los cuales se exhiben como por el estudio de un pensamiento turgente. Quienes a menudo hinchados increpan a los humildes, e ignoran que con sus dichos se hieren a sí mismos. Pero porque Sofar hasta aquí corrigió al varón justo reprendiéndolo, ahora subyuga como enseñando:

Capítulo XV

[Vet. XVI, Rec. XI].

VERS. 14, 15.---Si la iniquidad que está en tu mano la quitares de ti, y no permaneciera en tu tabernáculo la injusticia, entonces podrás levantar tu rostro sin mancha, y serás estable, y no temerás.

26. Para que la mente sea limpia, primero debe ser cercenada la iniquidad de la obra, luego la del corazón.---Todo pecado o se comete por el solo pensamiento, o se perpetra por el pensamiento y la obra a la vez. La iniquidad, pues, en la mano es la culpa en la obra, mas la injusticia en el tabernáculo es la iniquidad en la mente. Pues nuestra mente no incongruentemente es llamada tabernáculo, en el cual nos escondemos ante nosotros mismos, cuando fuera en la obra no somos vistos. Sofar, por tanto, porque es amigo del varón justo, sabe lo que dice; pero porque increpa al justo, manteniendo la apariencia de los heréticos, ignora proferir rectamente aun lo que sabe.

Sed nos calcantes hoc, quod ab eo tumide dicitur, pensemus ejus verba quam vera sint, si recte dicerentur. Prius enim a manu iniquitatem subtrahi, et post a tabernaculo admonet injustitiam abscidi, quia quisquis jam prava a se opera exterius resecat, necesse profecto est ut, ad semetipsum rediens, solerter sese in mentis intentione discernat; ne culpa, quam jam in actione non habet, adhuc in cogitatione perduret. Unde bene etiam per Salomonem dicitur: Praepara foris opus tuum, et diligenter exerce agrum tuum, ut postea aedifices domum tuam (Prov. XXIV, 27). Quid namque est praeparato opere agrum diligenter exterius exercere, nisi evulsis iniquitatis sentibus, actionem nostram ad frugem retributionis excolere? Et quid est post agri exercitium ad aedificium domus redire, nisi quod plerumque ex bonis operibus discimus quantam vitae munditiam in cogitatione construamus? Pene cuncta namque bona opera ex cogitatione prodeunt, sed sunt nonnulla cogitationis acumina, quae ex operatione nascuntur; nam sicut ab animo opus sumitur, ita rursus ab opere animus eruditur. Mens quippe divini amoris exordia capiens imperat bona quae fiant; sed postquam fieri imperata coeperint, ipsis suis exercitata actionibus discit, cum imperare bona inchoaverat, quantum minus videbat. Foris ergo ager excolitur, ut domus postmodum construatur, quia plerumque ab exteriori opere sumimus, quantam subtilitatem rectitudinis in corde teneamus. Quem bene Sophar servare ordinem studuit, cum prius auferri iniquitatem a manibus, et post a tabernaculo injustitiam dixit, quia nequaquam plene animus in cogitatione erigitur, quando adhuc ab eo extrinsecus in opere erratur.

[Vet. XVII.] 27. Haec munditia fiduciam praestat in oratione; secus, si desit.--- Quae si perfecte duo haec tergimus, ad Deum statim sine macula faciem levamus. Interna quippe facies hominis mens est, in qua nimirum recognoscimur, ut ab auctore nostro dirigamur. Quam scilicet faciem levare est in Deo animum per studia orationis attollere. Sed elevatam faciem macula inquinat, si intendentem mentem reatus sui conscientia accusat, quia a spei fiducia protinus frangitur, si intenta precibus necdum devictae culpae memoria mordetur. Diffidit namque accipere se posse quod appetit, quae profecto reminiscitur nolle se adhuc facere quod divinitus audivit. Hinc per Joannem dicitur: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum, et quidquid petierimus ab eo accipiemus (I Joan. III, 21). Hinc Salomon ait: Qui avertit aurem suam, ne audiat legem, oratio ejus erit exsecrabilis (Prov. XXVIII, 9).

Mas nosotros, pisando esto que por él se dice tumidamente, pesemos sus palabras cuán verdaderas serían si se dijeran rectamente. Pues amonesta que primero se retire la iniquidad de la mano, y después se cercene del tabernáculo la injusticia, porque quienquiera que ya corta de sí las obras depravadas exteriormente, es ciertamente necesario que, volviendo a sí mismo, solícitamente se discierna en la intención de la mente; no sea que la culpa, que ya no tiene en la acción, todavía perdure en el pensamiento. De donde bien se dice también por Salomón: Prepara fuera tu obra, y cultiva diligentemente tu campo, para que después edifiques tu casa (Prov. XXIV, 27). ¿Qué es, preparada la obra, cultivar diligentemente el campo exteriormente, sino, arrancadas las espinas de la iniquidad, cultivar nuestra acción para el fruto de la retribución? ¿Qué es después del cultivo del campo volver a la edificación de la casa, sino que muchísimas veces aprendemos de las buenas obras cuánta limpieza de vida debemos construir en el pensamiento? Pues casi todas las buenas obras proceden del pensamiento, pero hay algunos aguzamientos (acumina) del pensamiento que nacen de la operación; pues así como del ánimo se toma la obra, así de nuevo por la obra el ánimo es instruido. Pues la mente, tomando los inicios del amor divino, impera los bienes que se hagan; pero después de que lo imperado haya comenzado a hacerse, ejercitada por esas sus mismas acciones aprende, cuando había comenzado a imperar los bienes, cuánto menos veía. Fuera, pues, se cultiva el campo para que la casa sea después edificada, porque muchísimas veces tomamos de la obra exterior cuánta sutileza de rectitud mantenemos en el corazón. El cual orden bien se esmeró Sofar en guardar, cuando primero dijo que se quitara la iniquidad de las manos, y después del tabernáculo la injusticia, porque de ningún modo plenamente el ánimo se erige en el pensamiento, cuando todavía por él se yerra extrínsecamente en la obra.

[Vet. XVII.] 27. Esta limpieza otorga confianza en la oración; al contrario si falta.--- Las cuales dos cosas si perfectamente limpiamos, al punto levantamos a Dios el rostro sin mancha. Pues el rostro interno del hombre es la mente, en la cual por cierto somos reconocidos para que seamos dirigidos por nuestro autor. El cual rostro levantar es elevar el ánimo a Dios por los estudios de la oración. Mas una mancha mancha el rostro elevado, si la conciencia de su reato acusa a la mente que intenta [orar], porque al punto se quebranta de la confianza de la esperanza, si mordida por la memoria de la culpa aún no vencida intenta las preces. Pues desconfía de poder recibir lo que apetece, la que por cierto recuerda no querer todavía hacer lo que divinamente oyó. De aquí se dice por Juan: Si nuestro corazón no nos reprendiera, confianza tenemos ante Dios, y cualquier cosa que pidiéramos de Él recibiremos (I Jn. III, 21). De aquí Salomón dice: Quien aparta su oído para no oír la ley, su oración será execrable (Prov. XXVIII, 9).

Cor quippe nos in petitione reprehendit cum resistere se praeceptis ejus quem postulat meminit, et oratio fit exsecrabilis cum a censura avertitur legis, quia dignum profecto est ut ab ejus beneficiis sit quisque extraneus cujus nimirum jussionibus non vult esse subjectus.

28. Qua in re hoc est salubre remedium, ut cum mens ex memoria culpae reprehendit, hoc prius in oratione defleat, quod erravit; quatenus erroris macula cum fletibus tergitur, in petitione sua cordis facies ab auctore munda videatur. Sed curandum nimis est ne ad hoc rursus proruat quod se mundasse fletibus exsultat, ne dum deplorata iterum culpa committitur, in conspectu justi judicis ipsa etiam lamenta levigentur. Solerter quippe debemus meminisse quod dicitur: Ne iteres verbum in oratione tua (Eccli. VII, 15). Quo videlicet dicto vir sapiens nequaquam nos prohibet saepe veniam petere, sed culpas iterare. Ac si aperte dicat: Cum male gesta defleveris, nequaquam rursus facias, quod in precibus iterum plangas.

29. Ante orationem immundae ac terrenae cogitationes ablegandae.---Ut ergo ad precem facies sine macula levetur, ante orationis semper tempora debet sollicite conspici quidquid potest in oratione reprobari; talemque se mens et cum ab oratione cessat exhibere festinet, qualis apparere judici in ipso orationis tempore exoptat. Saepe namque immunda quaedam vel illicita in animo versamus, quoties a precibus vacamus. Sed cum se mens ad studia orationis erexerit, earum rerum imagines reverberata patitur, quibus libenter prius otiosa premebatur; et quasi jam faciem anima ad Deum levare non sufficit, quia in se nimirum inquinata mente maculas pollutae cogitationis erubescit. Saepe curis mundi libenter occupamur. Cumque post haec studio orationis intendimus, nequaquam se mens ad coelestia erigit, quia pondus hanc terrenae sollicitudinis in profundum mersit; et in prece facies munda non ostenditur, quia cogitationis infimae luto maculatur.

[Vet. XVIII.] 30. Aliena in nos delicta relaxanda. Quis a timore liber.---Nonnunquam vero cor a cunctis excutimus, et illicitis motibus, etiam cum a prece vacat, obviamus; sed tamen quia nos culpas rarius committimus, aliena pigrius delicta relaxamus; et quo peccare noster animus sollicitius metuit, eo districtius hoc quod in se ab alio delinquitur abhorrescit. Unde fit ut eo inveniatur quisque tardus ad veniam, quo proficiendo factus est cautus ad culpam; et quo ipse excedere in alterum metuit, hoc quod in se exceditur punire durius exquirit.

Pues el corazón nos reprende en la petición cuando recuerda resistirse a los preceptos de Aquel a quien pide, y la oración se hace execrable cuando se aparta de la censura de la ley, porque es ciertamente digno que de sus beneficios sea cualquiera extraño a cuyas órdenes por cierto no quiere estar sujeto.

43. La indiscreción del que habla a menudo corrompe las cosas rectamente dichas.---Pero estas cosas las diría Sofar rectamente, si el bienaventurado Job no hubiera predicado todas las cosas aun más ampliamente viviendo. Pero después que intenta amonestar al más santo sobre la vida, y se esfuerza por instruir al más docto con el magisterio de la sabiduría, él mismo aligera el peso de sus propios dichos, quien, interponiendo la indiscreción, destruye todo lo que habla, porque derrama el licor de la ciencia sobre un vasija llena. Pues así las riquezas de la ciencia son poseídas por los indiscretos, como a menudo las riquezas de la sustancia corporal son poseídas por los necios. Pues algunos, que se apoyan en la multiplicidad de las cosas terrenas, a veces dan mucho incluso a los que tienen, para que ellos mismos parezcan tener estas cosas más largamente que todos. Así los perversos, cuando conocen cosas verdaderas, dicen algunas cosas rectas incluso a los más rectos; no para que enseñen a los que oyen, sino para que ellos mismos se den a conocer por cuánta doctrina destacan. Pues piensan que aventajan a todos en sabiduría, y por eso piensan que no dicen nada a nadie más allá de las medidas de su propia grandeza. Así cualesquiera perversos, así todos los herejes, no temen enseñar a los mejores con voz soberbia, porque a todos los consideran inferiores a sí mismos. [Vet. XXIV.] Pero la santa Iglesia retira a todos los elevados de la cumbre de su propia estimación, y por la mano de la discreción (discretionis) los reforma al marco de la igualdad. De donde el bienaventurado Job, que es miembro de la misma santa Iglesia, viendo que el ánimo de los amigos se hinchó por las palabras de la instrucción proferida, respondió al punto, diciendo:

Capítulo XXV

[Vet. XXV].

CAP. XII, VERS. 2.---¿Sois vosotros acaso los únicos hombres, y con vosotros morirá la sabiduría?

44. Superbe sapientis fatuitas.---Quisquis se praeire omnes ratione existimat, quid iste aliud quam solum se esse hominem exsultat? And often happens that when through tumor the mind is led on high, in contempt of all and of its own admiration it is raised up. In cogitatione etenim proprii favores oriuntur, sibique de singularitate sapientiae blanditur ipsa fatuitas. Pensat ea quae audierit, ac verba quae profert; et miratur sua, ridet aliena. Qui ergo solum se sapere aestimat, quid aliud quam hanc eamdem secum morietur sapientiam putat? Nam quam adesse aliis abnuit, soli sibi hanc tribuens, profecto intra tempora suae brevitatis claudit. Pensandum vero est vir sanctus quanta discretione utitur, ut amicorum superbientium arrogantia comprimatur, cum protinus adjungit:

CAPUT XXVI.

VERS. 3.---Et mihi est cor, sicut et vobis, nec inferior vestri sum.

45. Hujus arrogantia modeste comprimenda.---Quis etenim nesciat quantum beati Job vita atque scientia amicorum ejus scientiam excedat? Sed ut eorum superbiam corrigat, esse se inferiorem negat; et ne suae humilitatis limitem transeat, esse se superiorem tacet: nec preferendo se, sed conferendo, indicat quod de se hi qui sibi longe sunt impares discant, ut dum sponte inflectitur sapientia quae eminet, nequaquam se contra vires erigat scientia quae jacet. Quos bene mox ad aequalitatis sensum revocat, quia tumere valde quasi de singularitate magnitudinis pensat, cum subsequenter adjungit:

CAPUT XXVII.

IBID.---Quis enim haec quae nostis ignorat?

46. Ostendendo ea quae scire se gloriatur, a nemine ignorari.---Ac si aperte dicat: Cum cunctis sint nota quae dicitis, de dictorum scientia singulariter cur tumetis? Quia igitur elationem arrogantium ad aequalitatis communionem revocans, perfecta correptione redarguit, ad doctrinae nunc sententias erumpit, ut amici ejus humiliati, prius discerent veritatis pondera, quam reverenter audirent. Sequitur:

Caput XXVIII

[Vet. XXVI, Rec. XV].

44. La fatuidad del que es soberbiamente sabio.---Quienquiera que piensa que aventaja a todos en la razón, ¿en qué otra cosa se exulta sino en ser él el único hombre? Y a menudo sucede que cuando el ánimo es llevado a lo alto por la hinchazón, se eleva al desprecio de todos y a la admiración de sí mismo. Pues en el pensamiento surgen los propios favores, y la misma fatuidad se lisonjea a sí misma por la singularidad de la sabiduría. Sopesa aquellas cosas que ha oído, y las palabras que profiere; y admira las suyas, se ríe de las ajenas. Aquél, por tanto, que estima que él solo sabe, ¿qué otra cosa piensa sino que esta misma sabiduría morirá con él? Pues la que niega que esté presente en los otros, atribuyéndosela a sí solo, ciertamente la encierra dentro de los tiempos de su propia brevedad. Pero debe considerarse de cuánta discreción (discretione) usa el varón santo, para que la arrogancia de los amigos que se ensoberbecen sea reprimida, cuando al punto añade:

CAPÍTULO XXVI.

VERS. 3.---Y yo también tengo corazón, como vosotros, y no soy inferior a vosotros.

45. La arrogancia de este debe ser reprimida con modestia.---Pues, ¿quién ignora cuánto la vida y la ciencia del bienaventurado Job exceden a la ciencia de sus amigos? Pero para corregir la soberbia de ellos, niega ser inferior; y para no traspasar el límite de su propia humildad, calla el ser superior: no prefiriéndose, sino igualándose, indica lo que de él aprendan estos que le son muy desiguales, para que mientras espontáneamente se inclina la sabiduría que sobresale, de ningún modo se erija contra sus fuerzas la ciencia que yace postrada. A los cuales bien pronto los retira al sentido de la igualdad, porque considera que es gran cosa hincharse como por la singularidad de la grandeza, cuando añade a continuación:

CAPÍTULO XXVII.

IBID.---¿Pues quién ignora estas cosas que vosotros sabéis?

46. Mostrando que aquellas cosas que él se gloria de saber no son ignoradas por nadie.---Como si dijera abiertamente: Puesto que son conocidas por todos las cosas que decís, ¿por qué os hincháis singularmente por la ciencia de lo dicho? Porque, por tanto, retirando la elación de los arrogantes a la comunión de la igualdad, los refutó con perfecta corrección, irrumpe ahora en las sentencias de la doctrina, para que sus amigos, humillados, aprendieran primero los pesos de la verdad antes de que la escucharan con reverencia. Sigue:

Capítulo XXVIII

[Vet. XXVI, Rec. XV].

VERS. 4.---Qui deridetur ab amico suo sicut ego, invocabit Deum, et exaudiet eum.

47. Recte agenti quid noceat laus, quid prosit irrisio hominum. Irrisio prodest ubi non est culpae meritum.---Saepe infirma mens, cum de bonis actibus aura humani favoris excipitur, ad gaudia exteriora derivatur, ut postponat quod intus appetit, et in hoc libenter resoluta jaceat, quod foris audit; ita ut beatam non tam fieri quam dici se gaudeat. Cumque laudis suae vocibus inhiat, quod esse coeperat relinquit. Inde ergo a Deo disjungitur, unde in Deo laudanda videbatur. Nonnunquam vero recto operi animus constanter innititur, et tamen humanis irrisionibus urgetur: miranda agit, et opprobria recipit; et qui exire foras per laudes potuit, repulsus contumeliis, ad semetipsum redit; et eo se intus robustius in Deo solidat, quo foris non invenit quo requiescat. Tota etenim spes in auctore figitur, et inter irrisionum convicia solus interior testis imploratur; atque afflicti animus fit Deo tanto proximus, quanto et a gratia humani favoris alienus: in precem protinus funditur, et pressus exterius, ad penetranda quae intus sunt mundius liquatur. Bene itaque nunc dicitur: Qui deridetur ab amico suo sicut ego, invocabit Deum, et exaudiet eum, quia bonorum menti dum pravi exprobrant, ostendunt quem suorum actuum testem quaerant. Quae dum compuncta sese in precibus accingit, inde intra se supernae exauditioni jungitur, unde extra se ab humana laude separatur. [Vet. XXVII.] Notandum vero quam provide interponitur Sicut ego, quia sunt nonnulli quos et humanae irrisiones deprimunt, et tamen divinis auribus exaudibiles non sunt. Nam cum derisio contra culpam nascitur, profecto nullum virtutis meritum in derisione generatur. Baal etenim sacerdotes clamosis hunc vocibus implorantes, derisi ab Elia fuerant, cum dicebat: Clamate voce majori, Deus enim est, et forsitan loquitur, aut in diversorio est (III Reg. XVIII, 27). Sed haec eis irrisio ad virtutis usum non fuit, quia per culpae meritum venit. Provide ergo nunc dicitur: Qui deridetur ab amico suo, sicut ego, invocabit Deum, et exaudiet eum, quia illum facit humana derisio Deo proximum, quem ab humanis pravitatibus vitae innocentia servat alienum. Sequitur:

Caput XXIX

[Rec. XVI].

IBID.---Deridetur enim justi simplicitas.

VERS. 4.---El que es burlado por su amigo como yo, invocará a Dios, y él le oirá.

47. Cómo daña la alabanza y cómo aprovecha la burla al que actúa rectamente. La burla aprovecha donde no hay mérito de culpa.---A menudo el ánimo débil, cuando es recibido por el aura del favor humano por sus buenas acciones, se deriva hacia los goces exteriores, de modo que pospone lo que desea interiormente, y yace relajado voluntariamente en aquello que oye fuera; de tal modo que se alegra no tanto por ser bienaventurado, sino por ser llamado así. And cuando está boquiabierto por las voces de su propia alabanza, abandona lo que había empezado a ser. De allí, por tanto, se separa de Dios, de donde parecía laudable en Dios. Pero a veces el ánimo se apoya constantemente en una obra recta, y sin embargo es urgido por las burlas humanas: hace cosas admirables, y recibe oprobios; y el que pudo salir fuera por las alabanzas, rechazado por las contumelias, vuelve a sí mismo; y tanto más robustamente se consolida dentro en Dios, cuanto fuera no encuentra donde descansar. Pues toda la esperanza se fija en el Autor, y entre los insultos de las burlas se implora al solo testigo interior; y el ánimo del afligido se hace tanto más próximo a Dios, cuanto más ajeno está de la gracia del favor humano: se derrama enseguida en la oración, y presionado exteriormente, se depura más limpiamente para penetrar las cosas que están dentro. Bien, por tanto, se dice ahora: El que es burlado por su amigo como yo, invocará a Dios, y él le oirá, porque mientras los perversos reprochan la mente de los buenos, muestran a quién deben buscar como testigo de sus actos. La cual, mientras compungida se apresta en las oraciones, de allí se une interiormente a la audición suprema, de donde exteriormente se separa de la alabanza humana. [Vet. XXVII.] Pero debe notarse cuán providencialmente se interpone Como yo, porque hay algunos a quienes también las burlas humanas los deprimen, y sin embargo no son audibles para los oídos divinos. Pues cuando la burla nace contra la culpa, ciertamente ningún mérito de virtud se genera en la burla. Pues los sacerdotes de Baal, implorándole con clamorosas voces, habían sido burlados por Elías, cuando decía: Clamad con voz mayor, porque es Dios, y tal vez está hablando, o está en la posada (III Reg. XVIII, 27). Pero esta burla no fue para ellos para provecho de la virtud, porque vino por el mérito de la culpa. Providencialmente, por tanto, se dice ahora: El que es burlado por su amigo, como yo, invocará a Dios, y él le oirá, porque la burla humana hace cercano a Dios a aquel a quien la inocencia de la vida mantiene ajeno a las perversidades humanas. Sigue:

Capítulo XXIX

[Rec. XVI].

IBID.---Pues se burla de la simplicidad del justo.

48. Quid sapientia hujus mundi. Quid sapientia justorum. Cur a mundo rideatur.---Hujus mundi sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quae falsa sunt vera ostendere, quae vera sunt fallacia demonstrare. Haec nimirum prudentia usu a juvenibus scitur, haec a pueris pretio discitur, hanc qui sciunt caeteros despiciendo superbiunt; hanc qui nesciunt, subjecti et timidi in aliis mirantur, quia ab eis haec eadem duplicitas iniquitatis, nomine palliata, diligitur, dum mentis perversitas urbanitas vocatur. Haec sibi obsequentibus praecipit honorum culmina quaerere, adepta temporalis gloriae vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multiplicius reddere, cum vires suppetunt nullis resistentibus cedere, cum virtutis possibilitas deest, quidquid explere per malitiam non valet, hoc in pacifica bonitate simulare. At contra sapientia justorum est nil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere; nullam injuriae ultionem quaerere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed haec justorum simplicitas deridetur, quia ab hujus mundi sapientibus puritatis virtus, fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis procul dubio stultum putatur; et quidquid in opere veritas approbat, carnali sapientiae fatuum sonat. Quid namque stultius videtur mundo quam mentem verbis ostendere, nil callida machinatione simulare, nullas injuriis contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem quaerere, possessa relinquere, rapienti non resistere, percutienti alteram maxillam praebere? Unde bene hujus mundi dilectoribus ille egregius Dei sapiens dicit: Abominationes Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro (Exod. VIII, 26). Oves quippe Aegyptii edere dedignantur; sed quod abominantur Aegyptii, hoc Israelitae Deo offerunt, quia simplicitatem conscientiae, quam injusti quique velut infimam abjectamque despiciunt, hanc justi in virtutis sacrificium vertunt; et excolentes recti puritatem ac mansuetudinem Deo immolant, quam abominantes reprobi fatuitatem putant. Quae nimirum justi simplicitas breviter, sed sufficienter exprimitur, cum protinus subinfertur.

Caput XXX

[Vet. XXVIII, Rec. XVII].

VERS. 5.---Lampas contempta apud cogitationes divitum.

48. Qué es la sabiduría de este mundo. Qué es la sabiduría de los justos. Por qué es reída por el mundo.---La sabiduría de este mundo es cubrir el corazón con maquinaciones, velar el sentido con palabras, mostrar como verdadero lo que es falso, demostrar como falaz lo que es verdadero. Esta prudencia, por cierto, es conocida por el uso por los jóvenes, esta es aprendida por precio por los niños; los que la conocen, ensoberbeciéndose, desprecian a los demás; los que no la conocen, sumisos y tímidos, la admiran en los otros, porque por ellos esta misma duplicidad de la iniquidad, encubierta con un nombre, es amada, mientras la perversidad de la mente es llamada urbanidad. Esta manda a los que le obedecen buscar las cumbres de los honores, gozarse en la vanidad de la gloria temporal alcanzada, devolver más multiplicadamente los males irrogados por otros, no ceder ante ninguno que resista cuando las fuerzas lo permiten, y cuando falta la posibilidad de la virtud, aquello que no puede cumplir por la malicia, simularlo en una pacífica bondad. Pero por el contrario, la sabiduría de los justos es no fingir nada por ostentación, abrir el sentido con palabras, amar las cosas verdaderas tal como son, evitar las falsas, exhibir los bienes gratuitamente, tolerar los males más de buena gana que hacerlos; no buscar ninguna venganza de la injuria, considerar el oprobio por la verdad como una ganancia. Pero esta simplicidad (simplicitas) de los justos es burlada, porque por los sabios de este mundo la virtud de la pureza es creída fatuidad. Pues todo lo que se hace inocentemente, es sin duda juzgado como necio por ellos; y cualquier cosa que la verdad aprueba en la obra, suena como fatuo para la sabiduría carnal. ¿Pues qué parece más necio al mundo que mostrar la mente con palabras, no simular nada con una astuta maquinación, no devolver contumelias por las injurias, orar por los que maldicen, buscar la pobreza, abandonar lo poseído, no resistir al que arrebata, presentar la otra mejilla al que hiere? De donde bien dice aquel eximio sabio de Dios a los amadores de este mundo: Inmolaremos las abominaciones de los egipcios al Señor nuestro Dios (Exod. VIII, 26). Pues los egipcios se desdeñan de comer ovejas; pero lo que los egipcios abominan, esto los israelitas lo ofrecen a Dios, porque la simplicidad de la conciencia, que todos los injustos desprecian como ínfima y abyecta, esta los justos la convierten en sacrificio de virtud; y los rectos, cultivando la pureza y la mansedumbre, inmolan a Dios lo que los réprobos, abominándolo, juzgan fatuidad. La cual simplicidad del justo, a saber, se expresa breve pero suficientemente, cuando al punto se añade.

Capítulo XXX

[Vet. XXVIII, Rec. XVII].

VERS. 5.---Lámpara despreciada en los pensamientos de los ricos.

49. Divitiarum possessionem non esse in crimine, sed cupiditatem.---Quid hoc loco signatur nomine divitum, nisi elatio superborum, qui venturi judicis respectum non habent, dum superbis apud se cogitationibus tument? Nam sunt nonnulli quos census per tumorem non elevat, sed per misericordiae opera exaltat. Et sunt nonnulli qui, dum se terrenis opibus abundare conspiciunt, veras Dei divitias non requirunt, atque aeternam patriam non amant, quia hoc sibi sufficere, quod rebus temporalibus fulciuntur, putant. Non est ergo census in crimine, sed affectus. Cuncta enim quae Deus condidit bona sunt; sed qui bonis male utitur profecto agit ut, quasi per edacitatis ingluviem, eo per quem vivere debuit pane moriatur. Pauper ad requiem Lazarus venerat, superbum vero divitem tormenta cruciabant (Luc. XVI, 26). Sed tamen dives Abraham fuerat, qui in sinu Lazarum tenebat; qui tamen auctori suo colloquens, dicit: Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis (Genes. XVIII, 27). Quid itaque iste divitias suas aestimare noverat, qui semetipsum pulverem cineremque pensabat? Aut quando hunc res possessae extollerent, qui de se quoque, earum videlicet possessore, tam abjecta sentiret?

50. Divites censeri qui egent, et fastu tument. His despectui sunt mundi contemptores.---Atque iterum sunt nonnulli quibus et res terrenae non suppetunt, et tamen apud se per fastum tumoris eriguntur. Hos et census ad ostensionem potentiae minime subvehit, et tamen morum protervia inter reprobos divites addicit. Quoscunque ergo sequentis vitae amor non humiliat, hoc in loco sacer sermo divites appellat, quia in judicii quoque ultione non discrepant utrum rebus an solis moribus intumescant. Qui cum vitam simplicium in hoc mundo humilem abjectamque conspiciunt; elatis protinus despectibus irrident. Nequaquam quippe eis hoc exterius adesse considerant, ad quod ipsi totis conatibus anhelant. Quasi stultos ergo despiciunt qui scilicet ea non habent quae ipsi utique vel habendo, vel solummodo amando, moriuntur; et quasi mortuos deputant, quos nequaquam secum vivere carnaliter pensant. Qui enim ab hujus mundi appetitu moritur, a terrenis mentibus profecto omni modo exstinctus aestimatur. Quod bene nostri miraculum Redemptoris signat, cum ab immundo spiritu hominem liberat, de quo nimirum scriptum est: Clamans, et multum discerpens eum, exiit ab eo; et factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent quia mortuus est. Jesus autem tenens manum ejus, elevavit eum, et surrexit (Marc. IX, 25). Velut mortuus quippe ostenditur qui a maligni spiritus potestate liberatur, quia quisquis jam terrena desideria subigit, vitam in se carnalis conversationis exstinguit; et mundo mortuus apparet, quia possessore pravo, qui per immunda desideria se agitabat, caret.

49. Que la posesión de riquezas no está en el crimen, sino la codicia.---¿Qué se señala en este lugar con el nombre de ricos, sino la elación de los soberbios, que no tienen respeto al juez venidero, mientras se hinchan con soberbios pensamientos en sí mismos? Pues hay algunos a quienes las riquezas no los elevan por la hinchazón, sino que los exaltan por las obras de misericordia. Y hay algunos que, mientras se ven abundar en bienes terrenos, no buscan las verdaderas riquezas de Dios, y no aman la patria eterna, porque piensan que esto les basta, el estar apoyados en las cosas temporales. No es, por tanto, el censo el que está en el crimen, sino el afecto. Pues todas las cosas que Dios creó son buenas; pero el que usa mal los bienes, ciertamente hace que, como por la glotonería de la edacidad, muera por aquel pan por el que debió vivir. El pobre Lázaro había llegado al descanso, pero al soberbio rico los tormentos lo torturaban (Luc. XVI, 26). Pero sin embargo rico había sido Abraham, que en su seno tenías a Lázaro; quien sin embargo hablando con su Autor, dice: Hablaré a mi Señor, siendo yo polvo y ceniza (Gén. XVIII, 27). ¿Qué sabía este, pues, estimar sus riquezas, él que se consideraba a sí mismo como polvo y ceniza? ¿O cuándo lo ensalzarían las cosas poseídas, a él que sentía cosas tan abyectas de sí mismo también, a saber, del poseedor de ellas?

50. Deben ser contados como ricos los que carecen, y se hinchan de orgullo. Para estos los despreciadores del mundo son objeto de desprecio.---Y de nuevo hay algunos a quienes tampoco las cosas terrenas les suministran, y sin embargo en sí mismos se erigen por el orgullo de la hinchazón. A estos el censo de ningún modo los eleva a la ostentación del poder, y sin embargo la protervia de las costumbres los adjudica entre los ricos réprobos. A quienesquiera, por tanto, el amor de la vida siguiente no humilla, en este lugar el sagrado discurso los llama ricos, porque también en la venganza del juicio no discrepan si se hinchan por las cosas o solo por las costumbres. Quienes cuando ven la vida de los simples en este mundo humilde y abyecta; se burlan enseguida con elevados desprecios. Pues de ningún modo consideran que esté presente en ellos exteriormente aquello por lo que ellos mismos anhelan con todos sus esfuerzos. Desprecian, por tanto, como a necios a aquellos que ciertamente no tienen aquellas cosas por las cuales ellos mismos, ya sea teniéndolas o solo amándolas, mueren; y los reputan como muertos, a quienes de ningún modo consideran que viven carnalmente con ellos. Pues el que muere al apetito de este mundo, por las mentes terrenas es ciertamente estimado extinguido de todo modo. Lo cual bien señala el milagro de nuestro Redentor, cuando libera a un hombre de un espíritu inmundo, de quien ciertamente está escrito: Clamando y desgarrándolo mucho, salió de él; y quedó como muerto, de modo que muchos decían que está muerto. Pero Jesús, tomándole de la mano, lo levantó, y se levantó (Marc. IX, 25). Como muerto, en efecto, se muestra el que es liberado del poder del espíritu maligno, porque quienquiera que ya somete los deseos terrenos, extingue en sí la vida de la conversación carnal; y aparece muerto para el mundo, porque carece del poseedor perverso, que lo agitaba por deseos inmundos.

Quem multi mortuum dicunt, quia qui spiritaliter vivere nesciunt eum qui carnalia bona non sequitur exstinctum funditus arbitrantur.

[Vet. XXIX.] 51. Justi, carnalium oculis sine luce, coram Deo ardent et lucent.--- Sed quia ipsi quoque derisores simplicium Christianitatis nomine censentur, reverentia religionis pressi, exhibere malum publicae irrisionis erubescunt. Unde fit ut apud se tumidi tacentesque derideant, quos abjectos valde atque infimos per simplicitatem putant. Bene ergo dicitur: Lampas contempta apud cogitationes divitum, quia superbi quique, dum pensare bona sequentia, ut superius diximus, nesciunt, pene nihil aestimant, quem non vident habere quod amant. Saepe namque contingit ut electus quisque, qui ad aeternam felicitatem ducitur, continua hic adversitate deprimatur, non hunc rerum abundantia fulciat, non dignitatum gloria honorabilem ostendat, nulla ei obsequentum frequentia suppetat, nulla hunc humanis oculis vestium pompa componat; a cunctis vero despicabilis cernitur, et hujus mundi gratia indignus aestimatur. Sed tamen ante occulti judicis oculos virtutibus emicat, vitae meritis coruscat, honorari metuit, despici non refugit; corpus continentia afficit, sola in animo dilectione pinguescit, mentem semper ad patientiam praeparat, et erectus pro justitia, de perceptis contumeliis exsultat, afflictis ex corde compatitur, de bonorum prosperitatibus quasi de propriis laetatur, sacri verbi pabula in mente sollicitus ruminat, et inquisitus quodlibet eloqui dupliciter ignorat. Bene itaque justi simplicitas et lampas esse dicitur, et contempta. Lampas, quia interius lucet; contempta, quia exterius non lucet. Intus ardet flamma charitatis, foris nulla gloria resplendet decoris. Lucet ergo et despicitur qui flagrans virtutibus abjectus aestimatur. Mentes quippe carnalium pensare bona non valent, nisi quae carnaliter vident. Hinc est quod David sanctum pater ipse despexerat, quem prophetae Samuelis oculis praesentare recusabat. Qui ad unctionis gratiam dum septem filios deduxisset, a propheta requisitus an numerum sobolis explesset, cum magna desperatione respondit: Est puer parvulus qui pascit oves (I Reg. XVI, 10, 11). Quo deducto et electo, protinus audivit: Homo videt in facie, Deus autem perscrutatur cor (Ibid., 7). Lampas ergo David per innocentiam fuerat; sed tamen valde contempta, quia exteriora cernentibus non lucebat. Sciendum vero est quod justus quisque aut temporalem gloriam non habet, aut hanc sub semetipso frangit, si habet, ut honori suo liber emineat, ne ei victus delectatione succumbat.

A quien muchos llaman muerto, porque los que no saben vivir espiritualmente piensan que está totalmente extinguido aquel que no sigue los bienes carnales.

[Vet. XXIX.] 51. Los justos, sin luz a los ojos de los carnales, arden y lucen ante Dios.---Pero porque también estos mismos burladores de los simples son contados con el nombre de la cristiandad, presionados por la reverencia de la religión, se avergüenzan de exhibir el mal de la burla pública. De donde resulta que entre sí, hinchados y callados, se burlan de aquellos a quienes consideran muy abyectos e ínfimos por su simplicidad. Bien se dice, por tanto: Lámpara despreciada en los pensamientos de los ricos, porque todos los soberbios, mientras no saben considerar los bienes siguientes, como dijimos arriba, casi en nada estiman a quien no ven tener lo que aman. Pues a menudo sucede que cada uno de los elegidos, que es llevado a la felicidad eterna, es aquí deprimido por una continua adversidad, no lo apoya la abundancia de las cosas, no lo muestra honorable la gloria de las dignidades, ninguna frecuencia de subordinados le asiste, ninguna pompa de vestidos lo compone ante los ojos humanos; sino que por todos es visto como despreciable, y es juzgado indigno de la gracia de este mundo. Pero sin embargo, ante los ojos del Juez oculto brilla por sus virtudes, resplandece por los méritos de su vida, teme ser honrado, no rehúye ser despreciado; aflige su cuerpo con la continencia, engorda en su alma solo con la dilección, prepara siempre su mente para la paciencia, y erguido por la justicia, se exulta de las contumelias recibidas, compadece de corazón a los afligidos, se alegra de las prosperidades de los buenos como de las propias, rumia solícito en su mente los pastos de la palabra sagrada, e interrogado sobre cualquier cosa ignora cómo hablar con doblez. Bien, por tanto, se dice que la expresión de la simplicidad del justo es lámpara y despreciada. Lámpara, porque luce interiormente; despreciada, porque no luce exteriormente. Por dentro arde la llama de la caridad, por fuera no resplandece ninguna gloria de decoro. Luce, pues, y es despreciado quien, inflamado en virtudes, es estimado abyecto. Pues las mentes de los carnales no pueden considerar los bienes sino los que ven carnalmente. De aquí es que al santo David su mismo padre lo había despreciado, a quien rehusaba presentar ante los ojos del profeta Samuel. Quien habiendo llevado a siete hijos a la gracia de la unción, interrogado por el profeta si había completado el número de la prole, respondió con gran desesperación: Queda un niño pequeño que apacienta las ovejas (I Reg. XVI, 10, 11). El cual, una vez traído y elegido, oyó al punto: El hombre ve en la cara, pero Dios escudriña el corazón (Ibíd., 7). Lámpara, pues, había sido David por su inocencia; pero sin embargo muy despreciada, porque no lucía para los que ven las cosas exteriores. Pero debe saberse que cada justo o bien no tiene gloria temporal, o bien la quebranta bajo sí mismo, si la tiene, para que sobresalga libre para su honor, no sea que vencido por la delectación sucumba ante ella.

Hinc enim est quod ille praedicator egregius ante humanos oculos apostolatus sui gloriam humiliaverat, qui dicebat: Non usi sumus hac potestate, cum possimus oneri esse ut Christi apostoli, sed facti sumus parvuli in medio vestrum (I Thess. II, 7). Ejus vero auditoribus nimirum tumor divitum adhuc in corde remanserat, cum dicebat: Epistolae graves sunt et fortes, praesentia autem corporis infirma, et sermo contemptibilis (II Cor. X, 10). Quem enim talia dicere posse cognoverant, secum communiter vivere non posse judicabant. Cumque eum et humilem vivendo cernerent, et altum sermone pensarent, sua eos elatio compulit ut quem per scripta timuerant per praesentiae verba despicerent. Quid igitur Paulus, nisi contempta lampas apud cogitationes divitum fuit, qui unde magisterium humilitatis exhibuit, inde a rudibus discipulis superbiae contumelias recepit? Horrendo etenim modo languor superbientium unde detumescere debuit excrevit, dum mens elata carnalium hoc quasi dedignabile repulit, quod magister imitabile ostendit. An contempta lampas non erat, qui, tot virtutibus emicans, tanta a persecutoribus adversa tolerabat (Ephes. VI, 20)? Legatione in catena fungitur, ejusque vincula in omni praetorio manifestantur, virgis caeditur, multisque ex genere, ex gentibus, periculis urgetur (Philip. I, 13), lapidibus Lystris tunditur, pedibus extra urbem trahitur, quia exstinctus aestimatur (II Cor. XI, 26). Sed usquequo lampas ista contemnitur? Usquequo despicabilis habetur? Nunquidnam fulgorem suum nullatenus exerit, et nunquam quanta claritate candeat ostendit? Ostendit plane. Nam cum lampas contempta apud cogitationes divitum diceretur, protinus additur:

CAPUT XXXI.

IBID.---Parata ad tempus statutum.

52. Justi hic spreti fulgebunt in die judicii.---Statutum quippe contemptae lampadis tempus est extremi judicii praedestinatus dies, quo justus quisque, qui nunc despicitur, quanta potestate fulgeat demonstratur. [Vet. XXX.] Tunc enim cum Deo judices veniunt, qui nunc pro Deo injuste judicantur. Tunc eorum lux tanto latius emicat, quanto eos nunc manus persequentium durius angustat. Tunc reproborum oculis patescet quod coelesti potestate subnixi sunt qui terrena omnia sponte reliquerunt.

Pues de aquí es que aquel egregio predicador había humillado ante los ojos humanos la gloria de su apostolado, quien decía: No hemos usado de esta potestad, pudiendo ser carga como apóstoles de Cristo, sino que nos hicimos pequeños en medio de vosotros (I Tes. II, 7). Pero en sus oyentes ciertamente la hinchazón de los ricos todavía había permanecido en el corazón, cuando decían: Las epístolas son graves y fuertes, pero la presencia del cuerpo débil, y la palabra despreciable (II Cor. X, 10). Pues a quien habían conocido que podía decir tales cosas, juzgaban que no podía vivir comúnmente con ellos. Y cuando lo veían tanto humilde viviendo, como lo consideraban alto en el hablar, su elación los compelió a que a quien habían temido por los escritos lo despreciaran por las palabras de su presencia. ¿Qué fue Pablo, pues, sino una lámpara despreciada en los pensamientos de los ricos, quien de donde exhibió el magisterio de la humildad, de allí recibió de los rudos discípulos las contumelias de la soberbia? Pues de un modo horrendo el lánguido mal de los que se ensoberbecen creció de donde debió deshincharse, mientras la mente elada de los carnales rechazó como algo desdeñable esto que el maestro mostró como imitable. ¿Acaso no era lámpara despreciada quien, brillando con tantas virtudes, toleraba tantas adversidades de los perseguidores (Ef. VI, 20)? Ejerce su legación en una cadena, y sus vínculos se manifiestan en todo el pretorio, es azotado con varas, y es urgido por muchos peligros de su linaje, de las gentes (Fil. I, 13), es golpeado con piedras en Listra, es arrastrado por los pies fuera de la ciudad, porque es estimado extinguido (II Cor. XI, 26). Pero ¿hasta cuándo es despreciada esta lámpara? ¿Hasta cuándo es tenida por despreciable? ¿Acaso de ningún modo ejerce su fulgor, y nunca muestra con cuánta claridad brilla? Lo muestra claramente. Pues cuando se decía lámpara despreciada en los pensamientos de los ricos, se añade al punto:

CAPÍTULO XXXI.

IBID.---Preparada para el tiempo establecido.

52. Los justos aquí despreciados brillarán en el día del juicio.---El tiempo establecido de la lámpara despreciada es ciertamente el día predestinado del juicio final, en el cual se muestra con cuánta potestad brilla cada justo, que ahora es despreciado. [Vet. XXX.] Pues entonces vienen con Dios como jueces los que ahora son juzgados injustamente por Dios. Entonces la luz de ellos brilla tanto más ampliamente, cuanto ahora la mano de los perseguidores los angustia más duramente. Entonces se patentizará a los ojos de los réprobos que están apoyados por la potestad celestial los que espontáneamente abandonaron todas las cosas terrenas.

Unde electis suis Veritas dicit: Vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis et vos super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israel (Matth. XIX, 28). Neque enim plus quam duodecim judices illa interni consessus curia non habebit; sed nimirum duodenario numero quantitas universitatis exprimitur, quia quisquis, stimulo divini amoris excitatus, hic possessa reliquerit, illic procul dubio culmen judiciariae potestatis obtinebit, ut simul tunc judex cum judice veniat, qui nunc consideratione judicii sese spontanea paupertate castigat. Hinc est enim quod de sanctae Ecclesiae sponso per Salomonem dicitur: Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terrae (Prov. XXXI, 23). Hinc Isaias ait: Dominus ad judicium veniet cum senioribus populi sui (Isai. III, 14). Hinc eosdem seniores Veritas non jam famulos, sed amicos denuntiat, dicens: Non jam dicam vos servos, sed amicos meos (Joan. XV, 15). Quos nimirum Psalmista intuens, ait: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus (Psal. CXXXVIII, 17). Quorum dum celsitudinem cordis aspiceret, mundi gloriam qua calce calcarent protinus addidit: Nimis confortatus est principatus eorum. Ac ne paucos esse crederemus, quos proficere usque ad summam tantae perfectionis agnoscimus, illico adjunxit: Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur. Quot itaque nunc pro amore veritatis sese libenter humiliant, tot tunc in judicio lampades coruscant. Dicatur igitur recte: Lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statutum, quia uniuscujusque justi anima velut abjecta contemnitur cum degens inferius gloriam non habet, sed admirabilis cernitur dum desuper fulget.

53. Christus lampas hic contempta.---Libet inter haec ad Redemptoris vias mentis oculos attollere, sensimque a membris ad caput venire. Ipse enim nobis lampas veraciter exstitit, qui, pro redemptione nostra in cruce moriens, tenebrosis nostris mentibus lucem per lignum fudit. Hac nos lampade Joannes illuminari conspexerat, cum dicebat: Erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (Joan. I, 9). Quam tamen apud cogitationes divitum contemptam vidit, cum paulo post subdidit: In propria venit et sui eum non receperunt (Ibid., 11). Hujus lampadis flammas Herodes explorare voluit, cum ejus miracula videre concupivit, sicut scriptum est: Erat enim ex multo tempore cupiens videre eum, eo quod audisset multa de illo, et sperabat signum aliquod videre ab eo fieri (Luc. XXIII, 8). Sed lampas haec ante ejus oculos nullo radio lucis emicuit, quia ei qui se non pie sed curiose quaesierat nil de se mirabile ostendit.

De donde la Verdad dice a sus elegidos: Vosotros que me habéis seguido, en la regeneración, cuando se siente el Hijo del hombre en la sede de su majestad, os sentaréis también vosotros sobre doce sedes, juzgando a las doce tribus de Israel (Matth. XIX, 28). Y no es que aquella corte del tribunal interno no haya de tener más de doce jueces; sino que ciertamente en el número duodenario se expresa la cantidad de la universalidad, porque quienquiera que, excitado por el estímulo del divino amor, haya dejado aquí lo poseído, allí sin duda alguna obtendrá la cumbre de la potestad judicial, para que venga entonces el juez junto con el Juez, el que ahora por la consideración del juicio se castiga a sí mismo con espontánea pobreza. De aquí es, en efecto, que por Salomón se dice del esposo de la santa Iglesia: Noble en las puertas es su varón, cuando se siente con los senadores de la tierra (Prov. XXXI, 23). De aquí dice Isaías: El Señor vendrá al juicio con los ancianos de su pueblo (Isai. III, 14). De aquí la Verdad denuncia que esos mismos ancianos ya no son siervos, sino amigos, diciendo: Ya no os llamaré siervos, sino amigos míos (Juan XV, 15). A los cuales, ciertamente, mirando el Salmista, dice: Pero para mí tus amigos son sumamente honrados, Dios (Psal. CXXXVIII, 17). Cuya celsitud de corazón mientras miraba, añadió al punto la gloria del mundo que pisarían con el talón: Sumamente se ha fortalecido el principado de ellos. Y para que no creyéramos que son pocos, a los que reconocemos que aprovechan hasta la suma de tan gran perfección, añadió al punto: Los contaré, y se multiplicarán sobre la arena. Cuantos, por tanto, ahora por amor de la verdad se humillan espontáneamente, tantas lámparas resplandecen entonces en el juicio. Dígase, pues, rectamente: Lámpara despreciada en los pensamientos de los ricos, preparada para el tiempo establecido, porque el alma de cada uno de los justos es despreciada como abyecta cuando viviendo aquí abajo no tiene gloria, pero es vista como admirable mientras brilla desde lo alto.

53. Cristo, lámpara aquí despreciada.---Place entre estas cosas elevar los ojos de la mente a los caminos del Redentor, y venir gradualmente de los miembros a la cabeza. Pues Él mismo existió para nosotros verdaderamente como lámpara, quien, muriendo en la cruz por nuestra redención, derramó luz a nuestras tenebrosas mentes por medio del madero. Por esta lámpara Juan había visto que éramos iluminados, cuando decía: Era la luz verdadera que ilumina a todo hombre que viene a este mundo (Juan I, 9). La cual, sin embargo, vio despreciada en los pensamientos de los ricos, cuando poco después añadió: Vino a lo propio y los suyos no le recibieron (Ibíd., 11). Las llamas de esta lámpara quiso explorar Herodes, cuando deseó ver sus milagros, como está escrito: Pues estaba desde hacía mucho tiempo deseando verle, porque había oído muchas cosas de él, y esperaba ver hacerse por él algún signo (Luc. XXIII, 8). Pero esta lámpara ante sus ojos no brilló con ningún rayo de luz, porque a aquel que le había buscado no piadosamente sino con curiosidad, nada admirable mostró de sí mismo.

Inquisitus quippe Redemptor tacuit, exspectatus miracula exhibere contempsit, seseque apud se in occultis retinens, eos quos exteriora quaerere comperit, ingratos foris reliquit: magis eligens aperte a superbientibus despici, quam a non credentibus vacua voce laudari. Unde et protinus lampas ista contempta est, sicut illic subditur: Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo, et illusit indutum veste alba (Ibid. 11).

[Vet. XXXI.] 54. In die novissimo coruscabit.---Sed contempta lampas, quae in terra irrisiones tolerat, de coelo judicium coruscat. Unde hic apte subjungitur: Parata ad tempus statutum. De quo videlicet tempore per Psalmistam dicit: Cum accepero tempus, ego justitias judicabo (Psal. LXXIV, 3). Hinc in Evangelio per semetipsam Veritas denuntiat, dicens: Tempus meum nondum advenit (Joan. VII, 6). Hinc Petrus ait: Quem oportet coelum suscipere, usque ad tempora restitutionis (Act. III, 21). Lampas ergo quae nunc contemnitur ad statutum tempus ventura praeparatur, quia ipse peccata in die ultimo judicat, qui nunc peccantium derisiones portat. Et tanto tunc durius districtionem exerit, quanto nunc vocandis peccatoribus suam lenius patientiam sternit. Qui enim diu convertendos exspectat, non conversos sine retractatione cruciat. Quod per prophetam scilicet breviter insinuat, dicens: Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar (Isai. XLII, 14). Ut enim jam praediximus, parturiens cum dolore ejicit hoc quod in intimis tempore longo gestavit. Qui ergo semper siluit sicut parturiens loquitur, quia venturus judex, qui sine ultione diu facta hominum pertulit, quandoque cum fervore examinis, quasi cum dolore mentis, quantae animadversionis sententiam intus servaverit ostendit. Nemo igitur hanc lampadem, cum latet, despiciat, ne contemptores, suos, cum de coelo fulserit, exurat. Cui enim nunc non ardet ad veniam, tunc procul dubio ardebit ad poenam. Quia ergo per supernam gratiam vocationis tempus accipimus, dum adhuc licentia superest, ejus iram, qui ubique est, mores in melius commutando, fugiamus. Solum quippe animadversio illa non invenit quem correctio abscondit.

55. Haec nos, largiente Domino, in duobus jam corporibus transcurrisse sufficiat. Quia enim sacri libri sequentia mysteriorum virtutibus extensa complecti breviter exponendo non possumus, ea necesse est ut aliis voluminibus reservemus, quatenus lector tanto ferventior ad legendi studium redeat, quanto ex lectionis quoque intercisione respirat.

Pues el Redentor, interrogado, calló; esperado, despreció exhibir milagros; y reteniéndose en sí mismo en lo oculto, a aquellos que comprobó que buscaban las cosas exteriores, los dejó ingratos fuera: eligiendo más bien ser despreciado abiertamente por los que se ensoberbecen, que ser alabado con voz vacía por los que no creen. De donde también al punto esta lámpara fue despreciada, como allí se añade: Pero Herodes con su ejército le despreció, y se burló de él vistiéndole con una vestidura blanca (Ibíd. 11).

[Vet. XXXI.] 54. En el último día centelleará.---Pero la lámpara despreciada, que en la tierra tolera las burlas, centellea el juicio desde el cielo. De donde aquí se añade aptamente: Preparada para el tiempo establecido. De cuyo tiempo, a saber, dice por el Salmista: Cuando reciba el tiempo, yo juzgaré las justicias (Sal. LXXIV, 3). De aquí que en el Evangelio la Verdad denuncia por sí misma, diciendo: Mi tiempo aún no ha llegado (Juan VII, 6). De aquí dice Pedro: A quien conviene que el cielo reciba, hasta los tiempos de la restauración (Hechos III, 21). La lámpara, pues, que ahora es despreciada, se prepara para venir en el tiempo establecido, porque Él mismo juzga los pecados en el último día, Él que ahora soporta las burlas de los pecadores. Y tanto más duramente ejercerá entonces la estrechez (districtionem), cuanto ahora extiende más suavemente su paciencia para llamar a los pecadores. Pues Aquel que espera mucho tiempo a los que han de convertirse, atormenta sin retractación a los no convertidos. Lo cual insinúa brevemente por el profeta, diciendo: Callé, siempre estuve en silencio, fui paciente, hablaré como la que está de parto (Is. XLII, 14). Pues como ya hemos dicho, la que está de parto expulsa con dolor aquello que gestó en su interior durante mucho tiempo. Aquel, pues, que siempre calló, habla como la que está de parto, porque el Juez que ha de venir, que durante mucho tiempo soportó los hechos de los hombres sin venganza, en algún momento, con el fervor del examen, como con dolor de mente, muestra cuánta sentencia de animadversión (animadversionis) guardó en su interior. Nadie, por tanto, desprecie esta lámpara cuando está oculta, para que no abrase a sus despreciadores cuando centellee desde el cielo. Pues para quien ahora no arde para el perdón, entonces sin duda arderá para la pena. Ya que, por tanto, recibimos por la gracia suprema el tiempo de la vocación, mientras todavía queda libertad, huyamos de la ira de Aquel que está en todas partes, cambiando nuestras costumbres para mejor. Pues ciertamente aquella animadversión no encuentra a quien la corrección esconde.

55. Baste que nosotros, por concesión del Señor, hayamos recorrido ya estas cosas en dos volúmenes (corporibus). Pues como no podemos abarcar brevemente exponiendo lo que sigue del sagrado libro, extendido por las virtudes de los misterios, es necesario que lo reservemos para otros volúmenes, a fin de que el lector vuelva tanto más fervoroso al estudio de la lectura, cuanto respira también por la interrupción de la misma.